

meminisse videtur, & Carlobstadt appellare : nam parum à Rosa montana frutice differre asserit. Huius folia satis ad illam accedunt. Hæc Clus.

Tabern. not. Taber. Vitim Idæam ꝛ. vocat, & Heydelbeer: Sed compilator eius iconem & descriptionem Clus. proponit, nulla eius facta mentione : flores appingi curauit, quos nec describit, nec Clus. vidisse faterur.

Gerardus Anglus figuram Compilatoris habet: ac Vaccinia Pannonica, siue Vitim Idæa appellat.

VITIS IDÆA ANGVLOSA. CAP. VI.

Descriptio.



Folia.

Vitis Idæa angulosa virgultis fruticat plarumque pedibus, interdum cubitalibus, satis crebris, virentibus, angulosis & fractu cōrumacib⁹, in multos ramulos diuisis: in quib⁹ folia crebra, tenera: virentia, caduca, vnciam circiter lōga, plusquam semunciam lata, acuminata, glabra, per ambitum argutis denticellis cre-

Flores.

Bacca.

Grana.

nata, sapore partim acido, potissimū primū emergentis, partim austero. Flores in singulis hæret, inter folia, bullati siue vrceolum referentes, colore ex albo punicante, stylo croceo. Succedunt bacca, singulares quoque, luniperinis ferè pares, per maturitatem violaceæ potius quàm nigra, vmbilicata, sapore grato & acido primulū degustate, quæ tamè paulo pōst nescio quid nauseabundi in ore relinquunt, purpureouiolacea, fatiq; pertinacinctura: cui grana immerguntur multa, parua, rubentia. Radix tum recta, tum obliqua quaquauerſū agitur, è supina etiā parte stolones emittens.

Hanc perperā quosdam Myrtum existimasse ex his Cordi liquet verbis, quando ait: Myrtus non est exiguus ille fruticulus, quem Germ. Heidelstrauch, (al. Heidel vel Heidelsaud :) & cuius baccas Heidelbeer appellant, vt hæctenus falso à plerisque creditur etiā Staudelbeeren. Plerisque hodiè Myrtilli Latine dicuntur.

Myrtilli.

Quidam etiā fructus eius Vaccinia nigra appellant, autoritate Virgilii. Sed insulsi homines videntur, inquit Tragus: nam Virg. de flore loquitur, Hyacinthum eum intelligens cuius Diosc. l. 4. historiā proponens, Romanis testatur Vaccinium dici. Huius alterum genus Kopbeeren/ Drumpelbeeren/ & Bruchbeeren dicitur. Myrtillos Auerrhoes lingua sua Arabica vocat Hes.

Hes Auerr. Tra g. not.

Non placet figura Tragi, in qua folia non serrata. Nec quod scribit foliis vestiri solidis, Buxi per omnia similibus, sed tenerioribus. Quid si non distinguat Vitim Idæam fructu rubro, folio semper virente ab hac? eius enim non meminit, licet læpius cum hac proueniat.

Quoniam verò Germani & Bohemi legitima

Myrto se carere perspicerent, aliam in siluis nascentem sibi compararunt pharmacopolæ, eamque myrtillum vocauere, nempe hanc plantam, vt annotat Matth. Quod verò idem de hac planta scribit, folijs virere Buxo ferè similibus, sed tenuioribus, Myrti minoribus, robustis, non placet. Considerent quæso herbarum studiosi: quænam sit his cum Buxo similitudo, quodque robur in folijs. Suspiciamus Matth. minùs versatum in Myrtillorum differentijs, pauciores probè nouisse. In Epit. χαμαιμύρτον, It. Myrtillo: Ananienſibus Calanezza Dodon. Confines in quibusdam Gallia locis: Brabantis Craefebesien/ pestelbesien & Hamerbefien/ qui ait posse dici Latine Vaccinia, non tamen Virgilij: melius tamen conuenire nomen Vacciniorum, quàm Myrtillorum, vt quidam apellant.

Matth. not.

Chama-myrtus.

Vaccinia Myrtilla.

Videntur autem Vaccinia dicta à baccis, quasi Baccinia.

Baccinia.

Quicquid sit, Vaccinia hæc nostra dici possunt, & cum Vaccinijs Plin. ac Vitruuij (de quibus suo loco) in eo conueniunt, quod vestes telæque lineæ tingi purpureo colore his queant. Cum Theoph. autem ac Plin. Vitis Idæa descriptione haud quaquam conuenire satis manifestū: humilis enim est frutex, vix cubitum altus, paucis, breuibus, & nequaquam cubitalibus ramulis; haud racemos, vt Plin. ait, nec vuarum acinis similes fructus sed veluti Taxi baccas, profert; non dulces, sed subacidas & adstringentes; in quibus quoque non χαρπώδες ἔστι molle, sed multa exigua, cōndida, plana semina: folium non rotundum, sed rotundo longius. Iam & credibile est hunc in Italia, Græcia, ac minore Asia non reperiri, cum Germaniæ proprium Matth. asserere videatur: tantum abest vt Vitis Idæa aut Alexandrina dici haberiue queat. Porro non placet Dod. icon quam in hist. Gallica proponit, nec illā quam in Latina, quamuis priore melior videatur: in eo tamen peccatum quodd ad eò recta picta, in speciem arboris, nec foliorum serraturas expresserit.

Non est Vitis Idæa Theoph. ac Alexandrina Plin.

Dod. not.

Airelle du Choul non est ea stirps quam Dod. pro Vaccinijs nigris exhibet, vt ipse putat, sed ea de qua proximè egimus.

Cæterum Vitim Idæam, Heidelbeer vulgò dictam, esse à se primū obseruatā gloriatur Gesn. & viros aliquot eruditos consentientes inuenisse. Aduersari quendam de re herbaria bene meritum, & Vitim Idæam interpretari illam quæ Passillas Corinthiacas vulgò dictas ferat. Se verò nobilissimum illud vix passillæ genus non in Ida, nec alijs præaltis niuosisque montibus nasci putare: sed vel in planicie collibus apticis, magna hominū cura.

Passilla Corinth.

Idem de collectione stirpium Vitim Idæam Theoph. esse ex eiusdem descriptione se interpretari ait: quæ tamen opinio paulo antè refutata per Dodod. Item in Catal. plant. Dryophonum, Offic. nemoralis Myrtus: δρυοφόνου: Confines. Myrtus offic. Ryff.

Vitis Idæa Theoph.

Dryophonum Myrtus nemoralis.

Lonicerus qui pleraque sua Botanica ex Trago confarcinavit, eundem de Myrtillis tradentem parum diligenter legisse videtur, quando ait, posse statui duplicem differētiā, magnam & paruam, ambas tamen eiusdem esse figuræ: nam aperte Tragus docet, maiorem & minorem figura differre. χαμαιμύρτον ἰδαία, (vt annotat Rob. Const. ad Theoph. & in Lex.) Galeno ἀρκύος σαφύλη planta est, id est, Vua vrsina, in Apennino adhuc vocatur Vigna dell' orso, quam vult esse Vitim Idæam Theoph. Anguillara: Vulgò Azeres, alijs Aurelles, It. Vua dolce, apud Northmannos nihil copiosius prouenit, præsertim in Bellocasiorum agro vbi vocant

Lonic. not.

Fuam differre Vitis Idæa Myrtilla Germani

Vitis Idæa Myrtus montana

Aduers. Lab. not.

Bagula. Coluz. Calalp.

Vitis Idæa minor.

Chama-myrtus sine.

Myrtus nemoralis seu Parn.

Locus.

cant *Mourets*. Sed si Const.intelligit nostram Vitim Idæam angulosam, vt suspicamur, dubii adhuc sumus an sit *Vigna del Orso* Anguil. siue Vua Vrsina Gal. quia tribuitur ei fructus ruber, qui in hac purpureo violaceus & multis niger dicitur.

Vuam Vrsi Quod nonnulli vuam vrsi Gal. à Theoph. Vite Idæa non differre putent, falluntur Clusii iudicio, cui Vitis Idæa nihil aliud esse videtur, quàm Myrtillus Ofic. Germaniæ. Idem in Pan. tradit Vitim Idæam Theoph. rei herbariæ peritis esse Myrtillum Germ. vulgarem baccis nigris.

Et Aduers. Herbariorum Vaccinia nigra & rubra sunt Myrtilli Ofic. An Idæa radix. Maturitatem (inquiunt) assecuta bæccæ nigræ vineo succo turgent; prædulci gustu: flores Ericæ aut Vnedonis, minores, pallentes; radix lignosa multa edit virgulta pede altiora. Folia effigie Myrti aut Rusci rotundiora, molliora, sed hieme decidua.

Vaccinia. Lob. Obf. Vaccinia nigra & rubra, Idæa Vitis Theoph. Dalech. Clus. Myrtillus Ofic. Germ. & myrtus montana: Vua Vrsi Anguil. Gal. *Aurelle Aivelle*. It *Vua Orsa*. At figura Lob. non placet, quia nullas foliorum serraturas ostendit, quarum nec in descriptione meminit: non placet etiam comparatio foliorum cum myrro & Rusco: nec quòd duas plantas velit vnâ eademque illâ figurâ complecti, licet neutra conueniat. De Vua Vrsi Anguil. paulò pòst.

Bagula. Audiamus Cefalp. *Bagula* (inquit) vulgò in Alpibus quasi bæcculæ, fructus dulces, subacidi, paruis vuis similes, in maturitate nigri quos esitant Alpini: fert eos paruis frutex dodrantali altitudine, ramulis virentibus & striatis, foliolis in rotunditate oblongis, leuiter ferratis, sine pediculo annexis alternatim: flosculis radiantibus, concavis vt Arbuti, qui summis fructibus insident. Alterum genus &c: Videntur hi frutices quasi humiles Mespili. *Hæc ille*. Quæ tota descriptio satis conuenit cum nostra Vite Idæa angulosâ, si excipias quod ait, Vuis similes, & quòd videantur quasi humiles Mespili. Nos sanè considerata eius descriptione ac etiam ipsa planta nihil videmus quòd respondeat cum Mespilo, cuius folia sunt hirsuta, longa, rami nec virentes nec striati, sed rotundi: flores ex foliolis constant: fructus in totum diuersus, figura, colore, substantia, & sapore. Quid verò sibi velit cum flosculis radicanibus, in hac planta non apparet, nisi fortè legendum sit candicantibus.

H. Lug. not. Hist. Lugd. in ea est opinione, esse Vitim Idæam Theoph. & Vitim Alexandrinam circa Phalacrum Plin. In Auerniæ montibus (vbi prouenit) dici *Airelles*, Italis *Vua del' orso*: Germ. *Heidelbeer*: Vuam Vrsi Anguillaram vocare: Dod. Vaccinia nigra & *Coufines*: Ab hac Idæa Vite differre à Lob. pictam Myrtum Germ. foliorum incisuris, de qua tradat Matth. in Germ. & Bohem pharmacopoeis Myrtillum dici. Sed frustra Hist. Lugd. duas facit plantas, cum duæ sint figuræ vnius plantæ, quarum prior deterior.

Vitis Idæa minor. Vitis Idæa minor passim in Hircynia Saxothuringica, Thal. An Camer. in hort. Vitis Idæa nigra passim in siluis. Itim paulò pòst: Vaccinia nigra. Dodonæi Vaccinium nigrum. *χαιτανόφυτον* Peuc. Myrtus terrestris seu Pumila: *Blauwe Heidelbeer / Staudelbeer / Rosbeer* Schuuenckf. Vitis Idæa siue Myrtillus i. Tab. Angl. *Blacke Whortes* or *Whortle Berries* / Gerar. Myrtilli & Vua Vrsi Anguil. C. Bauh.

Nascitur tam in alpibus quàm in vastis desertis, vliginosis & tenebrosis vallibus alijsque humectis locis Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Scuenæ inaccessis,

alpibus Tridentinis, monte Fracto iuxta Lucernam Helucorum, in sylua Hircynia, testibus Trago, Gesn. & Lob. In Helueticis alpibus & syluosis non paucis locis obseruauimus, Item Alfaræ, Burgundiæ, Sabaudiæ: speciatim in Burgundia prope Castellum *Mesche* vbi fructu vescuntur & *Beulier* vocant: Item in cacumine montis *Rosberg* prope Mesocomium: circa Befordiam, in monte *Ballon* Locharingia vicino.

Fructus Augusto maturos legimus. Eodem mense Richenvillâ proficiscentes ad fodinas à S. Maria cognominatas, multos pueros atque puellas obuiantes plenosque calathos ad cibum referentes offendimus. Floret Maio. Fructus interdum etiam Iulio maturos edit.

Baccis terream & frigidam inesse substantiam ait Tragus, quare cibo quàm medicina accommodatior esse. At nobis medicina quàm cibo aptiores videntur: si vera tradit Matthiol. fructus refrigerare, exsiccare, roborare, reprimere, cohibere, quæ omnes facultates medicamenti potius sunt, quàm alimenti. Dari bæccas cum recentes, tum quoque siccas deuorandas Dysentericis & Cœliacis. Has igitur Germanis vnâ cum Vniuersa planta haud inefficaciter Myrti vicem præstare idem censer. Cui hac in parte non assentimur: Myrti fructus aromatici sunt: hi minimè. Præterea nostro iudicio math. perperam tribuit myrti vires Viti Idæa angulosæ, licet ei valdè sint similes. Quare Dod. & Camer. potius subscribimus, quorum sententiâ si crudè edantur bæccæ ventriculum debilem & frigidum offendunt & aluum perturbant sua frigiditate, tantùm abest, vt aluum adstringant, aut fluentem reprimant: quod succus illorum excoctus donec crassecat (*Rob* vocant) addito melle & saccharo, vt cõseruetur, haudquaquam efficit. Ideo ab aliquibus parari solet ad hæc mala siue ex ipsorum usu, siue aliunde contracta. Cæterum eodem Dod. tradente Vaccinia hæc facultate secundo ordine, eoque satis intenso frigida sunt, & vnâ cum manifesta adstrictione resiccant. Ventriculo æstuantanti conueniunt: sitim sedant: ardentium febrium calores mitigant: aluum reprimunt: vomitum sistunt: dysenteriam ex flaua bile natam curant: aduersus cholera morbum profunt. Sed ad hos vsus *Rob* seu succus cum saccharo vel melle inspissatus ipsis bæccis longè præferendus; ob rationes dictas. Pueris tamen qui omnia deglutunt, itemque auiculis siluestribus ob dulcedinem & suauitatem cibo gratissima sunt. Paupercula quoque plebs, vt annotat Schuuenckf. in Silesia ex bæccis pultes cû farina coquit, haud ingratas, vt ille ait: sapidiore, hercle, existimarem absque farina, & in simplicem sapam, vel per se integras coctas, more cerasiorum. Sed vt magis nutriantur, ideo farinam addere putamus.

Lonicerus huic plantæ multas vires adscribit, parum rationi consonas, & fortè in eius cerebello natas. Folia & fructus in vino maceratos & epotos vrinam ciere, ac menses, pellere calculum vesicæ: quas vires qua ratione rei adstringenti, adeoque frigida & terree [vt ipsemet fatetur] tribuat, ipse viderit. Item tradit conferre ad effusionem bilis & dolorem capitis, quod partim adstringendo & cohibendo bilem, partim calores & vapores reprimendo præstare posse rationabilius. Foliorum succus in ore retentus aphthas mitigat. Sed quo consilio idem ait eundem succum mixtum cum lacte, & auribus illitum in ambitu, omnia eorum vitia tollere, atque aded visum acueri, iudicent docti. Succus cum saccharo epotus sputo sanguinis resistit, & generationi calculi in renibus: sic enim

Beulier.

Tempus

vites & vsus.

Tragus reprob. Tèperam. Dysenteria.

Math. not.

Temperam. Ventriculi ardor.

Cibus Puerorum.

Vrinam cit. Menses Calculum. Lonic. not. Bils effusa. Dolor cap.

Aphtha.

Sanguinis sputum.

Calculus.
Vulnera.
Caro pu-
tris.
Tumores
pudendo-
rum.

eius verba explicamus, quibus ait conferre ad cal-
culum renam. Radicis puluis vulneribus insper-
sus, carnis excrescentiam & perrilaginem cohibet
& adimit, & efficaciter cicatricem promouet. Ad
pudendorum tumores in emplastrum cum oleo
ros. concinnata folia eos tollunt absque noxa. Ra-
dix cum Aniso & Fœniculo pari dosi puluerifata,
addito saccharo, & ieiuno quantum cochlear ca-
piat sumpta, certo remedio est flatibus & colicis
doloribus, inquit ille: in quo sanè circumforaneo
empirico similior videtur, quam rationali Medico:
Nam cur rem terrestrem, frigidam, & adstringen-
tem, cum calidis, & discutientibus commiscet: qua
vi flatus carminare, & colicos cruciatus putat
compescere id, quod temperamenti sui ratione
nihil minùs præstare, fortè etiam citius causare
possit? Abeat ad Scholas, ad Scholas, immò ipsam
potius rei naturam, optimam & fidissimam medi-
corum scholam, & meliùs discat, rerum tempera-
turas in vsus dispensare, vulgòque credulo vanis
suis pollicitationibus imponere.

Cœruleo
Tingendi
modus

Scribit Matth. Germanos Pharmacopœos bac-
cis passim vti Myrti baccarum vice, cum iis desti-
tuantur: quinetiam æstate edi fragorum vice à
Pastoribus & aliis, quòd gustui placeant. Peculiariter
autem iis vtuntur Infectores ad Inficienda lin-
teamina & chartam cœruleo colore, ac etiam à
Pictoribus. Succus cum alumine & Galla coctus
eleganti cœruleo tingit chartas. Linteamina eod-
em colore ita tinget. Ollæ huius succi plena
affundes poculum aceti vini, aluminis puluerifati
unc. j. squammæ æris itidem in puluerem redactæ
drach. ij. bulliant vna: tum retenti decocto im-
merge lintea: sicceretur in aère, demum frigida a-
qua laua, & pereleganti coeruleo tinctum habe-
bis. Si dilutius uelis, omitte squammam æris: si
saturatius, etiam plus addes. Sic docet Lonicerus.

VITIS IDÆA SEMPER VIRENS,
FRUCTU RVBRO.

CAP. VII.

Descriptio.

Folia.

Flores.

Bacca.



R Amis hæc
fruticat
dodrantalibus,
rotundis, non
angulosis, quos
vestiunt folia
fatis frequētia,
crassiora quam
Vitis Idææ an-
gulosæ aut ma-
gnæ, oblonga,
modò per ex-
tremum rotun-
da, modò leui-
ter acuminata,
non ferrata, in
quibus nerui
lubrus potissi-
mum apparent,
gustu altringē-
te & amārican-
te. Flores rac-
ematim co-
hærent in virgularum extremis Lilij conuallium
floribus similes, albi, interdum blandè rubentes:
quibus delapsis baccaè similiter racemosæ suc-
crescunt, sex, plus minùs, racemulo vno, Pisi mi-
noris magnitudine, ex albo luteo uel rubentes, sapore

acido, valdè iucundo, carne simili Vacciniis palu-
stribus, cui immersa grana paruula lutea. Radix
obliqua ferè, tenuibus capillamentis fibrata.

De hac, ni fallimur, scribit Camer. Epit. Matth.
his verbis: Vitis Idæa rubra, nonnullis Rhus mi-
nimus Plin. Germ. Rot Heidelberg, Steinbeerlin/
Bronsbeer: Gal. Aurelles rouges. Suffrutex est exi-
guus, foliis Buxi, interdum leuissimè ceu serratis
marginibus, flosculis Arbuti, candidis, confertis,
ex quibus Baccaè rubentes in summitate, ceu corona
quadam, denriculata nascuntur, sapore acidæ
& astringentes. Radix tenuis serpit.

Anguil. Epist. 5. Vna Vrsi Galeno dicta l. 7. de
comp. loc. c. 4. Arctostaphylos hodierna die in
Appennino vocatur adhuc Vigna del' orso. Hanc idè
à Theoph. appellatam Vitim Idæam censet. Inue-
niri ait in omnibus Italiæ montibus, vbi niues. Ga-
leni verba cap. sequentibus trademus. Hanc autè
potius suspicamur ab Anguil. dici vnam vrsi,
quam præcedentem, conferendo eam cum Gal.
descriptione.

Gesn. scribit Vitis Idææ speciem esse, acinis ru-
bris Coldenbergio, Vaccinia rubra: pingi à Dod.
bis, altera icone meliore: acinos acidiores esse,
sine vmbilico. At nos apud Dod. vnicam tantum
huius Vitis Idææ iconem inuenimus, quæ placet:
nobis etiam gratiores videntur baccaè: Prior
apud Dod. quæ displicet est Vitis Idææ angulosæ.

Vitis Idæa buxeis folijs nec deciduis, baccif-
que rubris Clus. quamuis minùs benè simpliciter
Buxea dicat: id potius conuenit sequenti plantæ,
quam Radicem Idæam suspicamur.

Vaccinia rubra Herbarior. & offic. Myrtillos
dicunt Aduers. vt & præcedentia: an Idæa Radix
sit dubitant: ac tradunt fruticem lætiore & habi-
tione aspectu semperuire: non perinde vt nigra
frequenter, nec tamen nigra dissimilia folia,
sed paulò maiora & ad Myrtum albam siue maio-
rem, & Rhus Plinianum accedentia, rotundiora:
Bacculas nec dissimiles, sed rubras, astringentes
magis, nec perinde succulentas ferre. Radicem æ-
que lignosam fibris serpere Ericæ ritu. Flores ex
oblongis calyculis paruulis subpurpureis apiculos
è medio exerere. Sed ista descriptio Aduers. Vac-
ciniorum rubrorum non placet: folia namque
nobis videntur valdè dissimilia, & ad Myrtum
vel Rhus nullo modo accedere.

Iconem certè non spernendam proposuerat Dod.
in Hist. Gal. quam etiam retinuit in postrema,
vbi notat Gesnero Vitem Idæam rubris acinis di-
ci, sed multò minùs quam nigram cum Idæa vite
hanc conuenire; ipsarum baccarum exortus ostē-
dit. Non enim ad latera Cauliculorum, veluti ni-
gra, sed è ramulorum cacuminibus, Corymbotum
instar, dependent.

An Cam. hort. Vitis Idæa vulgaris. An Thal.
Vitis Idæa seu Vaccinia rubra Dod. Idem Tha-
lius refert, hanc stirpem olim Aemilium existi-
masse esse Rhum Plin. minorem. Vulgò Brans-
beer dici: Noricis Rote preißelbeer / quorum Sil-
uæ hoc frutice refertissima sunt. Belg. Rote
Crakfesiën, teste Dod. Red Bohortus or Whor-
tle, Anglis.

Vaccinia rubra Gerard. qui figuram habet ex Ta-
ber. quæ posita erat pro vite Idæa maiore, à qua
Vitis Idæa fructu rubro multum differt. Vbi au-
tem Taber. ac etiam Tragus de hac scripserint,
nescimus, nisi fortè sub Chamæbuxo, vt monui-
mus Cap. de Radice Idæa.

Scuuuencfeld. in suo Catal. Siles. varia nomina
diuersa imponit, hæc: Vaccinium rubrum, &
vna vrsi: Vitis Idæa rubra matth. [sed vbi?]
Erica

Gerard.
Tab.
Rhus Plin.
minor.

Schumel.
feld. tab.

Radix.

Vitis Idæa
rubra
Rhus mi-
nus Plin.

Vna Vrsi
Gal.
Arctostaphylos

Vitis Idæa
Vaccinia
rubra.

Clus.

Aduers.

Gesn. re-
preh.

Gerard.
Tab.

Schumel.
feld. tab.

Locus.

Tempu

Vires &
vius.

Temper

Febres.

Descri

Erica baccifera latifolia Taber. Vva vrsi Anguil. Rote heydelbeer/ Rote preußelbeer/ preußelbeer, Kaufsch Taber. sed an sine confusione, ipse viderit & Herbarum periti.

Gaudet & hac locis siluosis, saxosis ac opacis: itemque alpibus: Monte fracto Helueticæ: Item in similibus Brabantia locis. Copiosissima circa Wernigerodam in Broccenbergo & vicinis montibus. Item circa Walckenridam, Gerenrodam, alijsque locis quampluribus, teste Thelio. Vastis etiam siluis circa Boleslauiam & saganum silesia plurimum: Schuencckf. Nobis vero obseruata in cacumine montis Rossberg propè Mefocomium tractus Alfarici Octobri pulchre virens, cum angulosæ folia decidissent ferè omnia. Hanc semper virere existimamus. Item in monte Ballon Lotaringia vicino, cum Vite Idæa angulosa, & alia fruticosiore siue magna. Augusto iam racemulos gerebat, sed tum primum bacca nonnihil incipiebant maturescere, cum aliarum iam dictarum omnino essent maturæ: vnde patet serotinam magis esse. Communiter etiam sub Abietibus atque piceis crescere videas quod & Camer. annotauit. Floret Maio & Iunio. Septembri demum perfecte maturatur. Cum bacca sint acidæ magisque adstringentes cæteris, nec perinde succulentæ vt Myrtilli, facultatem vtique frigidam siccamque habebunt, quam & Dod. alique ipsi tribuunt. Quapropter ad eos vsus, vbi adstrictione opus accommodari posset. Hinc vsus eorum in Dysenteria non contemnendus: item in diarrhœa, & superius dictis affectibus plerisque. Qua verò ratione puluis ex acinis aridis exhibeatur calculosis, vt scribit Camer. & repetit Schuencckf. nec nouimus ipsi, nec facile declarabunt isti. Possis & ex harum succo Rob conficere addito saccharo aut melle, ad viscerum calores & sitim in febribus calidis. Quidam ad *Chamaepyxos* commendant, additis aromatibus. Foliorum vsus ob adstrictionem idem esse possit, qui præcedentium.

ramis lignosis, pedibus, cortice tenui & facile cedenti testis. Flores racemosi, concaui, rubri. Fructus vt in Vite sempervirente racemosus in extremitate ramulorum. Quæ de radice Idæa Diosc. & Plin. scripsere, annotata sunt postea, quibus bene consideratis fortè erit, quod monet Fab. Column. *Bonifacia*, siue *Bistlingua*, cum qua melius videntur conuenire, quæ Veteres de ea scripserunt: Ab alijs positam plantam dicit nullam cum rufco habere affinitatem.

Valerandus Donrez, sagacissimus alioqui stirpium vestigator ac censor olim putabat *Vaccinia rubra* Dod. & Myrtum montanam Cordi esse hanc ipsam: sed vt tempore & hominum curâ omnia fiunt clariora, ita & in apricum data, in opacis alioqui delitescentium suffruticum distinctiones à nobis propositæ.

Quum verò *Tragus Vitis Idæa rubra* non meminerit cap. de suis Myrtillis, licet coniectari cum de hac scribere, aut certè de Radice Idæa his verbis: In altissimis Wafgouia siluis non procul à Cesareo Luthro humo arenosâ, exigua stirpis species *Erica* haudquaquam maior reperitur. Hæc folia habet Buxo aut Myrtillis quàm simillima, humisque magis procumbit, quàm in altum sese attollat. An verò ea *Chamaepyxos* fuerit, ait se affirmare non ausum.

Considerandum an eadem sit *Vva Vrsi* Galeni apud Clus. quam scribit fruticare pedibus ferè ramulis flexilibus & lentis, humi diffusis, rubescente cortice testis, vt teneriores *Arbuti* ramuli: folia illi frequentia, *Arbuti* folijs minora, carnosâ, *Chamaelea* Italica foliorum planè æmula, minimè tamen hirsuta, cum adstrictione amaricantia. Extremis ramulis flores proferre ex candido purpurascentes, siue candidos, quibus leuiter purpurascens color admixtus sit, cauos, *Arbuti* floribus similes, & vix modo simul congestos: fructum non vidit: sed incolæ rubentem, rotundum, exigui cerasi instar acidum referebant. Radicem paruum sed lignosam. Perpetua fronde virere. Peritiores quidam Hispani, quibus eam ostendebat, *Chamaedaphnen* esse existimabant, crassitudine foliorum procul dubio decepti.

Clusio verò ad amissim quadratè videtur *Vva Vrsi* quam Gal. lib. 7. c. 4. *radix Idæa* sic describit: *Vva Vrsi* in Ponto nascitur, planta humilis & fruticosa, folio memæcyli, fructum ferens rubrum, rotundum, gustu austerum. Sed icon *Vvæ Vrsi* Clusij nobis scrupulum iniicit, an eadem sit cum Radice nostra Idæa, in qua non apparent nerui transuersi vt pinguntur in Clusij iconè.

Lob. cum *Pena* obscure admodum de his plantis scripserit, vt apparet ex eorum *Aduers.* vbi aiunt: *Alpigena Chamaerhodendros odora*, frutex, flore purpureo, pinguis tota &c. *Alpinis Alprosen*: Bacculas *Asparagi* vel *Taxi* pares & concolores, Septembriedit. Et in *Obs.* Genuina *Vva Vrsi* Galeni apud Clus. eadem videtur cum *Alpigena Chamaerhodendro* exhibita in *Obs.* p. 199. & *Adu.* p. 154. cuius flores *Arbuti* similes, sed ex candido purpurei aut candidi conspiciuntur. Hæc Lob. qui figuram eandem habet cum Clus. Is pagin. *Obs.* prædicta figuram habet aliam cum baccis lateralibus, & nõ in extremitatibus, his titulis: *Alpigena Chamaerhodendros odora* *Aduers.* p. 154. *Balsamum Italicum* vulgare, siue *Rhododaphne* parua rustica: *Terionarcha* Plin. putata *Gulandino*. Sed *Lob.* diuersa nomina, plantas & icones confundere clarè patebit rem ipsam, eiusque, & Clusij verba consideranti. Nec scimus an extet aliqua *Chamaerhodendros odora* baccifera. Si extet grati

Vaccinia rubra
Myrtum montana

Chamaepyxos

Vva Vrsi
Galeni ex Clusio

Chamaedaphne

Arctostaphylos

Descriptio
Gal.

Chamaerhodendros

Vva Vrsi

Chamaerhodendros Alpigena Balsamum Italicum Rhododaphne Thersonar. obs. Lob. error.

RADIX IDÆA PVTATA, ET VVA VRSI.

CAP. VIII.

Descriptio.



Vitis Idæa rubra affinis est quam Radicè Idæam Diosc. vocant, à qua tamen manifestè differt: siquidem folia habet densiora, ad Buxum accedentia, ex oblongo rotundata, angustiore ad pediculum ceruice, utrinque rugosa, nec neruos, vt illa, præter vnicum, qui secundum longitudinem decurrit, exhibentia, quamuis pi-

etor perperam quasdam propagines laterorsum appinxerit, gustu cum amarore adstringente, quemadmod. *Vitis* rubro fructu. Hærent autem ea

Hist. Lugd. reprob.

Radix Idæa Therionarcha.

Erica baccifera latifolia.

Tabern. not.

Chymapy.

C. Bauh. laus. Vaccinia Vrsi.

Locus

Tempus

vsus.

crimus erga demonstrantem.

Alit Hist. Lugd. more suo duas vel tres confundit, dum vni huic diuersarum stirpium hæc nomina tribuit: Idæa radix, siue Idææ vitis species: Dod. Vaccinia rubra: Clusio Vua vrsi Gal. Italis Rhododaphne parua rustica: quibusdam Balsamum Italicum vulgare: Therionarcha Plin. Idæa radix Diosc. Plin. Gal. Tam egregie Chaos istud stirpes digerere consuevit.

Tabern. proponit figuram Ericæ baccifera latifolia nomine, quam & Rausch Germ. vocat, sine descriptione, quæ exprimere videtur nostram Idæam radicem. De Vua vrsi quam idem ex Clus. habet, iam diximus nostram sententiam. Chamærhodendron Alpinam latifoliam & is sanè confundit cum Ledo Alpino: Figuram etiam proponit Lobelianam, cuius nauos iam deteximus. De Chamæpyxo eius idem dicimus, quod de Tragi Chamæpyxo, nobis videri eo nomine tradi Vitis Idææ speciem, cuius iconem si quis consideret, fortè suspicabitur potius accedere ad vitim Idæam rubro fructu, quam ad Radicem Idæam. Rem Lectoribus considerandam relinquimus. Quicquid sit, cum D. Casparo Bauhino Botanico versatissimo existimamus non esse ex genere Buxi.

Gerard. quoque Chamærhodendros alpigena dicitur: Angl. *Swearffe rose Bate*: Item Vaccinia Vrsi siue Vua vrsi Clus. *Beares Wesortle berries*.

Ceterum Vua Vrsi Clusio non nisi vnico loco nascens visa arido solo & aprico, via regia in colle imminente cuidam viculo, *Venta el babul* vocato, inter Guadix & Baca, regno Granatensi, iam florens Martio. Serius tamen plerumque florere, fructum æstate maturefcere, & in planta ad hiemem vsque perdurare ipsi incola affirmabant. Nos in montibus circa Geneuam obseruauimus. Prouenit etiam Basileæ via quæ tenditur ad S. Chrischona fanum iuxta vineas. Legimus etiam in Veganijs Narbonæ montibus.

Ill. Princeps noster Frid. Dux Wirtemb. misit nobis plantam siccam monens copiose reperiri circa Curiam Rbatorum, ferre baccas rubras: magni fieri hanc plantam à tinctoribus pro tinctora nigra, ac eis dici *Rausch*.

CHAMÆBUXVS SIVE CHAMÆPIXOS.

QVIBVSDAM. CAP. IX.

Descriptio.



Radix.

missis radicantur: alioqui & radicem habet, sa-

pè non multò ipsis virgulis breuiorè, lignosam, ex cuius capitibus (quæ plura possidet) ipsæ emergunt. Folia. Folia per ramos incondita, Buxeis quodammodo similia, magis acuminata, carnosâ, pediculis brevissimis herentia, [gustantibus primùm ingrata, deinde amara & acria Clus.] amaricitia: ex quorum alis, in ramulorum extremis flores emicant. Flores. Coluteæ scorpioidis floribus similes, simul plures iuncti, qui, teste Clus. odoris expertes, nonnullis verò locis odoratissimi & Narcissinam quandam fragrantiam emulantes, tribus foliis constant, quorum duo alba sunt, & alarum modo sursum expansa, galeolâ exalbida illorum exortu integente, tertium folium in oblongum veluti tubulum conuolutum est, sursum per lanuginem apertum, per extremitatem braccæ modo efformatum atque luteum, & vetustate interdum omnino purpurascens aut rubescens. Floribus succedunt siliquæ. Siliqua. latè & compressè siliquæ, Thlaspi latifolii siliquis paulò minores, virides. quæ bina plerumque [nonnunquam verò vnicum tantum] continent grana. Grana. exigui Erui magnitudinè, colore ex cinereo nigricante, hirsuta & veluti quoddam animalculum ementita, Polygalæ vulgaris maioris rubræ semini haud absimilia, sed minora, quæ aperientibus sese per latera oculis, spontè decidunt. Varietas.

Interdum etiam pro loci natura floris colorem variare deprehenditur: nam bina illa folia alarum instar, sursum expansa, galeolæque eorum exortum tegens, alba non sunt, sed pulcherrimè ex purpura rubent: tertium autem veluti in tubulum conuolutum flauescit, eiusque extrema pars aurea est.

Cordum existimamus in Obs. silua de hac planta ita tradidisse: [licet Thalius aliò referat] Fruticulus exiguus, humi prostratus, iuncis viridibusque virgulis: foliis myrtinis, duris, acuminatis, perennibusque: floribus papilionaceis ferè, diuerso colore, videlicet albo, flauo & rubente: extrinsum quidem albet, proximum flauet, intimum rubet. Nascitur in siluis montanis circa Egeram, in Bauiaria & Vindelicia. Locus.

A *vauuos* Coluteæ flore, siue elegans Clus. qui à nemine adhuc descriptam putat. At nos à Cordo. Quidam à perpetuâ viriditate *wintergrün* appellari dixerunt, quod nomen alioqui & Vincæ per vineæ conuenit.

Anonymos Peruiçæ folio: Camer. Gesn. iam olim [cum ego Bauhinus ipsi conuiuerem] Chamæbuxum seu Chamæpyxon vocauit. Argentine vidimus inter Plantas D. Agerii siccas nomine myrtogeniste, quod nomen non displicet: nec sanè malè post Genistam ponit Clusius. Sed magis arrisit Chamæbuxi. Chamæbuxus, Myrtogenista.

Frequens est prior teste Clus. non modò in montibus Calenberg, Medeling, & Badentibus thermis imminentibus, sed & in alijs ad Austriacas & Striicas Alpes excurrentibus, qui omni Resiniferarum arborum genere integuntur, inter saxa. Plurimis etiam Pannoniæ locis est obuia, veluti ad Pofonium, Sopronium & Zolonock. Altera verò rarior inuentu. Locus.

Floret vtraque Aprili & Maio. Semen prioris [nam alterius non obseruauit] Iunio perficitur. D. C. Bauh. attulit Parauio in horto lectam, his nominibus: Vitis Idæa Theoph. cum baccis Myrti, Olea Æthiopica Diosc. Guilandino. Sed decepti fuere qui ita vocarunt, nisi nomina casu ad plantam fuerint adiecta. Tiguri etiam obseruauimus & collegimus. Locus particularis nunc non succurrit. Hactenus neglecta fuit hæc planta, nec in usum Medicum vocata, quod sciamus. Tempus.

VITIS

VITI IDÆÆ AFFINIS POLIIFOLIA
MONTANA.

CAP. X.

Descriptio.



Folia.

Calyculi.

Locus.

Myrti tenuifolia.

Tempus.

Vitis Idææ rubra Bavarica.

Ortu & facie est Poli nostratis, virgultis crebris, dōdrante longioribus, lignosis, ex nigro rubentibus, magna ramorum sobole facundis. Folia Poli nostratis, acutiora, neruosa, vncialia, angusta, superius viridantia, pronā parte cinerea vel glauca, neruo elatiore per longum currete. Extremis ramulorum petioliculiculi hærent perexigui, foliosi, rubentes, vnde angulosa pyramis exilit Conchylata, bacca alicuius rudimentum promittens. Pro radicibus passim ex ramis nascuntur capilli instar tenues fibræ terram morfu comprehendentes. Appingi curauimus latiusculum folium, iuxta angustum, cuiusmodi pauca plantæ à nobis collectæ adhæserunt.

Hanc plantam reperimus vlginosis, muscosis, & frigidis locis cum alijs Vitis Idææ speciebus, Maij principio in montibus Harciniæ siluæ inter vallem Griefbachianam vbi fontes acidi, & **Riselsaumen**, vbi etiam fons acidus. Vidimus quoque cum flore apud D. Platerum Basileæ, sed siccam, collectam in monte Pilati.

Hanc eandem videtur Thalius in Harcynia sua Myrti tenuifoliæ nomine sic descripsisse. Copiosè reperitur in vlgine illa, vltra Andersbergum vrhem, Broccenbergum montem versus, quam nominant **Den roten Bruch**, hoc est, vlginem rubeam, quòd totus ille vlginosus tractus sub radicibus Broccenbergi, & vicinorum montium rubro musco plenus sit, quā videlicet ex Andersbergo via patet Goslarium versus. Fruticulus est lignosus, palmatis, viticulis multis, incuruis: folijs oblongiusculis, vncialibus, Myrti folijs angustioribus, quorum extrema plerumque in tergū contorquentur. In exiguis recuruis pediculis profert circa autumnum flosculos paruos, rubicundiusculos ex albo. Fructum nunquam adipisci potuit, cumque serò admodum floreat, eo autem loco, vbi nascitur, hiems citius, quàm alibi incipiat, citius etiam grandiores ibi niues cadant, opinatur rarò eius maturos fructus haberi posse. Cognatum fortè quid cum hoc habere putat fruticulus illum exiguum Cordi, folijs Myrtinis, quem nos diuersum censemus, ac Chamæbuxum præcedentem.

An Camer. Vitis Idææ rubra Bavarica, baccis insipidis sine succo. Fruticulus est supinus, crassiore caudice quàm vulgaris (ea fortè, quæ rubro fructu) quæ apud nos passim cum nigra [fortè angulosa] in siluis crescit, & **Steinbeclin** voca-

tur: folijs item oblongioribus, acuminatioribus & angustioribus, per autumnum rubentibus. Crescit circa Monacum in campis asperis inter Ericas. In horto adhuc viuit & viget, nedum vt siluestres huiusmodi plantæ videtur interitura. *Hec ille.* Quum verò nobis certò non constet, quò sit referenda hæc Vitis Idæa Bavarica, hic lubuit eius descriptionem referre, donec melius nobis innotescat.

Locus

OXYCOCCVS SIVE VACCINIÀ
PALVSTRIS.

CAP.

Descriptio.



Folia.

Bacca.

Semina.

Flores.

Radix.

Sapor.

Perlongis viticulis, lignosis, ex atro rubentibus, lētis & fractu contumacibus, inque adnatas propagines ductis serpit, quas folia vestiunt crebra, positu ferè pinnato, dura; serpylli folijs paria, superius viridantia, subtrus ex cinereo rubentia. Bacca figura, vt inquit Cordus, rotundè & cordis modo infe-

rius iuxta annexum turbinatæ, colore foris primum candicantes, mox puniceæ & purpureis contiguisque maculis & punctis conspersæ, intus verò in candido modicè rubentes, & quatuor exiguis cauitatibus parua & veluti abortiua semina claudentes: ea vnà cum cauliculis humi procumbunt, nonnunquam etiam in musco tanquam absconditæ latent. Flores in extremis & capilli instar tenuibus furculis, Glycypicridos floribus similes, colore propemodum puniceo. Radicibus nititur breuibus, capilli modo tenuissimis & flauis, ex viticulis subindè demissis. Sapore coliculi & folia habent adstringentem: bacca verò egregiè & simpliciter acetosum.

Dod. scribit se obseruasse radicem esse instar tenuis bacilli, obliquam, ex qua sursum complures coliculi & inferius fibræ aliquot demittantur.

Thalius autem hæc annotat: oxycoccon copiosè in Broccenbergio & vicinis montibus humidioribus, folijs non ita subrotundiusculis, vt est eius icon apud Cordum, sed oblongioribus ac strictioribus, lenticulæ ferè, breuioribus tamen: quorum ambitus versus dorsum vtrinque leniter reflectitur. Longis lignosisque ac obliquis prorept in vlginoso musco viticulis, radicibus constans tenuibus, multifidis, lignosis, quibus capillaceæ fibræ multæ adhærent. Flosculi exigui sunt, purpurei, veluti exigui Citinij.

Vaccinia palustris Dod. videntur fortè eiusdè stirpis fructus esse, vel congenèris. Tantus autem radicem truncus nostrò oxycocco non est, quantum icon Dod. suorum vacciniotum exhibet. Hic idem in hist. Gal. Vaccinia palustris ait Belgicè vocari **Deenbesien** & **Deencoren**: Gal: **Conjines des mares**: nullumque aliud nomen sibi co-

Vaccinia palustris.

Samolus.

Matth. ex-
nat.Matth. ex-
cusat. con-
tra Advers.
Poterton.
Rhusd. plin.
Acinaria.
Acini palu-
stres.
Myrtus silu.
Vitis palu-
stres.Rosmari-
nus.Hist. Lugd.
error.Schuenk-
feld repreh.
Alter
Schuenckf.
error.

Locus.

Tempus.

gnitum esse nisi sit Samolus Plin. At in post. hist. Plinij nomen omisit. Pen. & Lob. in suis Adu. Matth. carpentes: Hanc inquit, cur commentator Ericam bacciferam indigitet, neque causam dicit neque ratio subest, neque quicquam illi Ericæ inest. Sed fallabantur illi, vt merito confessus est postea Lob. in suis Obs. nam dudum annotatum aliam plantã esse Ericam bacciferam Matth. de qua postea.

Eidem Lob. Palustria Vaccinia: oxycoccon Cordj, Poterium Dalech. Rhus Plin. Dilio: Acinaria palustris Gesn. Heluetis Mosbeer, id est, Acini palustris. Batauis Veen aut Meerbesir. Rôfslin. existimat myrti silu. genus, quodque melius pro vera substitui possit quam Heidelbeer dicta. Acinariam recte quoque Vitim palustrem, à vinofo acinorum sapore eadem ratione qua Vitim Idæam suffruticem vocari posse præterea annotat Gesn. in lib. de hortis: vbi addit Bernensibus Rosmarinũ vocari. Idem in ep. ad Aretium ait, Rosmarinus palustris (vt vos vocatis,) recte Vitis palustris appellabitur, à vinofo acinorũ sapore eadem ratione, qua Vitim Idæam veteres vocarunt. Qua id ratione, nescimus.

Vitis. Idea palustribus locis nascens Clus. Sed fallitur Hist. Lugd. existimans suam Ericam 6. Bacciferam esse Ericam bacciferam Matth. quam ipsamet testatur depingi & describi à Dod. pro Vaccinio palustri. Multum enim differunt. Eius igitur Compilator Ericarum naturam non bene nouit, hanc in eorum censum referens.

In eundem errorem impingit Schuuenckf. Lobelium si consulissent ab ipsomet reuocatum errorem cognouissent. Sed crassiori etiam errore se implicat Schuuenckf. tam confidenter scribens esse *Thalii*, quum ipsemet Thalius Vaccinium palustre describat nomine Oxycocci Cordi. Verebatur nimirum ille ne sibi nomen Græcum decideret. At Oxycocci nomine contentum esse præstitisset quod Moselbeeren / Gichtfraut / Affenbeer / Winterbeeren, Kauschgrün Germ. dici notat Schuuenckf. quamuis vereamur ne & horum vnum aut alterum nomen paulò inconsiderantiùs subreperit, Iudicent Germani Rhizotomi.

Natales & hæc habet humida, vliginosa, opacaque loca, potissimum montana & conualles. Camer. teste, loco umbroso durat aliquantum, licet non admodum irriguo: sed vere ineunte apricum odit & tabescit. Non longè ab vrbe Norimberga propè piscinas magnas reperitur. Cordo notante, nascitur in cultis, macris, humidis, putridis, vliginosis muscosisque locis, ac frequenter iuxta Salsiroram, plurimumque iuxta Wittembergam. In humidis & vliginosis sepe numero apud Holandos. Dod. Vdis muscosis siluis Ericetisque montium Suditorum passim luxuriat, & viticulis tenuibus muscum perreptat, Schuuenckf. Nobis copiose obseruata in cacumine montis Balon, paludoso loco, fructu maturo Aug. principio.

Maij sine etiam Tiguri obseruauimus apud stagnum dictum Batzensee cum bacis & floribus similibus Glycypicridi etiam in montibus propè fontes acidos Griesbachianos & à D. Petro cognominatos. Aliquoties transtulimus in hortum Montb. sed non durauit. Dod. Baccæ Iul. & Aug. mētib. maturantur. Flosculi purpurei Schuuenckf. notante, Solani rubri, minores, apiculis flauescensibus Maio & Iunio hiscunt: Baccæ Autumno maturescunt, tota hyeme sub niue latitantes incorruptæ, quas Verno tempore pueri & pastores colligunt, ac pulpa molli turgentes sine detrimento

comedunt.

Folia adstringunt: fructus acidum sapit & egregiè adstringit, cum leuicula abstergendi facultate. Frigida autem, inquit Dod. & sicca huiusmodi Vaccinia, vnà cum quadam partium ac substantiæ tenuitate, quæ tamen quandam adstrictionem coniunctam habeat, Ardentium febrium calorem atque in his sitim mulcent: bilis ardorem reprimunt: vomitum sistunt: ciborum appetentiam per biliosos corruptosque humores deiectã restaurant: pestilētibus morbis aduersantur. Coquitur verò & horum succus, donec crassior factus addito saccharo conseruari queat, qui ad omnia, ad quæ baccæ, etiam utilior est Foliorum quoque, vbi adstrictione opus, commodus vsus esse potest.

ERICA BACCIFERA MATTH.

CAP. XII.



Est nobis pro Erica baccifera Matth. existimata planta ex montibus Rheticis, quæ similis videtur Anonymo 2. Clus. Quum verò nostra planta nec flores nec baccas habeat, pro certo Matth. Ericam bacciferam asserere nõ aufimus. Est verò eiusmodi. Numerosos emittit ramulos lignosos, tenues tamen; cortice ruffo tectos, in

alios minores nullo ordine variè diuaticatos. Totum suffruticem ab imo ad summa densus foliorum stipatus obsidet, Thymi durioris foliolis, sapore nonnihil amaricante, cum læui quadam acrimonia: nec tamen adstrictionis vacua.

Matth. verò hæc de sua Erica baccifera tradit: Est planta in montibus nascens, qui Bohemiam à Silesia determinant, & à quorum fontibus Albis fluuius originè ducit, humi procumbēs, & latas occupās areas, folio penè vulgaris Ericæ, quæ baccas edit purpureas, in purpura nigricātes, Iuniperinis haud minores, sed molliore pulpa, lenta, & colore subuirefcente, vt in Pruno. Ramis est lignosis, ex atro rufescētibus, flexibilibus, obsequiolisque: flores videre non licuit, sed ipsam tantum bacciferam mense Augusto.

Clus. in Pannon. Ericam coris folio primam vocat. In post. hist. vndecimam, quam sic describit: Humi diffusa est, & latas occupat areas, multis ramis lignosis, flexibilibus tamē, constans, ex atro rufescēte cortice tectis qui interdum fibras agunt, vt latiùs serpere, & sufficiens alimentum melius attrahere queant: assurgentes ramulos numerosa ambiunt folia, sapore primùm linguam vellicante: pusilli ad foliorum exortus flosculi, tribus foliolis constantes, coloris ex herbaceo subalbicans, purpurascētib. staminulis internè præditi. His succedunt rotundæ baccæ, iuniperinis haud minores, initio virides, maturitate nigre & purpu-

Gran

Radi

Locus

Febres

dentes

Sitis

Vomit

Appetit

postulat

Pessis

Rob ex ha

ciss.

Pen. L

Shuue

error.

Anonym

Clus.

2.

Description

Description

Semi

Locus

Sims

bacc

Pith

cur

Nax

bacc

Del

esse

Ela

sui

Con

cu

Vla

Co

Grana.
Radix.

Locus.

purpureo succo, vti Mora, plenæ, in quibus multa inæqualia & veluti triangula grana. Radix lignosa & dura est. Hanc florentem, & viridibus baccis onustam, multasque adhuc superioris anni maturas retinentem, inuenit idem in præcelsi montis, Vulgò *Dechse* lappellati, scopulis, quinto supra Neapolim Austriae urbem miliari, mense Iunio: Postea etiam Augusto, immaturo & maturo fructu plenam in *Sneberg* & *Snealben* Celsissimarum Austriae & Styriae alpium iugis. Illius etiam arenosis Hollandiae tumulis eruta ramum suis baccis maturis & immaturis onustum misit ad eundem N.V. Io ab Hoghelande. Miramur verò in Clus. iconè ramos pingi hirsutos, nec tamen fieri mentionem in descriptione: alioqui icon angustis foliis melius conuenit cum Erica à nobis descripta, quàm icon Camer. à nobis proposita:

Pena Lob. & Shuencxf. error.

Iam antea monuimus Penam & Lob. & hos sequutum Schuuenkf. existimasse Vaccinia palustria esse Ericam bacciferam Matth. quem errorem dudum deprehendimus. Sed quoniam idem Schuueck. feld. Oxycoccon dicit esse Ericam bacciferam Matth. & *πυθόκοκκον* Thalii, cum ex eo aperte contrarium pateat nempe *πυθόκοκκον* diuersum esse à Vacciniis: placet eius historiam totam subiicere, quæ sic habet. Erica baccifera Matth. Nam hanc de qua nunc agimus, eandem esse censemus. Angli verò in Aduersar. Vacciniorum palustrium nomine eam proponunt, quamuis hæc nostra in palustribus non nascatur. Fruticulus est humi procumbens, in oblonga, multifidaque brachia rubetia, lignosa, obsequiosa ac foliosa latè super terram se prorependo explicans: foliolis densè obuestitur breuibus, oblongiusculis, strictis, suffuluis, sæpè etiam nonnihil cæruleis, splendentibus, ex quorum alis in ramulorum extremitatibus ætate sub Syriæ æstu micant tenuissima staminula, breuique, filamentorum sericorum ferè instar, quorù summmitatibus apicula insident, coloris ex rubro nigricantis aut spadicescentis ferè: hæcque filamenta & apicula florum vicem explent, iisque deciditibus, emergunt bacca splendentes, Iuniperinis minores, similes baccis Vitis Ideæ seu Vacciniorum nigrorum Dod. rotundæ, ex purpura nigricantes, dulci pulpâ constantes, cui infarcta continentur semina purpurascencia. Prouenit copiose in summo Broccenbergi iugo & saxorum aridorum fissuris. Saxones qui montem illum accolunt, vocant hoc fructus *Apenbeer* / hoc est, Simiarum baccas. Vnde, si quis neque Erica, neque Vacciniorum speciem stirpem istam esse voluerit, is nomine conficto *πυθόκοκκον* appellare possit. Inde autem ei hoc nomenclaturæ inditum est, quod esus ipsorum vberior capiti noxia inferat quædam symptomata, ad quæ deliræ subsequantur gestulationes, ratione nonnihil interturbatâ, vt is, qui ipsis vsus fuerit copiosius, simiarum instar sese habere gestu risibundo videatur. Hinc plantulam hanc deleteriâ facultate minimè carere contendunt, & ab eius esu omninò abstinere, alijsque ipsorum vltum sanctè interdicit. At amicus quidam noster Andreas Roselerus, pharmacopœus Halberstadiensis, vir opt. & rei herbariæ non triualiter gnarus, hanc stirpem Chamætaxum vocare solet, tum ratione qualitatis istius malæ, tum foliorum oblongiusculorum Taxi, sed breuiorum. Amilius eam olim, cum necdum illo tempore à quoquam esset hæc stirps descripta, Corios speciem faciebat, Corin Broccenbergensem nominans. Reperiuntur & vetulæ herbariæ in Saxonia, quæ hanc plantam *Gichtfraut* vocitant, commen-

Semina.

Locus.
Simiarum.
baccæ.

Phyococcon
cur dicitur.
Noxa ex
baccis.

Deleteriam
esse.

Chamata
est.

Corios spe.
ciu.
Vlt.
Conuulsio.

dantque eam mulierculis vt præsentaneum præsidium contra istiusmodi morbum, nempe Conuulsionem. Matth. fatetur se de suæ Erica bacciferae qualitatibus nihil certi habere.

ANONYMOS FRUTICOSA,
FOLIIS ERICÆ BACCIFERÆ MATTH.

CAP. XIII.



Elegantissimi Description.
Emi huius fruticelli ramo pulchello nos donauit Cl. D. Agerius Med. Argent. & Stirpium sagacissimus vestigator, qui surculosus, lignosus, variè diuisus, imâ parte rufus aut fuscus, annotinorum ramulorum principium dilutè rubens, extrema flauescunt. Ex inæqualibus internodijs foliola emittit ma-

gna ex parte bina, nec tam numerofo ac denso agmine, vt in præcedenti, altero verò latiora, crassiora, & in totum maiora, dilutè virentia, & Buxi recentis in morem flauescencia. Ramulorum summa surrectis & longiusculis petiolis rufis insidentia occupant vascula Ledi Narbonensis aut Nerij Montani quodammodo similia, foliaceo calyculo suscepta. Folia magis quàm præcedentis amara, nec sine adstrictione.

De hac Aduer. vt putamus sic scribunt: Chamæthododendros altera celsis & rigidissimis cauitibus, floribus purpureis perquam exiguis, Erica foliolis, non deciduis, prouenit: humilis tota, à nobis tantum sicca visa.

Gesn. de hort: Rosæ alpinæ altera species, foliolis minimis, Acinariae palustris nostræ foliolis perfimilibus.

Nascitur in Adula monte Rhætorum: inde autumno allata, in hortulo plantata, vbi nunc media hyeme egregiè viret nec perdit folia: duraturam tamen vix spero, altissimis, siccis, ventosis & apricis frigidisque locis assuetam. Species hæc Rosæ alpinæ rarissima est.

Ex Clus. Pan. desumpta est nostra icon, sed minus feliciter pictor imitatus est: titulus erat *ἄνώνυμος* folijs Thymi: de ea scribebat nondum sibi constare, quò esset referenda, eam ob causâ *ἄνώνυμος* etiam relinquere: nisi fortè ea sit quam Pena & Lob. in Adu. Alpinam alteram vocant, & statim post Chamæthododendron odorem collocant.

In post. hist vocat Chamæcistum 7. Olim (inquit) non mihi constabat, quò istam plantulam referre deberem, quò mediam naturam inter Chamæcistum & Cneorum Matth. obtinere videretur: eam ob causam inter vtriusque capita locaueram. Sed diligentius postea obseruatam, inter Chamæcisti genera reponere placuit, impel-

Folia.

Vascula.

Flores.

Rosa alpin.
species.

Locus:

Anonymus
folijs Thym.

Chamæcisti
genus.

lentibus me aliquot caulis. Oblongis quandoque dodrantalibus tantum serpit ramis humi diffusis, nigricantibus, in multos alios breues ramulos diuisis: folia frequentia & conferta sunt, bina semper inter se opposita, [non semper hoc obseruatum in planta] exigua, serpillo minora, Thymi durioris folijs haud maiora, crassa, superiore parte viridia, inferne candicantia, amaricantis saporis. Extremis ramulis innascuntur bini aut quaterni flosculi simul iuncti, perpusilli è quinque foliolis compositi, carnei quasi coloris. His succedunt capitula, maturitate in quinas crenas sese aperientia, & semen exile admodum ostendentia. Radix dura, lignosa, aliquot fibris donata: quinque etiam rami subinde tenues fibras agunt. Exiccata planta non iniucundo spirat odore.

Flosculi.

Capitula.

Locus.

Tempus.

Nascitur tenui solo inter saxa, in summis *Sneberg*, *Snealben*, & alijs Austriacarum Styriacarumque Alpium supercilij.

Floret Iunio, interdum etiam paulò maturius, pro temporis, quo nix quæ iuga illa tegit mature aut serò soluitur, ratione.

ERICA BACCIFERA LVSITANICA.

CAP. XIV.

Descriptio.

Folia.

Fructus.



Erica folijs Corios Clusio fruticosa est, cubitalibus assurgens ramulis, fragilibus, nigriore quam relique cortice, folia quoque iis similia, sed nigriora & crassiora, gustu cum adstrictione calidiusculo, trino ordine circa ramulos sunt disposita. Fructum a reliquis Ericis differetem summis ramulis inhaerentem gerit, vniones obscuriores tum forma tum colore referent, succulentum, sapore acido, tria granula dura plerumque continentem, qui exiccatus per se decidit. An floreat, nondum constat: incolæ negabant, & fructum paullatim intumescere amplioemque fieri donec maturefceret affirmabant.

Non florere.

Camarin-hara.

Acacalis.

Et verò hæc longè diuerfa à Matth. Erica baccifera. Lusitani vulgò *Camarinhara*: fructum verò *Camarinhas* dicunt. Erica baccifera Lob. Erica baccifera tenuifolia Tab. qui & *Rausch* vocat. An verò & hoc nomen Germanicum, quod pluribus plantis tribuebatur, & huic conueniat, considerandum.

Acacalis, Lat. *Acacalis* Amato in Com. ad Diosc. Est verò *Acacalis* eidem planta fructum ferens album, rotundum, paruis margaritis persimilem, quem Lusitani sua voce *Camarinham* appellant: neque putat fructum istum in Europa vniuersa, præterquam apud Olyssiponem crescere. Planta media est inter Myricem & Ericen qua de causa Diosc. prudentissimè cum de Myrice & Ericæ sermonem fecisset, de hac illicòcaput se-

quens constituit. Fructus est esui gratus: Verum *Cacalia* herba longè alia est, quanquam Plin. illi quoque fructum margaritis simillimum inesse dicat. Quæ *Acacali* conueniunt, *Cacalia* Plinium tribuisse deprehendimus, dicentem: *Cacalia* siue *Leontice* vocatur semen margaritis minutis simile &c. De *Acacali* Paulus quoque ex Diosc.

Bry fratres Hist. Ind. Oriental. notant quoque Lusitanis *Camarinhas* vocatas folijs esse equiseti, sed obscurioribus. Fructus esse baccas rotundas, perlacæ candoris, sapore subacido.

In vna Lusitania hanc plantam obseruauit Clus. non procul *Vlyssipone* inter *Riofrio* & *Aldea Galega*, & etiam supra *Vlyssiponem*, solo admodum arenoso, copiosè suo fructu albo onustam: ait initio *Mannæ* grana isti fructici inhaerentia existimasse, adedò procul ipsi inspicienti imposuisse. Septembris & Octob. fructum fert, qui Nouembri exiccatur & per se decidit. Fructus Sept. & Octob. mensibus *Vlyssipone* inuenitur, febrientibus exhibent, ad sitim quæ premuntur, restinguendam: auidè etiam idem fructus à pueris & mulierculis expectitur, Si *Acacalis* est, aquam in qua maouerit eius fructus, ad *Collyria* quæ ad excitandam oculorum aciem conueniunt, addi, testis est Diosc. Amatus quoque testatur fructum esui esse gratum, eoque mulieres & effrenatos pueros in cibo frequenter vti.

LIGVSTRVM.

CAP. XV.



Ligustrum frutex est arborescens, radicem hinc inde per obliquum spargens, tres aut quatuor cubitos altus & maior, crebris virgis lentis & in ramos diuisis constans, cortice cinereo obrectis, præsertim verò stipites & rami crassiores tali cortice vestiuntur: nam ramuli virides leguntur, materie albida, dura. Folia bina aduerso situ ex interuallis oriuntur, oblonga, angusta, figura ad *Salicis* folia quodammodo accedentia, sed breuiora, crassioraque, atrouirentia, læuia, nitentia, gustu acri & subamaro, non sine adstrictione. Flores in ramorum summis profert suauiter olentes, candidos, racematim congestos, quorum singuli quaternis, quinis, aut senis foliolis constant, apicibus ex luteo herbidis, qui decerpti statim flaccescunt: quos excipiunt *Baccæ* racematim quoque in *Pyramidis* figuram aggestæ, *Hæderæ* baccis minores, læuiores ac nigriores, *Iuniperinis* æquales, initio virentes, per maturitatem nigricantes, continentes bina grana, hinc gibba, inde compressa, cortice spadiceo, carne exalbida, vel digitorum leni pressu fragilia: sapore amaro ac iniucundo, quamuis quibusdam aliquid dulcedinis habere videantur.

Descriptio.

Folia.

Flores.

Bacca.

Grana.

Tragus

Varietas.
2.
Lig. eo sic.

Tragus annotat huius generis nonnullos frutices sublateo comari flore, atque eos quidem inuentu rariores esse.

Ligustri meminit Virgil. celebrato illo carmine: vbi flores intellexisse videtur.

Alba Ligustra cadunt, Vaccinia nigra leguntur, Et Colum. in hortis: Fer Calathis Violam. Et Nigro permixta Ligustro Balsama &c: ad fructum potissimum respiciens: vt censet Tragus.

Marcell.
not.

Marcellus sibi persuadet, Ligustrum hoc vulgare idem esse cum Cypro Diosc. vt satis aperte insinuat, quando ait: Quos Maro cecinit pastoribus negligi & inutiliter perire Ligustri Flores, medicina & Vnguentariorum Officinæ libenter exceperunt. Nostra ætate nulla aut exigua eius ratio est, cum alioqui vulgaris & ubique paratus frutex hic sit. Cisalpina omnis adhuc Gallia sic vocat, Hetruria corrupta appellatione Ruuisticum. De Diosc. & Plin. Cypro cap. seq. Sunt tamen qui & Plin. Cyprum eam esse Arborem censeant, quæ etiamnum in Italia Ligustrum vocatur, vt dicitur in progressu.

Ruuisticum.

Ipsiusmet Ligustri paucissimis meminit Plin. Ligustra inquit non nisi in aquosis prouenire, tessleris vtilissima. Alex. ab Alex. tessaras hic lusorias interpretatur: Dal. verò rectius nostro iudicio lignea signa, vinum, frumentum, oleum aut aliud quippiam significantia, & promittentia, quibus in congiariis & publicis largitionibus Imperatorum vtebantur.

Tessera ex
Ligustra.

Porro magna difficultas orta est inter Herbarios An Ligustrum sit Cyprus Diosc. & Plin.

Ligustrum
elle Cy-
prum
Ligustrum
Cyprus.

Cyprum quidam, vt Plin. inquit, esse dicunt arborem, quæ in Italia Ligustrum vocatur.

Et Ruell. Ligustrum apud nos eadem est arbor, quæ in Oriente & Græcia Cyprus, Gallis Troenea, Suesionibus Drayna, officinis ad Barbaros desinentibus tum Alcana tum Henne.

Troenea
Alcana
Henne.

Virgil. pro flore vsurpauit Alba Ligustra. Cyprum, id est, Ligustri, florem putat corollis intorquendum.

Scio, inquit Tragus, qui Philyream Diosc. velint, (vt Fr. Massarius Venetus & illius Simiæ) mihi verò est *κνραει*, Lat. *Lig. strum*, de quo Diosc. Quidam immeritò vocant *Barriigel*.

Massarius
not.
Philyrea
non est
Cyprus.

Cordus quoque scribit, Ligustrum sine dubio arbuticulam esse quæ Græcis Cyprus vocatur: propterea Plinium idem scripsisse nunquam pœniteat.

Annotat Corn. Posterioribus plerisque omnibus esse Cyprum: nec tam multis annis confirmatam opinionem velut errorem damnari debere, quam magna aded sit inter Cyprum & Ligustrum affinitas & similitudo. Eidem aut Cypros est Italiae Ligustrum, aut Philyrea: eos tamen addit qui Italiae Ligustrum viderunt magis Philyreæ simile id quàm Cypro depingere.

Anguillar.
taxat.

Eorundem sententiam tuetur Matth. & in errore versari tradit nouum quemdam Herbarium [Anguillaram] qui censet *Cyprum* & *Ligustrum* diuersas esse stirpes, friuolis argumentis ex Plin. desumptis. Hallucinari qui non videant Ligustrum omnibus suis notis referre Cyprum. Sed Anguillaræ argumenta non videtur Matth. sufficienter refutare, & nimis audenter pronuntiare hallucinari eos, qui suæ opinioni non assentiuntur de Ligustro.

Matth. not.

Ab eorundam partibus stant Io. Agric & Turner. Hic speciati n, eius notas omnes cum Cypro Diosc. conuenire scribit: ac quanquam Massar. Venetus lib. de Piscibus strenuè neget Ligustrum esse Cyprum, rationes tamen quibus nititur, non eam habere vim, quin cõfutati possint. Ac optasse-

Massar. re-
põ.

mus sanè refutasset viuis rationibus, si potuisset, aut à reprehensione abstinuisset.

Turner. ca-
fig.

Amatus ne ambigendū quidem censet Cyprum Ligustrum esse, quum Plin. dicat arborem Ægypto familiarem, in Italia Ligustrum vocari. Ideò omninò falli Mass. Venetum, Cyprum aliam arborem à Ligustro esse contendentem. Ligustri verò radicibus hodiè Mauros suos inficere capillos, velut equorum quoque crines, quod olim quoque fieri Diosc. tradidit. Verum vel ex eo facile conuincitur Amatus, Ligustrum nostrum neque esse Cyprum, neque id lignum quo Mauri capillos inficiunt, quia nihil tale præstat Ligustri nostri lignum, sed Henne, quod Cyprum existimamus.

Amatus
refut
Lacuna not.

Amati errorem vtrumque ruminatur Lacuna, (vir nostro iudicio parum in re Botanica versatus) nempe & *κνραει* esse & Ligustri radicibus à Turcis tingi caudas equorum: additque Poetas huius arboris flores vocare Ligustra, & fructus eius Vaccinia: sed dubium non est duas ab eo confundi plantas: non enim nostratis Ligustri, sed alterius exoticæ arboris radice, de qua postea, tinguntur pili equorum.

Ligustra
Poet.
Vaccinia
Poet.

Ad vnus huius plantæ historiam idem Lacuna accumulatur & tertium errorem. Ponit Ligustri iconem ex Matth. & aliam habet eiusdem plantæ nomine Halimi, cum quo nullo modo conuenit. Cæcis ita inponendum est, non nobis & diligentibus studiosis.

Tertius La-
cuna error.

Monachis etiam Cyprus Græcorum & Ligustrum Latinorum vnus & idem sunt, quemad. & Alcana, vt legentes [inquit] Serapionem, & Diosc. cū Plinio conferentes non latet. Addunt in oleo Cyprino Actuarij legi florum Ligustri, Græcis Cyprus dicti.

Lonicero Ligustrum Diosc. Philyra est & Cypris, cuius duas species facit, magnam & parua. Esse Virg. alba Ligustra, & Colum. nigra Ligustra. Ita vides non minori ignorantia quàm oscitantia ab illo vni plantæ tribui tria diuersarum plantarum nomina. Præterea vnus plantæ duas icones, minorem & maiorem ponit, & propter eas potius, quàm ex re ipsa, aut quòd viderit, vel ab aliquo didicerit, duas tradit species, à nemine hæcenus, quod equidem sciamus, obseruatas.

Lonic ca-
fig.
Alter eius-
dem error.

Eius priorem iconem Ryff. prædicto non magis in re Herbaria versatus, pro Ligustro ponit, scribens: *Ligustrum* Plinij aliorumque Latinorum, cuius picturam damus omnes fere hæcenus Diosc. Cyprum interpretati sunt, sed illos nuper redarguit Massarius, demonstrans Ligustrum esse *κνραει* non Cyprum. Ryff. igitur qui ineptè posuit pro Cypro iconem Ligustri vulgaris, vti dictum, cap. sequenti iconem maiorem eiusdem plantæ cum eodem Lonic. ponit pro Philyrea Diosc.

Ryff
error.

Ryff
error.

Altius sapuisse sibi persuadent Pen. & Lob. in Adu. quando *Ligustrum* Diosc. nostras vocitant, subolracentes fortè nostrum diuersum esse à Dioscoridæo, & nihilominus ad illud reduci posse aut debere existimantes, vt equidem candidè interpretaremur nisi sequentia eorum verba diuersum proderent, quando aiunt: de florum factura Cyprus dictus Græcis videtur: *κνραει* enim floreo est, quò allusisse visus est Maro, vbi *alba Ligustra cadunt*, canit. Auic. dicit baccas esu sanguineum lotium aut potius colore cruentum ciere, quod præstitisset Refractarijs experiri, quàm Ligustrum verum inficiari. Quæ tamen Alkana afferuntur assulæ, vel baccilli, luteo sunt intus ligno, eoque si crinem (vt videtur Auic. ex Diosc. velle) ruffant, sunt sanè aut melioris notæ Ligustri, aut diuersæ

Cyprus Græ-
de.

plantæ, Quibus postremis verbis & notis non temerè ceu recidiuâ quadam hæsitacione iactari nobis videntur, adeoque nihil certi statuisse. Non placet igitur eos prius *Ligustrum* & *Cyprum* idem dixisse: nec quæ huic nostræ ascribunt de vrina cruenta, quod decebat illos potiùs experiri priùs, quàm redarguere eos qui negant *Cyprum*, cum ipsimet dubitent, vt apertè docent eorum verba de *Alkana*, de qua nos seq. cap.

Castor Dur. error.

Ligustrum non esse Cyprum Diosc.

Denique *ligustrum* nostras etiam *Cyprum* *Diosc.* faciunt *Cast.* *Durantes*, [qui non benè duas figuras & descriptiones vnius plantæ ponit, quasi diuersæ sint plantæ.] *Taber.* & *Cæsalp.* *Lonic.* addit *Cyprum* ab insula dici.

His omnibus strenuè se opponunt, iam sæpè citatus *Maffarius*, *Fuchf.* *Dod.* *Anguil.* *Rob.* *Const.* apud *Amatù*, *Goropius*, *Porta*, alique quorum iudicio & rationibus sanè in hac re plus tribuimus, eisque hæctenus subscribimus, donec prodeat aliquis, qui nobis diuersum persuadeat. Quamquam *Diosc.* *Cyprum* descriptio propiùs ad nostrum *Ligustrum* accedere videatur quàm *Plinii*: quamuis nostram vix propriè & simpliciter arborem dicas, adhuc minùs peregrinam. In nostri quoque *Ligustri* foliis nihil tale quid apparet, quod capillos ruffet, quæ notæ nostrum *Ligustrum* à *Diosc.* *Cypro* potissimùm distinguere videntur, quamuis & aliæ fortè sint circa vires, nondum obseruatæ. Sed quid multà opus velitatione, cum alia planta, nec frutex, sed arbor *Recentiorum* industria inuenta sit, meliùs cum *Diosc.* *Cypro* conueniens.

Nec Cyprum Aegyptiam Plin.

Sed nec *Cypro* *Aegyptiæ* descriptioni *Plinii* quadrat nostrum *Ligustrum*. *Plinii* namque *Cyprus* semèn habet *Coriandri*, peregrinaque est arbor. At *Ligustrum* nostrum grana non *Coriandro* similia habet, vt faciliè ex descriptione nostra proposita conferenti notas cum *Coriandro* patebit. Nec sanè nostrum *ligustrum*, quod spontè in sepibus & senticetis passim occurrit nascitur in *Aegypto*. Rectè igitur *Fuchf.* *Ligustrum* quo nomine *Græcis* appellatum sit, nondum certò nobis constat, neque enim, vt ferè omnes hodiè putant, *Cyprus* est.

Plin. not.

Dod. quoque ipsum in hac re adèd *Plin.* reprehendere audens, eum scribit perperam *Ligustrum* eandem arborem esse censere, quæ in Oriente *Cyprus*. Quam censuram mitigans *Anguil.* *Cyprum*, inquit, quidam volunt esse *Ligustrum* in Italia dictum: verùm credere non possum *Conastrello*.

Conastrello.

quam habemus in Italia esse *Cyprum*: notæ non respondent. *Plin.* etiam non affirmat *Cyprum* esse *Ligustrum*, quamuis alio loco id asserere videatur. Verùm fortè *Plinio* addita quædam aut deceptus *Plinius* sibi contrarius. *Conastrello* non potest esse *Cyprus* *Plin.* l. 12. c. 25. *Ligustrum* Latinorum non negarim. Quæ planta sit *Cyprus* ignoro. *Conastrello* est *Philyrea* vt pater ex descriptione. *Hac ille.* Qui existimando *Conastrello* esse *Philyream*, fallitur, de qua mox transigemus.

Plin. excusat.

Ligustrum Latin.

Eadem ferè & *Rob.* *Const.* confirmat his verbis. Quid sit *Ligustrum* siue *Cyprus*, profectò ignotum est his nostris temporibus. In hoc solùm *Diosc.* & *Plin.* consentiunt, quòd vterque dicat esse arborem quâ vel solâ notâ excluditur vulgaris illa planta ab huius consortio, quam nobis pro *Ligustro* & *Cypro* ostendunt *Herbarij*, quæ fortasse est *Ligustrum* *Virgil.* non autem *Cyprus* *Diosc.* aut *Plin.* *Ligustrum*, imò nec *Columellæ*. Hic enim frutex in sepibus maximè communis, vix vnquam visus est arborefcere: nos *Galli* vocamus *du Troesne*: sed *Cyprus* siue *Ligustrum*, id est, *Arabum* *Alkana*, arbor rara est, & inter pretiosa

Ligustrum Virgil. Non esse Ligustrum Columellæ.

simplicia semper adnumerata.

His ac similibus rationibus motus doctifs. *Goropius*, *Ligustrum* alterum *Veteribus* dicere maluit, & apertè ait *Virgilij* *Ligustrum* non intelligendum esse de *Cypri* flore odorato. Sed cur *Ligustrum* alterum *Veterum* dicit, vbi duo genera *Ligustri* apud *Veteres* inuenit: sanè nisi id intelligat vel apud *Plin.* vel hoc nostrum *Ligustrum* ceu alteram *Ligustri* *Veterum* speciem agnoscat, quid aliud velit nondum olfacimus. Nam, vt dicebamus, præter *Cyprum* [cuius aliquoties meminuit,] & *Ligustrum* sapiùs citat, vt in sequentibus patebit, nec tamen hoc idem esse cum illo categoricè affirmat: immò lib. 12. c. 24., vt & l. 23. c. 4. videtur ambigere, vtrum ea *Cyprus* sit, quæ in Italia *Ligustrum* vocabatur: dum id ita esse, non ex sua, sed ex aliorum potiùs sententia pronuntiat. Certissimùm quoque diuersitatis nostri *Ligustri* & *Cypri* *Antiquorum* argumentum producit *Porta*, ab ipso experimento desumptum: nempe, inquit, *Ligustri* vulgaris folia non ruffum capillum reddunt: quare non est *Cyprus* *Diosc.* sic igitur primam difficultatem excusimus.

Nondum placet an Plin. Cyprum Ligustrum eundem sit idem sit. Quid sit ruffum si a Recentioribus quousq. dubitantur

Altera difficultas est an *Ligustrum* nostras sit *Alcana* & *Henne* *Arabum*.

Asserunt *Ruell.* *Tragus*, *Matth.* *Lacu.* *Monachi*, *Lonic.* *Brunfels.* *Bouius*, *Comes* à *Neuenar*, & *Cast.* *Dur.* ac in genere omnes ferè ij qui, nostrum *Ligustrum* cum *Cypro* *Veterum* idem faciunt, cum *Arabes* pleraque sua de *Alcana* ex *Diosc.* cap. de *Cypro* transcripserint: Sed hinc non sequitur nostrum *Ligustrum* esse *Alcanam* *Arabum*, sed verisimile tantùm sit hanc & *Cyprum* *Diosc.* esse idem. Idcirco fallitur, quisquis ille sit, qui apud *Cordum* annotauit *Ligustrum* *Arabicè* dici *Alkana*, *Henne*: Nam vt dictum *Henne* quidem est *Cyprus*, sed non *Ligustrum* nostrum vulgare. Rectè igitur *Bellon.* *Arabum* interpretes *Latinos* *Henne* seu *Alcana* falsò *ligustrum* vertere notat, cum diuersa sit arbor. Quod verò idè *Henne* siue *Alcana* differre tradit à *Cypro* aut *Ligustro* *Gallicè* dicto *Troesne*, quòd hieme *Henne* non deponat folia vt *Ligustrum*, nobis non probatur. Nam cum *Henne* & *Alcana* *Serap.* sit *Cyprus* *Diosc.* *Ligustrum* verò nostrum, vel ipso teste, non sit *Henne* & *Alcana*, ne *Cyprus* quidem erit, aut rectè diceretur.

An Ligustrum nostras sit Alkana & Henne Arabum

Cæterum cum (vt ex *Adu.* dicebamus) quæ *Alhanna* nomine importantur lignæ assulæ sint luteæ, satis patet à nostro *Ligustro* differre, si modò veræ & genuinæ sint *Alcanæ*.

Cordis commentari. Arabum interpretum error.

Leoniceum carpit *Agricola*, quòd *Cyprum* similem *Ligustro* fecerit, nec se cum sequi, ait ipsemet tamen idem *Ligustrum* facit & *Græcis* *Cyprum* dictam: ac in eo hallucinatus est, quòd similitudinem negauerit, & quòd ipse cum plerique idem putarit. Meliùs igitur fecisset, si meliùs sentientem securus fuisset.

Agricola not.

Tertia difficultas est, An *Ligustrum* nostrum sit *Philyrea*, vt voluit *Maffarius*, *Fuchf.* *Anguil.* *Gesn.* *Euchar.* *Roeslin.* *Dod.* (qui malè non tantùm *Philyream* *Ligustrum* facit, sed & eam, quæ existimatur *Philyrea*, ponit pro *Cypro*.) Sed *Gesn.* ex aliorum potiùs, quàm sua sententia id dixisse videtur. *Fuchf.* quoque parum fortè suæ opinioni tribuens, iudicium penes prudentem lectorem esse voluit. Apertè negant *Tragus*, *Dod.* & nos, apertis rationibus moti, quas suo loco trademus.

An Ligustrum sit Philyrea. Dod. genus error.

Baccas, sunt qui velint, dici *Vaccinium*, de quo *Vitruu.* *Archit.* l. 7. c. 14. verum certò affirmari non potest. Sunt qui & *Ligustri* *baccas* à *Virg.* *Vaccinia* vocari putent, sed malè, inquit *Matth.* Non defuerunt, qui existimarint *Ligustrum* esse *Mauritanorum* *caprifolium*, sed perperam. Sunt qui *Ligustrum*

Vaccinium Virg. non esse Non est presul.

Synonyma lingu

Oline

Locu

Lib. n

Bellon. præb.

vires vlt. Temp. Aqua lat. Ori. S. Inflam. in. V. pudens rum. A. fa.

Cap. a. Vni s. ma.

Chart. inu. m.

liqua. alien.

struca

Synonyma.
linguar.

strum dictum velint, à ligando, quòd sepibus ligandis & muniendis conueniat: Alkana & Henne omnibus ferè iis, qui Cyprum esse putant, vti dictum. Germ. *Beinhölzlin* / quòd lignum ossis instar durum habeat: propter duritiem dicitur etiam, *hartrigel*, sed perperam, vt notant Tragus. & Hier. Brunch. *Herckholz* Taber. Aliis dicitur *Mundholz* / *Geisholz*: *Keinweiden* / quòd salici similis sit, & Rheni ripa copiose nascatur: *Mundweiden* / quòd oris vlceribus medeatur, quamuis Fuchf. Ligustrum officinis inusitatum dicat, vt reuera est, potest tamen commodè in vsum reuocari. Ait tamen Matth. sed malè Officinis *Alkana* dici, alii *Alchanna* scribunt) & mauritanis *kenne*, [alii *Chenne* scribunt] *Henne*, seu *Hanne*. Belg. *Beelcruyt*, *Rynweilgen* / *Shuuenckf.* qui Ligustrum inter Silesiæ plantas hortenses refert, ait Germ. *Schulweiden* dici Gal. *Troesne*, *Frezillon*. It. *Hetruscis Guistrico*, quòd inibi etiam aliqui *Oliuetta*, nonnulli *Oliuella*, quidam *Chambrossene* vulgò vocant: alii *Callostro*. A mulieribus & pueris Romæ *Fior fiorello* Alphab. scribit & *Chryseluo* dici: *Conastrello* Patavinis. Hisp. *Alhena*, *Alfena*: Cakil. *Arbor de Parayso*, aut de *Athena*: Portug. *Alfenheyro*. Bohem. *Praçii* *Zob*. Vngar. *fagyalsa*. Apud Bollenfes in ducatu Wirtemb. *Schwarze Hungheeren* vocant. Vt annotauit aliquando Solerius Delphinatibus dicitur *Sanguin blanc*, & Prouincialibus *Oliuier sauage*.

Locus.

Nascitur magna ex parte in locis asperis, potissimum vepibus & sepibus, frequens admodum passim Germaniæ, Galliæ, Italiæ. Ad Rhenum abundat. Lob. ait nulli calidiorum regionum hodiè deesse, paulò licentiosius: non enim inuenitur in Ægypto Ligustrum Italicum, teste Alpino vt dictum: copiose prouenit etiam in Diocesi Cantabrigiensi ad scpes, & propemodum in omnibus Londini viridariis. Quin & in frigidioribus regionibus in hortis colunt, quorum septis & arcibus cingendis accommodata quia consilis, & tam floribus quàm racemulis tota æstate lata. Floret Aprili & maio, citius aut tardius pro locorum ratione. Flores tota ferè æstate durant, aliis prætereuntibus, aliis emergentibus. Septembri racemuli maturefcunt, & subinde per totam ferè hyemem restant, non sine singulari utique prouidentia Dei, præcipuum auicularum famis refugium per sæuissimas hyemes futuri. Folia ad hyemis initium durant, postea decidunt, & vere noua renascuntur.

vires & vrus.

Temperam.

Aqua stil-

lat.

Ovis vlcera.

Inflamma-

tio. Vlcera

pudendo-

rum. Ambu-

sa.

Virium Ligustri meminit Galenus libro septimo simplicium medicamentorum, sic inquit. Cypri seu Ligustri folia, summaque germina in vsum veniunt, & facultatis & temperamenti maxime misti: habent enim quiddam digerens cum aquea substantia modicè calida: habentque etiam adstrictorium quiddam ex terrenâ substantia frigidâ, &c.

Folia, flores & acini Ligustri vt prodidit Tragus, adstrictoriam vim habent: hodiè apud nos extrinsecus ferè vsurpatur. Aqua è teneris Ligustri foliis Maio mense, aut è floribus Iunio destillata, gargarisatu exulcerationibus oris auxiliatur, neque non feruidis inflammationibus, carbunculisque & pudendorum vlceribus ambustisque igni prodest collutu. Hoc enim remedio ad prædictos morbos Chirurghi penè omnes vtuntur. Flosculi aceto macerati, frontique impositi, capitis dolorem sedant. Acinis Ligustri maturis quidam rubello Vino nigrum inducunt colorem, & vt crassius euadat efficiunt, quò magis sit vendibile. Solent etiam illi tam nigrum quàm Ve-

Cap. dolor.
Vini sephif-Charitar.
matura.Aqua flor.
Acin.

netum colorem præstare, quò nomine ab his, qui chartulas luforias, aliasue picturas coloribus variis illuminant, leguntur. Pueri baculis inficiunt decoctis in aqua, & atramenti loco scriptitant, quòd & se aliquando conficere solitum testatur idem: sed pictura in coceruleum quadantenus spectat.

Aqua stillatitia, è floribus Ligustri, tradente Matth. potu menses superfluos constringit, vtilis aduersus hæmoptosim & diarrhoeam. Eadè per se, aut cum Pompholyge in oculos instillata, rubores eorum & lippitudines tollit. Ex floribus conficitur & oleum, quòd ad inflammationes vulnerum insigne est, si calidum illinatur: idem dolenti à calore capiti benefacit. Hieme baccis vescuntur aues, præsertim Merula ac Turdi. Ex virgibus flexilibus, solida tamen materie, caucæ fiunt ad canoras seruandas aues, ac virgæ ad instruendos equos. Nullum reperiri posse, inquit idem, medicum tam inexpertam crediderim, qui non nouerit Ligustrum iis omnibus præstare viribus, quibus pollere scriptum reliquerunt Diosc. & Gal. Atqui Herbario illi [Anguillaræ] venia danda, quòd in noscendis tantum plantis, non autem earum facultatibus examinandis operam nauarit. Hæc Matth. vt iam nobis Sefquiaristæus quidam esse videatur, qui solus omnia inuenit, vel inuenisse somniarit. Sed quæ hæc temeritas, de re sibi incognita statuere, & alios insuper reprehendere, cum ipse potius redarguendus est quòd præcipuam illam notâ Ligustri quòd Cyprum existimat, non examinarit, an eius folia rufent Capillu, vt docet Diosc. Et vehementer profectò miramur quî tam audacter ausit pronuntiare de viribus Ligustri, quòd ex sua persuasione vult esse Cyprum quam nouit.

Acinos Ligustri contra Phthiriasim & Gallinarum pituitam prodesse, scribit Schuuekf. qui ea desumit ex viribus attributis Cypro: Lectores, poterunt sine periculo experiri an nostrum Ligustrum hæc præstet. Iac. du Fouloux de venat. in cura morbi canum ad dolorem aurium commendat fruticem dictum *Troesne* qui nihil aliud est, quàm Ligustrum. Zehriell in fulmine laudat ad Arthritidem intra mediam horam Oleum florum Ligustri, Veronensibus dictum *Conastrello* factum ad Solem, aut in Balneo Mariæ, calidè applicatum. Frutex, vt dicebamus, aptissimus est sepimentis, propter lenta & flexibilia vimina, ex quibus reticulato plexu Garyophyllei flores in vasis circumsepuntur à nonnullis, non sine elegantia. Sic & ad topiarias scenas expeditur à nonnullis, quas non ineleganter conuertit. Foliorum succum quidam celebrant ad oris vlcera & inflammationes. Nec vires à Matth. traditas negamus, sed ab eo potius effectas rationabiliter, & aliunde mutatas censemus, quàm experimento cognitâs. Ex gustu facile quibus vel mediocriter verlatu vnique plantæ vires probabiliter assignare possit. At pro veris & compertis prodere non item.

Tantò minus reprehendendi
ii qui id non faciunt, nec
facere volunt, nec
debent.

Diarrhoea.
Lippitudo
Oleum florum
Vulnerrum
Inflans
dolor cap.
Animum
cibus.
Ad caucens
animum. Virga
ad domandos
equos.

Anguil. not

Phthiriasis
Cyprina
Gallinarum
Dolor aurium
canum.
Arthritidis.

LIGVSTRVM ÆGYPTIVM : CYPRVS

GRÆCORVM : ELHANNE ARABVM,

CAP. XVI.

Descriptio.

Bacca.

Semen.

Folia.

Flores.

Perpetuo
Sicc.

Diosc. cor-
reft. & sl-
luff.

Cyprus Æ-
gyptia Plin.

Ligustrum

Ligustrum.



Ligustri Ægyptiaci, à se propositi racemos nobis dono dedit Alpinus : cuius bacce multò numerosissime, nostratis Ligustri baccis ferè pares, magis sessiles, coloris cinerei ferè, [in sicca] quatuor decussatas impressiones ostentantes, semine refertæ copiosissimo, minuto, Melochiæ, & figura angulosa, &

magnitudine æquali, coloris ruffi, saporis strenuè adstringentis, idque citra omnem morsum. Folia admista Ligustri nostratis satis similia, sed minùs lata & candidiora, sapore acidulo subadstringente. Flores autore Alpino, coloris cinerici, non albi, sambuci floribus proximi, minores tamen: odor admodum acutus, & Ligustri odore suauior. Flores Rauuolatio ex luteo pallidi sunt, odoris suauis Moschi: concolores floribus baccilli: tota hyeme viret: semen ei pulchellum, spadiceum, pyramidale, trigonum eleganter exprimens, basi ita æquali, vt iurrectum latrunculi instat stet.

Hanc veram Diosc. Cyprum censemus, quo tradente, κνυπερς arbor est foliis circum virgulta Oleæ similibus, sed latioribus, mollioribus & viridioribus: floribus candidis, muscosis, odoratis; semine nigro, sambuci fructui simili. Optima nascitur in Ascalone & Canopo. Idem Philyream tradit esse arborem similem Cypro. Pro muscosis floribus βρωδν habent vulgata exemplaria: Ori-basius accommodatius videtur legisse βοτρυωδν, id est racemosos: sunt enim in racemi speciem digesti. Verus vtraque voce caret, & simpliciter αβν λευκα dicit & εβν αβν.

Cyprum Ægyptiam describit Plin. his verbis: Cyprus in Ægypto est arbor ziziphi folijs, semine Coriandri, flore candido odorato. Coquitur hic in Oleo, premiturque postea, quod Cyprus [Cyprus Dal.] vocatur. Pretium ei in libras quinque. Optimum habetur è Canopica in ripis Nili nota. Secundum Ascalone Iudææ. Tertium Cypro insula odoris suauitate. [præcipuum Dal.] Quidam hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia Ligustrum vocatur. Item alibi. Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente Cypros. Monet tamen Corn. in vetusto Plin. exemplari legi: Ligustrum si eadem arbor &c.

Huic ex Virgil. competere videtur: Alba Ligustra cadunt &c: Et Ouid. 13. Metam.

Candidior folio niuei Galathea Ligustri.

Vt quod flori Virg. folijs Ouidius tribuat, quæ candicant in hac non in præcedenti: quamuis Virgilium de præcedenti locutum esse, nihil vetat, vt qui in Italia vixerit vbi illa, non in Ægypto

vbi hæc, nascitur.

Huic etiam competere censemus omnia illa nomina Arabica, à plerisque præcedenti attributa. Apud Serap. Henne, id est Alcanna, cuius flos similis est floribus Myrti, sed racinatim digestus, albus, & nonnihil ad glaucedinem declinans, odoris acuti. Hæc ex Maaci testimonio. Citat & Diosc. eiusque superscripta verba.

Cyprus Hebræis Copher, Cantic. 1. vt Græcus interpres reddidit. Hanc etiam intellexisse videtur Hieron. in Cant. Cant. homil. 2. his verbis: Botrus Cyperi [Cypr] fraterneus meus mihi in vineis Engaddi. [βοτρυς τῆς κνυπερς] Quantum autem ad literæ explicationem, habet aliquid ambiguum: quia & vna florens Cyperus [Cyprus] appellatur, & species quædam extrinsecus virgulti est quæ Cyperus (Cyprus) dicitur, ferens etiam ipsa floridum quendam fructum, in modum florentis Vuæ prolatum. Sed videtur magis ad fructum Vitæ respicere sermo, quandoquidem Vinearum Engaddi facta est memoria: &c: Hanc igitur cognitam habuisse quidem, sed non eam, verum ipsam Vitam in Canticis intelligi voluisse Hieronymum satis apertum esse arbitramur.

P. Berchorius in reductorio, Cyprum seu Cyperum, vtrunque legi tradit: Cyprum esse arborem similem Oliuæ in folijs, quæ secundum Isidorum & Plin. suauissimi est odoris cuius semen si cum oleo coctum fuerit &c: Sed Berchorius videtur ignorasse discrimen inter Cyprum arborem & Cyperum herbam, cuius radix, quæ suauissimi odoris: quapropter confundit has duas plantas. Cyperus etiam ab Hieron. scriptum videtur, vt notauimus. Idem ibidem rectè: Cyprus inquit, cum Nardo, Nardus & Crocus, fistula & Cinnamomum cum vniuersis lignis Libani. Et Ioseph. historicus Lib. 4. περι ἀλώσεως: οὐρα δὲ ὀποβάλασμον ὃ δὴ τῆμιώ αὐτῶν τῶν καρπῶν, κνυπερς τῆς, ἢ μυρσὲ ἀλανῶν & subdit esse σπυρωδία ἢ χαλλισα. Vt videas Cyprum apud Veteres in magno pretio fuisse.

Theophr. κνυπερς dicitur vnguentum ipsum, quod & Cyprinum vocatur, παρα τῆς κνυπερς à Cypro. Sed an ab hac, an alia quadam herba Cypro dicta, vt magna securitate asserit Lonic. nondum ausum statuere.

Placet iudicium Constantini, κνυπερς, inquit, arbor Ægypti assimilis ei quam Ligustrum vocat Italia: quam quidam etiam cum Ligustro eandem esse contendere Plin. temporibus: sic vt ferè interpretes omnes eandem Ligustrum reddant, cum diuersæ sint, vt rectè censet Massarius.

Maxcell. apud Diosc. legit cypron, Romani Ligustrum dicunt: cuius lectionis nullam nec rane nec autoritatè addit. Videtur Plin. lectione mortus id fecisse. Quod si ita est, abutitur sanè eius autoritate, qui ne ipse quidè id ex sua sententia sed aliorum pronuntiare sit ausus, quamuis id alio loco id fecisse quibusdam videatur: aliis ex veteri lectione, aliter. Sed Dioscoridi addere ex Plinio, tanquam genuina, nobis non videtur integrum, neque consultum. Equis scit, quid illud sit, quod olim Romani Ligustrum appellarunt. Enimuerò sanè cum Italica planta sit Ligustrum vulgare atque adè Romæ cognita, cyprus nequaquam, illam Romanum Ligustrum esse verisimilius, quam hæc.

Sed à Diosc. & Plin. sententia recedit Bellon. fruticem solummodò dicens, non arborem. Sic autem scribit de ea, ac seipsum declarat. In Ægypto inuenimus paruum fruticem, nominatum Henne aut Alcanna, quem refecant & colunt diligenter. Latini

Henne & Alcanna Serap.

Copher. Hebr.

Botrys Cypr.

Comparatur floribus Vuæ.

Cyprus.

Berchorij

Nardus

Cyprus in magna pretio apud veteres.

Interpres Diosc. & Arabum error.

Maxcell. præb.

Patru Henne. Alcanna.

Qui...

Alpin...

Liban...

Amat...

Henne...

Nardus...

Math...

Temp...

Interpres...

Patru...

Vires...

Latini interpretes Arabes dixerant Gallorum *Troesne* Latine dictum Ligustrum, sed id falsum est, quia arbor *Troesne* diuertit ab ea. *Henne* prouenit ad altitudinem Mali Granati verum sectus, profert tantum tenues virgas, vt *Salix*. Magnus eius est reditus in *Aegypto* [vt dicitur in viribus] propter tincturam. *Item alibi*: Arbor *Henne*, nascens in *Aegypto* alio nomine *Alcanna*, in hoc differt à *Cypro* aut *Ligustro*, quod Galli *Troesne* nominant: huic enim folia decidunt: *Henne* vero retinet. *Hec ille*. Ergo cum *Henne* differat à *Ligustro* vulgari, vt testatur *Bellon.* patet quoque non esse *cyprum*, cum *Henne* & *Alcanna* apud *Serap.* nihil aliud sit quam *cyprus Diosc.* cuius verba recitat.

Alpin. sequens deprauatam Interpretum versionem, ait esse *Diosc. Ligustrum*: & addit esse *Alcanna Auic. cyprum Plinio, Aegyptijs Elhane* ac *Tamarhendi. Bellon. & Alpini* sententiam approbat quoque *Rauuolff.* additque *Græcis* communi vocabulo *Schenna* dici: ex huius radice Arabes vrere *spodium*, vt etiam meminit *Auic. c. 17.* Melius conuenire *cypro Diosc.* de qua *Salom.* in cantico, quam nostras *Ligustrum. Figura* sua titulum fecit, *Cyprus Græcis.*

A natus & Lacuna hanc cum *Ligustro* confundunt. Denique falluntur omnes, qui vel *Plin.* non intellecta mente, vel vulgata eius lectione, vel sua doctri opinione *cyprum* censent esse *Ligustrum* nostras, quos in superiori cap. sufficienter refutauimus.

Annotat *Dod.* à *Turcis* vocari *Henne*: cur vero in eius historia pro *cypro* ponantur duæ icones *Phillyrea* nescimus, nisi *Cyprum Phillyrea* putarit, quorundam recentiorum errorem secutus, qui *Ligustrum* *Italorum & nostras*, ac ipsius etiam fortasse *Plinij* cum *Diosc. Phillyrea* vnum & idem esse existimarunt. *Cyprus Græcorum Hist. Lugd.* quæ præter sententiam *Alpini* atque figuram quam habet ex *Rauuolffio* in descriptione sua dicit flores duobus digitis longiores.

Ligustrum siue *Cyprus Diosc.* *Portæ*: quod è *Turcia* nobis adfertur, vulgo *Alchena* dictum, cuius folia contrita, crocea siue ruffa ruffum capillum reddunt, vt idem inquit, non autem vulgare *Ligustrum Matth.* Videat etiam *Lector* quæ cap. præced. notauimus de *Alkana* assulis.

Iam ex *Diosc.* dictum optimam *cyprum* nasci in *canope & Ascalone. Plinio* *Cyprus* in *Aegypto* nascitur, *Bellonio Alkana Aegypti* incola est, vbi omnibus notissimam testatur *Alpinus.* Speciatim refert *Rauuolff.* *Tripoli & potiss. in Cairo* prouenire. Eam *Turcas & Mauritanos* propter gratum & suauem odorem *Moscho* similem, quæ flores exhalant, diligenter in vasis custodire, & hieme, ne frigore pereat, in cubiculis & subterraneis locis seruare. Et quia tardè noua folia protrudat, nempe *Augusto*, quosdam irrigare aqua sapone infectâ; alios radici calcem ad nouere, vt citius floreat. Ad nos multi baccilli adferuntur. Puluis viridis in instructoribus habetur officiais saccis. plenis ex *Aegypto & Africa* delatis. Onusta naues deuehuntur per *Turciam*, eodem teste. Eiusdem puluerem subtilissimum habemus munere *Valerandi Dourez*, cum inscriptione, *Hec Bellon.* Est is ex fasco fluuiescens. Verum cum femine nobis misit *D. Paludanus* nomine *Elhena*. Pulchello racemulos inter *Arabia* nostra peregrina seruamus à *Cl. Alpino* nunc horti *Patauini* præfecto dignissimi accepta.

Cyprum folia, ex *Diosc.* *astriectoria* vim habent: quare oris vlcera commandacata medentur, & illi tum feruidis alijs inflammationibus, tum etiam

carbunculis profunt. Eorundem decoctum igni ambustis applicatur. Ruffant & capillos trita, & illita folia, siue in struthii succo maduerint. Flos ex aceto tritus & fronti inductus capitis dolores sedat. Cæterum quod ex eo preparatur *Cyprinum* vnguentum, odoratum est, ac neruos exaltat & mollit: siquidem feruenti natura præditorum medicamentorum misturam recipit. *Plin.* *Cyprinum* oleum vocat, quo autore, exaltat, mollit neruos.

Folia stomacho illinuntur: & vuluæ concitata, sanguinem emittenti vel procedenti succus quoque eorum apponitur. Folia recentia commandacata, vlceribus in capite manantibus, item oris, medentur, & collectionibus, condylo natis: Decoctum foliorum ambustis & luxatis prodest. Ipsi ruffant capillum tusa, adiecto *Struthii mali* succo. [Fallitur *Plin.* *seruthii* vocis homonymia: *seruthii* *seruthii* habet. *Diosc.* De *Struthii* herba seu *Lanaria* succo, non *Struthii Mali* intelligendum.] Flos capitis dolores sedat cum aceto illitus. Idem comballus in cruda olla nomas sanat, & putrescentia vlcera per se & cum melle. Olor horis olet, qui somnum facit. Succus *Ligustri*, seu *Cypri* eodem teste neruis, articulis, algoribus: folia vbique [vtique ver.] veteri vlceri cum salis mica, & oris exulcerationi profunt. Acini contra *Phthiriasin*, item contra intertrigines, foliaue. Sanant & gallinaceorum pituitas acinj. *Cypri* arboris folia, inquit *Gal.* summaque germina in vsum veniunt, & facultatis sunt ac qualitatis maximè mixtæ: habent enim quiddam digerens cum aquea substantia, modicè calida: habentque etiam *astriectorium* quiddam externa substantia frigida. Itaque eorum decocto quiddam ambusta fouent. Vtuntur vero etiam aduersus igneas phlegmonas & carbunculos. Nam absque molestia & morfu desiccant. Quinetiam spontè prouenientibus in ore vlceribus, aphthodesi, & ipsis puerorum aphthis commensa accommodata sunt. *Paulus* in viribus hoc amplius quam *Diosc.* *Cypro* tribuit, vt aptè remedijs his miscetur, quæ ad lienem conficiuntur: quod demirretur aliquis, inquit *Marcell.* nisi quia mollit *Ligustrinum* vnguentum, durato *Lieni* idè accommodatum sit. Nec mirabitur, qui, vt dicebamus ex *Plin.* aduertet, calida quoque medicamenta recipere, quæ vtique vim habent aperiendi & discutiendi, præter vim remollientem, quam habet. *Serap.* præterea quæ *Diosc. & Gal.* habet, addit, in muliebribus affectibus idem præstare, quod sanguis draconis. *Cypri* florem *Plutarchus* putat corollis intorquendum, quod placidum suauemque somnum potioribus accersat, quippe qui lenem auram & mitem expiret, quæ remulentorum salebrosas aspritudines sensim læuiget, ita vt conciliata tranquillitate hebes crapula retundatur, & caloris officio percoquatur. Folia madentia & inuncta discutiunt (vt ait *Celsus*) ea, quæ in aliqua corporis parte inhaerent. Vnguentum è *Ligustro Alexandro magno* misit *Abdelonymus Sicyonius*, vt scribit *Pollux.* *Auic.* tradit, quod si quis non inem tinxerit *Ligustro* quod producit florem album, *Alchannam* vocat ipse, eum mixturam vrinam nigram: Sed durum est credere, id euenire ex illitione externa, nec apud vllum alium id legitur. Certum quidem est, apud *Turcas* admodum consuetam esse illitionem ex eo. Atamen de ea re nihil hætenus accepimus: nec verisimile est. Magni porro *Aegyptijs* (vt scribit *Bellon.*) ex *Cypro* reditus: folia enim resiccata in puluerem resiccata ad tincturas flauas. Ex eo in *Turcico* imperio census 3000 datatorum superat. Quam late enim patet *Turcia*, consuetum ferminis hoc

Oris Gulce-
ra. Inflammationes.
Ambusta.
Capillorum tinctura
Cyprinum Vnguentum

Stomachus.
Menstr.

Luxata.

Plin error.
Cap dolor
Noma. Vl-
cera putrida.

Contra pediculos.

Temperam,

Ambusta.
Inflammationes
Carbunculi,
Oris Glycer.
Aphtha.

Lien.

Noxa.

Auic. not.
Magni reditus ex
Cypro.

pulverem manus, pedes, partesque pilosas flauo rufoque colore tingere, viris verò eodem vngues rufare: additoque alumine capillos pueris tam maribus quàm fœmellis inficiunt: nec non equis pilos, pedes, muscarium. Regionum illarum foeminis decorum habetur, femora, epigastrium, partesque pudibundas flauo colore tinetas habere, id quod hoc puluere efficiunt balneo egressæ. Tunc enim tinctura facilius imbibitur. Tantus verò est eius vsus, vt non solum Turcis familiaris sit, verùm etiam in Dacium & Boisenam exportetur. Sæpè fit vt Alexandria naues hoc solo onustæ Constantinopolim appulsæ derepentè saburræ diuendant. Vtuntur & ad alias res aureo colore tingendas, ad quem vsum magna sunt eius in Ægypto commercia. Flores apud eosdem, auctore Alpino, sunt in vsu frequentissimo dolenti capiti apposti, non tamen cum aceto, vt Diosc. atque alij meminerunt: quod si fecissent, manifestius, vt arbitror, ijs floribus iuuarentur, intus medicamento vi, aceto penetrationem adiuvante, deducta. Ex folijs puluerem confectum, quem Archenda vocant, ad ruffandos ornatus gratiâ capillos, nõ succo Lanariæ vel Struthij, vt ait Diosc. sed simplici aqua miscentes, aquam auream faciunt. Ex hoc puluere cum aqua mulla parato Emplastro vtuntur ad humidos pedes, fluxionibus obnoxios, ac multum exsudantes ferentelque pedibus ipsis apposito, ac per horam retento: maximè enim pedes, & quascunque alias partes corporis appositus puluis exsiccat ac adstringit: nihil enim habent Ægyptij, quod exsudantes pedes plus exsiccet, quàm prædicta isthæc massa apposita & aliquandis retenta. Puluere etiam hoc ad Vlcera oris, gingiuarumque & pudendorum maximè vtuntur. Vfus bacularum, vt refert Rauuolff. est, si contundantur extrema earum ad absterisionem dentium, si affricentur. Idem folijs puluerisatis & mixtis cum Citrij succo scribit ringi rubro colore vngues & crines puerorum, qui color videtur interdum apud nos in crinibus equorum Turcicorum.

Dolor capitis.

Puluis Archenda.

Aqua aurea Emplastrum

Ad humidos & fatentes pedes.

tillum nonnunquam per extremum fertatis. Flores peculiari ramoso surculo hærent numerosissimi, perpusilli, stellati. Vitigineis pares, quos bacce excipiunt, Asparagi baccis ferè pares, ac similes, pingues, rugosum officulum nucicatum continentes, sapore & odore baccarum Iuniperi, acri: cum amarore aliquo.

Clusius suo *Molli* folia tribuit serrata, quæ ab arbusculis reuulsa, lacteo succo, coque lento & viscido & odorato manant, & ipsa folia trita Fœniculi odorem reddunt, gustataque adstringentis facultatis nonnihil habere videntur. Trunco erant arbusculæ, [adhuc tenellæ] ex viridi nigricante, multis consperso veluti maculis cinereis. Idem *Molle* suum, quem ad serrato folio describit, ita etiam pingit, vnde nos folia tria ex summitate auulsa mutuati fumus: reliquam figuram ex nostra sicca planta, folijs non serratis, aut saltem crenâ vnâ aut alterâ per extremum donatis, delineandam curauimus: ferique potest vt naturæ lusus sit, quemad. in Sorbo aucuparia adolecente & adulta obseruamus.

Lob. quoque nouellas plantas profundè crenatas ait.

Porrò est nobis Resina Ill. E.C. Wirtemb. à D. Paludano missa, Gummi *Molle* arboris nomine, ceræ depurata instar, lenta, alicubi nonnihil friabilis, flauescens undique, odore pingui, resinoso & aromatico, vehementi, quæ candela admota, in clarum incendium exardescit liquefcitque, manducata non adhærescit, sed lentescens magis magisque colorem album contrahit, sapore satis grato, obscurè amaro. Et sanè magnam habet similitudinem cum eo, quodd in Oinc. prostat nomine *Gummi Elemi*, nisi quodd paulò videtur candidior. Peritiores rem omnem diligentius perpendant. Hanc resinam ex arbore iam dicta, Romæ visa, detractam habemus dono eiusdem Coruini.

Videtur & Petrus de Osina apud Monar. vt sentit Clus. *Molle* describere, quando in epist. quadam ait: Fructus arboris cuiusdam, llicis magnitudine, cortice Cerri Ægyptopis simili, folijs Fraxini.

Eiusdem descriptionem Petrus Cicca dat cap. 112. primæ partis Chronici. Sed quando Lob. *Molle* Clusij vocat, & addit, eius semen & herbam à D. Brancion communicata, credere visus, esse herbam quam tamen scire debuit, vel ex alijs, esse arborem. Sed deceptus forte fuit vocis homonymia: non enim *Mollis* arboris erat illud semen & herba, sed herba Mimosa, quæ etiam dicitur *Molle* herba: de qua suo loco.

Apud eundem lib. de Balsamo, Carpobalsami species eximia odoris fragrantia, cuius fructus apprimè quadrare videtur cum Galenico & Antiquorum Carpobalsamo: eoque merito Carpobalsami species censendus. Eius iconem proponit, & annotat, *Mollis* arboris anno sæ frondes extremas prominentes nullis incisuris diuisas aut serratas esse. Ibidem *Molle* seu *Molly* vocat, eiusdemque trimestris & quadrimestris effigie habet.

Io. Fragos. Medico & Chirurgo regio de rebus ex Indijs importatis Hispanico Idiome conseripto libro, Arbor *Molli* seu *Muelle*, cuius folia referunt Fraxini folia præterquam quodd angustiora & minutiora, aliquantulum crenata verius terminum: Gummi albidissimum, Mannam referens: Hac ille.

Huius Carpobalsami, id est *Mollis* fructus tuss & expressi liquor, eo modo paratus, qui dicitur, in aquam iniectus & agitur, vt scribit Clus. celerimè liquatur, diluitur & lactis modo albescit: quibus notis à Diosc. Syncerum Balsamum à vitate

MOLLE.

CAP. XVI.

Descriptio.



Folia.

Molle pro-cera est arbor & patula. (vt à nobis visa in horto magnatis alicuius, Romæ, à Coruino industrio pharmacopoeo culto) folijs Lentisei longioribus multò, angustioribus, acuminatis, latibus, obliquis venulis à neruo per longum decurrente exporrectis, coniugati in adcosta latiusculam

conspicua n aliq u s, per ambitum equalibus, ca-

Flores
Bacca
Super.

Foliorum
Serratis.

Gummi
Molle
pauis
resina

An Gummi
Elemi.

Cortice.

Lob. erro.

Molle herba

Carpobalsami

Molle
Molly.

Molle
Muelle.

Balsami
specie.

riato coarguitur: Vnde colligere licet, *Mollem arborem* esse veri Balsami speciem. Sic Lob. sentit. Verum quia ipsa arbor nulla ferè in re ad Balsami descriptionem accedit, cur ex ea sola nota & odoris suauitate ex fructu seminisque maginate expresso latice Balsami veri & genuini species censenda sit, nulla adhuc occurrit ratio. Sit quidem liquor Balsamodis & odoratus: an ipsam proinde arborem multum à Balsami veri frutice diuersam eius speciem dicemus? Sed odoratum tamen laticem *καλαχονιστός* melius dixisset Balsami similem liquorem, quam *Mollem arborem* veri Balsami speciem.

Mollis & *Lentiscus* Peruvianus Cast. Durantis, cuius figuram habuisse ait ab Odoardo Lopes medico quæ sanè multum differt à Clusiana & à nostra.

Locus Abundatè nascitur in conuallibus & locis planis Peruanæ regionis; vt referunt omnes, qui Occidentalium Indiarum descriptionem dederunt. Eius arboris pusillas duas plantas vidisse testatur Clus. in horto splendidissimo Ill. viri D. Ioan. de Bracion, sed quæ tertio anno perierunt hyemis iniuria. Annotat Lob. enatam ex femine in Anglia, vt Londini. Camerario sata sequenti vere exaruit, cum tamen magno studio ab eo fuisset asseruata: liquorem vbi folia decerpebantur, emittebat lacteum, odoratum admodum.

Tempus. Romæ, vt dicebamus, proceram arborem obseruauimus in horto quodam à D. Coruino pharmacopeo Romano peritissimo culto: Maii initio nondum floruerat, vix ante finem eius floribus lecta futura, ut iudicabat nobiscum idem Coruinus quo tempore tamen aliàs citius florere referebat Vere calidiori. Ex eadem tamen arbore pulchros ramos, quales pictura ostendit ex parte, cum floribus & baccis dono accepimus ab eodem: Misit ad nos baccas recentes, vt putabat, Doct. Casp. Bauh. quæ tamen frustranea spe satæ Montbelgardi.

Vires & Vitis. Refert Clus. ex Petro Cieca, *Molle* cortice adedò commendato esse, vt eius decocto crurum dolores & inflationes summa cum vtilitate foueantur. Ex ramulis sunt dentiscalpia vtilissima. Ex fructu cum aqua decocto, pro cocturæ modo, fit aut yinum, siue potio admodum bona, aut acetum, aut mel: tantoque in pretio sunt apud Indos hæ arbores, vt quibusdam locis eas consecratis suis Idolis habeant: addunt nonnulli eius arboris foliorum decoctum, doloribus ex frigida causa ortis auxilio esse. Gummi verò eius, quod Manna modo candidum esse tradit, lacte dissolutum, caliginem oculorum abstergere. Coruinus, qui nos eiusdem Gummi participes fecit, testabatur eius drach. vnam & semis, egregiè aluum cicere, seque experiètia vim eius catharticam cognouisse. M. Fumee in hist. Ind. gen. quoque testatur ex *Mollis* arboribus fructiferis fieri mel, & portionem. Notat Cardanus huius corticem adedò salutarem esse, vt si aquæ incoquatur, soluat lotio illa lassitudines ac tumores: ramuli, pergit idem, gingiuis ac dentibus vtilis sunt, cum eis dentes fricantur, purganturque: Fructum, quem fert exiguum, si iniicias aquæ, sola coquendi diuersitate, mel, vinum & acetum facit. manifestum est autem, prius vinum fieri, quam acrum: mel verò dulcedine vinum præcedit, crassitie subsequetur. Monarde quoque teste, magnis viribus pollet hæc arbor: nam corticis eius puluis vulneribus inspersus, ea mundat, deinde carnem generat, & perfectè curat. Dentes eodem puluere fricati, stabiliuntur, gingiua abscedentes sanantur. Foliorum

decocto intincti panni, & calidi vulneribus, aut puluere corticis illius insperso impositi, curationem eorum accelerant, & humorum eò defluxum prohibent. Ex ea manat liquor odoratus, qui fructibus adiunctus, suffitibus idoneus est ad multos capitis morbos, & ad Emplastra. Eius quoque potio, quam ex fructu parant Indi salutaris admodum est. Ipsa arbor omni tempore odorata est. Scribit Io. Fragos. Corticem eius tantarum virinum esse, vt crurum dolores, tumoresque ingentes (si eius decocto aliquoties lauentur) breui collat.

Mollis arboris fructus, inquit Lob. Carpopalifamum verum virtute longè superat, tum expressus ex fructu liquor vero Balsamo viribus quam proximè accedit, eiusque defectu conuenientissimum erit succedaneum. Huius fructus vnciæ octo tusæ drachmas septem præstantissimi & vtilissimi laticis, artificioso torcularis pressu, fului ex atro coloris, crassamenti ouorum olei ferè & diuinæ fragrantia, simillimi ipsius seminis odoris inter tundendum, & saporis Xyloaloes optimæ nota, nobis dedere. Hic liquor recens expressus albescit & spumat: in lancam vestem fulus, & simplici ablutione aquæ lotus, notam non relinquit. Ex maginate seminis iterum tulo, & pauca rosacea asperso, pressu forti, laticis vnguinosis resinacei, instar grani Iuniperini drach. duas elicui, qui maculam non relinquit: quin etiam in aquam iniectus & agitarus, celesterrimè liquatur, diluitur & lactis modo albescit. Quibus notis colligit idem *Mollem arborem* esse veri Balsami speciem, de qua re prius.

MOLLIS ARBORIS RESINÆ SIMILES, FOENICVLI ODORE.

CAP. XVIII.

DOnabat mihi honestus vir Petrus Garetus [inquit Clus. Exot. lib. 4. c. 8] succum octauum, quem acceperat ex navigatione longinqua anni 1600. Erat densa resina, nec transparentis, foris subrufa, inferiore parte alba, & digitis attrita satis friabilis, odorisque non inuicendi, sed fœniculi odorem quodammodo referentis, vt suspicionem mihi moueret *Mollis Arboris* resinam esse posse, sapor erat amariusculus & acriusculus: nec dentibus cedebat, nec ore retenta mollescebat igni tamen admota liquecebat instar ceræ, atque splendida fiebat, flammam tamen non concipiebat.

Nonus verò, Resina erat cineracei ex albo coloris, adedò autem strigosa & retorrída, vt gleba aut lapidis fragmentum potius videretur, quam resina: licet quispiam suspicari posset eiusdem generis esse cum superiore, sed magis impuram, quia simili odore & sapore prædita erat cum ea, nec dentibus cedebat, nec ore retenta mollis fiebat, igni tamen admota perinde atque illa liquecebat, & flammam non modò concipiebat, sed simul etiam ardebat.

ELEMI RESINA.

CAP. XIX.

Gummi Elemi in massas Cylindræas cogitur, quas pollice & medio digito complectaris, duarum palmarum circiter longitudine. Substantia verò est ferè vniformi, ceræ flauæ & colore

Morbi Ca-
pitif.

Durum do-
lor eg- tu-
mor.

Balsami
succedan.

Expressus
latic.

Balsami no-
ta.

Descriptio,
Odore fœ-
niculi.
Sapor.

Resina aliq.

Descriptio.

Lob. nu.

Mollis.

Locus

Tempus.

Tempus.

Vires &

Vitis.

Crurum

dolor

Idolis sa-

cræ.

Dolores fri-

gidi.

Gummi Giv.

Purgans.

Planta.

Dentium

rubur.

Gingiuæ ab-

scedentes.

& consistentia simili, facile flammam concipiens color aliàs intensior, substantia resinacea, sub dentibus facillimè lentescit dealbaturque, sapore non ingrato nonnihil acri & subamaro, odore ferè Fœniculi. Obvolvuntur autem glebæ, quæ ad nos importantur, pulchro folio, à cuius nervo medio parallelè obliquè in margines creberrimæ feruntur venæ, quod cannæ Indicæ videtur esse. Funiculis præterea Xylinis simul omnia cōstringuntur.

Folium quo involvuntur.

Illud autè quod à tringira annis Gummi Elemi nomine asseruamus, magis est friabile & exsuccum, colore ferè croceo, quorum vtrumque vetustati videtur adscribendum: alioqui folio eodem involutum est. Multa habet communia cum Resina

Verustum quale.

An gummi Melle arboris.

Gummi Melle arboris nomine missa à D. Paludano, id quod Doctorum & Peritorum trutina dignum est: eamque ob causam hoc loco de eo agere placuit.

Olea Æthiopicæ lachrymæ.

Quidam Æthiopicæ Oleæ lachrymam esse censent, Gummi Elemi dictum, ut annotat Cordus, & ante illum Hermolaus, quasi Enhæmum: quod ut non negamus, inquit ille, ita etiam non affirmamus. Apud eundem in margine annotatum. Gummi Elemi suspicantur aliqui esse lachrymam cedri.

An Lachryma Cedri.

Marcel. Ficinus in Anrid. Epid. ait Elemi quibusdam Gummi cedri esse.

Fuchf. de comp. med. Oleæ, inquit, Æthiopicæ lachryma Officinis corruptè Gummi Elemi nominatur: videntur verà carere.

Nimiùm securè Ryffius in Diosc. scribit de lachryma Æthiopicæ Oleæ Gummi Elemi ab Elæa. vel corruptè Enhæmum.

Ita vides nostrâ etiamnû arate obscuram admodû esse Elemi originem, quod & suo tempore annotavit Matthiol. qui negat Gummi Elemi Recentioribus Medicis & Oincinis dictum esse Æthiopicæ Oleæ lachrymam, quia gustu mordax non sit ea lachryma [etsi improprie Gummi appelletur] non in Gummi quidem, sed veriùs in resinarum genere recipienda.

Resina est non Gummi.

Matthiolo adstipulatur Hist. Lugd. traditque vehementer errare qui putant Oleæ Æthiopicæ lachrymam esse. Gummi verò improprie dici, cum in Resinarû genere sit potius, ut ex eo intelligerelicet, quod igni exposita hæc lachryma statim colliquescit ac diffunditur, non aliter quàm Resina, quæ ex Pinu, Picea, reliquisque resiniferis stirpibus manat: nullû autem Gummi genus igni liquatur, nisi addito aceto, aut liquore alio, sed vritur.

Lacuna autè est, Gummi oleæ silu. siue Æthiopicæ hodiè non adferri, quamvis aliqui credant esse Gummi Elemi vocatum, quod potius resina sit sed ex qua arbore, ignorari.

Amatus tradit dici hodiè Gummi Elemi corruptè quasi oleæ, quum Oleæ Æthiopicæ lachryma esse debeat. Quæ verò in offic. hodiè habetur, iucundi sanè si prunis sicceris odoris est, quæ an vera vel falsa sit dubitatur, quia Gummi Elemi offic. non habet affinitatem & similitudinem cum scammonio, & sit resina, ut iure censendum sit vero gummi Oleæ Æthiopicæ nos carere.

Autore Casalpino Scribit Diosc. Oleastrum in Æthiopia lachrymam fundere Scammonio similem, mordaci gustu, fistulam, stillis constantem exilibus.

Lachryma Theoph. ad sist. fung.

In mari Rubro peculiarem describit Theoph. è cuius Lachryma Medici medicamentum componunt sistendo sanguini. Plin. Enhæmon appellari Oleæ lachrymam in Arabia singula i effectu,

contrahendis vulnerum cicatricibus. Hoc fortè fuerit illud quod à recentioribus Chirurgis vocatur Gummi Elemi.

Io. de Vigo l. 8. c. 19. Oleum Hypericonis tradit, quod recipit Gummi Elemi. Cronemburg. exponit esse lachrymam Oleæ Æthiopicæ apud Diosc. corruptum initid in Elæa, postea in Elemi & Elemii doctam Medicorum Scholam credere. Nostrum autem vulgare potius ab odore, resinam Piecæ siue Pinus esse censendum esse, quàm verum Gummi: qui ambigit, inquit, supra ignem experiat, nam continuò colliquescit ac diffunditur, resinatam instar, quod Gummi non facit, atque sic controversiæ suæ ipse iudex sit.

Nescimus cur Alex. Bened. vulgare hoc gummi tertium genus Halimi censuerit, quum tamen Diosc. fruticem, alij plantam asserant, ac prorsus de lachryma nihil Apollo supra Balsamum artificiale: Gummi Heleni siue Elemi, quasi Enhæmi, non vsu venit nisi addito aceto aut vino, odoratum valdè. Verùm ex quam planta resudet, incompertum esse ait, nullam notam habere cû lachryma Æthiopicæ communem. Nos, inquit idè, quandoque suspicati sumus lachrymam esse Oleæ maritimæ Theoph. & Plinii Enhæmum: Nos verò contra non probamus Apollinem marinam plantam dicere maritimam, Theoph. l. 4. c. 8. scribit in mari provenire, non autem iuxta mare: quæ occasio, ut nullo modo possit esse olea Æthiopicæ, nec etiam Gummi Elemi.

Casalpinus sanè scripsit in mari rubro provenire Theoph. plantam: si ita est, ut sanè ex Theoph. apparet, non potest esse Gummi Elemi, ut ille etiam suspicatur, nec olea Æthiopicæ.

Lonicerus Elemi & Elenium esse gummi tradit, simile Gummi oleæ Æthiopicæ, nimirum quasi vtrumque tam probè notum habuerit, atque addè maiori etiam temeritate vires ei tribuit lachrymæ Æthiopicæ, non declarans interim quid sit.

De Loco natali eius nihil adhuc certi accepimus, Indagabit posteritas.

Testantur plerique qui de eo scripserunt mirabiles eius vires esse in vulneribus capitis quo nomine tam apud medicos quàm Chirurgos celebratissimum habetur. Practici quoque in calvaria fracturis ac vulneribus nunquam id in suis Emplastis ac vnguentis omittunt, mirabilem eius vsum continuo experimento edocti, quæ de causa ex eo & vnguentum & ceratum à pharmacopolis diligentioribus concinnatum habetur. Eius loco nonnulli officinarum mangones (notante id Amato) Hederæ gummi non sine agrorum detrimento accipiunt.

PHILLYREA ET MAHALEB.

CAP. XX.

DE Phillyrea & Mahaleb meritò hoc libro agimus, ut baccifera planta. Cuius tractatio cum maximè intricata sit & apud Autores controuersa, primùm more nostro in talibus cōsucto ex autoritate Veterum de ea trademus in genere, passim vbi opus videbitur Neotericorum nostraque placita interentes. Distinguiamus autem à Phillyrea arborem quæ proprie *φιλύρα* Græcis, Latinis *Tilia* dicitur de qua lib. 8. agemus.

φιλύρα Diosc. arbor est cypri magnitudinem æquans, folijs Oleæ similibus, sed latoribus & nigrioribus, fructu Lentisci, [*ξίφος*] nigro, subdulci

Enhæmon lachrymæ Gummi.

Gummi Heleni.

Resina Pinus.

Gummi Heleni.

An lachryma Oleæ maritima Theoph. & Plin.

Lonicæ error.

vires Vulnera & Fractura capitis.

Hedera gummi quæ ad altera.

Temp. Scrap. terpre. tur.

Mat.

Descriptio Diosc.

Locus. Cordus prob. & su.

Theoph. ref. & lustr.

Plin. 4.

Euell. prob.

Maha.

Almah.

Differ. album. Delect.

Temp. Scrap. terpre. tur.

Mat.

Descriptio Diosc.

Locus. Prorsus autem hallucinatur Cordus qui ad Diosc. hunc locum annotat: Quæ hoc cap. ab eo describitur Tilia omnino eandem esse cum Ligustro, quem oscitanter quoque Lonicerus secutus est, Eorum opinionem merito Matth. ante nos reiecit, qui errorem paullo post apertius detegemus.

Temerè quoque plerique interpretes Phyllyreæ vocem in Tiliam transtulerunt, non agnoscetes manifestum discrimen inter hanc *φιλύρεα* & Latinorum Tiliam, quæ nostro sanè iudicio Theoph. est *φιλύρα*, ab eodem in marem & feminam distincta.

Sunt tamen qui apud Theoph. non absque ratione legant & intelligant hanc, quando ait: Ex siluestribus perpetuò virent *φιλύρα*, (sed illi *φιλύρα* legunt; Gaza vertit Philyca, quamuis in eius versione Phyllica scribitur: an ex veteri aliquo codice, vel suo cerebello, nos latet: nec scimus ubi locorum Theoph. vel eius interpretes & imitator Plinius Philycam commemoret.) quæ in olympo monte prouenit. Hæc l. i. c. 15. hist. Fortè & l. i. c. 3. legendum *φιλύρα*, quando scribit: Quædam cortice tenui vt Laurus, *φιλύρα*, [Gaza Tiliam reddit: quam tamen nemo nescit cortice esse crassissimo] seu vt nos, Phyllyrea.

Plin. quoque Tiliam non distinguens à Phyllyrea, Tiliæ dotes eas assignat, quæ à Diosc. Phyllyreæ tribuuntur.

Sic & Paulus Aegin. vtramque manifesto errore confundens, eadem & quidem rotidem verbis suæ Philyræ ascribit, quæ Diosc. Phyllyreæ.

Ruell. Gazæ versione deceptus priore loco apud Theoph. legit Philycam. Verum enimvero quomodo Theoph. Tiliam folio deciduo diceret Philycam, vel vt nos potius legendum censemus, Phyllyreamquæ perpetuò viret?

Audiamus Arabes, qui *Mahaleb* vocant, Mahaleb Diosc. (inquit Serapio) est arbutum simile arbori Alcannæ: dixit Gal. in tractatu nouo quosdam putare esse Carpobalsamum. Scribit Albasarri, *Almahaleb* esse calidum & siccum, deferri ab Andargen & Nahand; Melius esse, quod simile Margaritis minoribus & boni odoris. Isaac eben Amram *Almahaleb* diuersas species tradit, album, nigrum, & viride: albo grana esse parua: maius esse magnitudinis Cicerellæ, adferri ex insula: Hispanicum autem minus esse. Melius esse albidius & nitidius, meliorisque odoris: deterius verò nigrius. Vsum esse medullæ sine cortice, qui niger est, & internè albus deferri ex monte Sebuen & Deibegen & de Nahand, cuius arbores grandes: colligi Septembri, vsum esse grani & corticis. Verum apud eundem Serap. in margine male scribitur Mahaleb esse Tiliam Diosc. præstitisset retinere nomen Græcum Phyllyreæ, de qua Serapionem scribere manifestum est ex verbis, quæ ex Diosc. citat.

Matth. [vt etiam indicauimus] l. 2. c. de Ceraso amara, Mahaleb putata] non sine errore concedit errasse Serapionem, existimando Phyllyream & Mahaleb Arabum idem esse, quia facultates ex Arabibus sint diuersæ à Phyllyreæ facultatibus. Nos sanè nihil adhuc videmus in Serap. ex quo sententia Matth. confirmari possit. In viribus notandum Diosc. scribere de folijs, Arabes de granis. Quinimò quod Diosc. ait vrinæ ducere, respondet viribus ab Arabibus traditis. Serap. id interpretatur de granis. Non concedimus igitur Matthiolo Serapionem capite de Mahaleb errasse,

se, hanc eandem facientem cum Phyllyrea.

Auicenna *Mahaleb* vel *Mahaleb* eligit albam & puram. Bellunenfi Mahaleb est granum fructus, simile ossi cerasorum, notum in Syria, & commendatum contra calculos renum.

Hermolaum, virum alioqui doctissimum, miramur *φιλύρα* apud Diosc. interpretatum Tiliam, ac eandem cum illa facientem, vt amplius docebitur in historia Tiliæ. Maior etiam nunquos admiratio habet, eundem secutum Marcellum, nullam alioqui occasionem omittere solitum, si quando Hermolaum carpere possit. Hos more suo sequitur Ruell. ac Hermolai verba pro suis venditat. Mirum tantum discrimen à doctissimis viris non obseruatum, inter Phyllyream, inquam, & Tiliam seu Philyram. Sed quid non possit securitas ac confidentia tum sui, tum erga alios? Quanquam satis euidens sit eos parum in stirpium cognitione versatos.

Aegrius excusabitur Tragus, vt pro ea ætate in perferendis stirpium historiis ac naturis sagacissimus. Nam nec is quidem distinguit.

Sed prædictos Diosc. interpretes aliosque nominis vicinitate deceptos putamus, nõ agnoscetes Tiliam Græcis *φιλύρα*, non autem *φιλύρα* dici. Quid si eos Plinii quoque autoritas in eum errorem traxisset? qui tradit Tiliam arborem esse proceritate perquam modica, cum ipso sensu constet contrarium; Fortè & huic nominis similitudo imposuit. Inde factum, vt dicebamus, vt Tiliæ eas attribuerit vires, quas Diosc. suæ Phyllyreæ, quem errorem etiam Ruell. incautè secutus est.

Lonicerus asserit, nullà allatâ ratione autoritatè, Ligustrum & Phyllyream vnam & eandem esse plantam, contenditque caput hoc Diosc. de Phyllyrea spurium esse. Quid spurium? At codices Græci non solum impressi, & ii quidem probatissimi, sed etiam Oribasii codex manu scriptus habent & caput illud, & Phyllyream nomine tenus, quemad. & Paulus, & Serapio, quem Arabico sermone Mahaleb appellasse diximus.

Imperitum in re herbaria Lonicerum deceptisse videtur quod Phyllyreæ descriptio à Ligustri, quod Græcis *Cypros* dicitur, non parum conueniat.

Potè *Machalebum*, inquit Cordus, seu vt Arabes vocant *Mahaleb*, nuclei sunt, figurâ, quantitate & colore cerasorum nucleis similes, gustu tamen teneriores, vehementiores & odorati, ideoque suauis odore oris halitum commendantes. Eligito recens, hoc est, plenum, in candido subrufum, odoratum, & minimè vetustate rancidum. Affertur ex Africa & Aegypto in Italiam, Galliam & Hispaniam: in Germaniam verò rarissimè, quia apud Germanos nullus adhuc eius vsus inualuit. Arbor autem in qua nascitur, qualis sit, nobis nondum constat, Hæc Cordus. Cui Gesn. addit iconem Cerasi amaræ, de qua egimus suo loco, non tamen existimauerimus Cordum hanc plantam intellexisse.

De eadem sic scribit Rauuolff. Halepi apud aromatarios vidi parua semina alba, Machaleb, quæ duro cortice continentur, longiuscula, acuminata, obducta tenui tunica, Pistachiorum modo. Ex istis regionibus multa transportantur in Syriam, quibus vtuntur ad odoratum saponem. Arbusculas in quibus proueniunt, non vidi: quantum intellexi proueniunt in vicinia, potissimum in montibus itineris Persiani. Ab incolis hodierno adhuc die cum Serap. nominatur *Nahand* ille tractus.

Phyllyrea proprie quid Latine significet, se nesci-

Serap. defen- ditur aduer- sus Marcell. Mahaleb. Hermol. Marcell. repræb.

Plin. error.

Ruell. not.

Lonicer. repræb.

Machaleb. Mahaleb. descriptio.

Locus.

Gesneri Ays. 701. Mahaleb.

Nahand. Serap.

Mahaleb
Syriacum
Spinosum
Monachis.

cire fatentur Monachi apud Mes. Arabicè autem esse Mahaleb, de quo præter iam dictos Arabes etiam Rhafis & alij plures Arabicæ linguæ Scriptores pertractarint. Mahaleb autem arbusculam in Syria notissimam esse, & hodiè ibidem vulgò Mahaleb vocari. Eam (quod illi sciunt) nò reperiri in Italia. Esse enim spinosam, folijs Oliuæ similibus, ferè grana quasi racematim in ramis, vt Lentiscus, paulò crassiora tamen: è quibus Syri oleum expriment, valdè odoriferum, ex quo conficiant saponem olfactu suaues, & alia plura. Seque habuisse ramos eius allatos à sui ordinis quodam fratre, qui ex ijs partibus redierit. Ergo [addunt] Mahaleb non sunt fructus Cerasi sylvestris, vt ferè omnes iuniores hallucinantes interpretati sunt. Fortasse quia cum immediatè post oleum de cerasis, Mesues posuerit oleum Almahaleb, & in eius descriptione dixerit, oleum de Almahaleb fortius esse in omni re, quàm oleum de cerasis, inde fortè putantes, Mahaleb esse cerasia siluestria: sed reuera satis differunt inter se. Ex quibus patet oleum de Almahaleb non esse oleum de cerasis silvestribus. Quod si vera scribunt Monachi, Mahaleb spinosum in Syria proueniens, planta erit diuersa à nostra Phillyrea, aut certè eo ipso varians, quòd sit spinosa: nam cætera conueniunt.

Matth. repreh.
Alter eiusdem error.

Matthiolo assentimur, Cerasum amaram de qua suo loco egimus, à multis dictam Mahaleb, non esse Phillyream Diosc. sed esse Mahaleb Arabum non concedimus. Nec etiam scimus an vnguentarij, quod ille scribit, illius plantæ nucleis vtantur, ad smegmata odorata paranda, an potius vt nos censemus, ijs qui ex Syria adferuntur, eò aliunde illata, vt dictum. A nemine hætenus annotatum, quod equidem sciamus, ex ceraso amara colligi & reponi pro vnguentariis grana. Nihil tamen certi adhuc statuere possumus, cuius plantæ sint illa semina cum eam, vt dictum, Monachi spinosam faciant, qualis sanè nostra Phillyrea non est.

Ligustri
Species
amat. not.

Amatus Phillyream speciem Ligustri facit, & ait Hisp. *Otrasuerte* de Alhenam dici: forteque Germ. *Bartrigel*: Arab. *Mahaleb* &c. sed non docet quæ aut qualis sit illa Ligustri species, aut an cognitam habuerit. Nomen etiam Germanicum Phyllireæ nostræ minimè cõuenit. Tam hic quàm Lacuna erroris accusant eos qui per Phillyream Diosc. Tiliam intelligunt: & meritò, sed interim ij nuda figura contenti, quam Lacuna ex Matth. proponit, non docent quid sit.

Lacuna not.
Chamæcerasus.

Gesn. in epist. ad Collinum in fine descriptionum Cordi notat à Dalech. chamæcerasum nominari arbusculam, quæ Arab. Mahaleb dicatur. Aduchi ex Syria, quamuis vbique per sepes circa Lugdunum nascatur, sed fructu minùs habito, vt ille ait, nucleo & semine tenuiore. Ast nos Chamæcerasum hanc non existimamus Mahaleb, quia Mahaleb & Phillyrea non differunt, Chamæcerasus verò multùm differt à Phillyrea.

Gesn. repreh.

Ad stipulantur quoque Pen. & Lob. frondosam illam parulam Theoph. *φιλύρεα* Tiliam esse, non hanc, malle tamen se legere *φιλύρεα* siue Oleæ amasiæ istam, quam Diosc. describit per congruam descriptionem, & Oleæ non modò similem, sed etiam sociam, vt ab Oleastris, quibuscum frequens reperitur, nihil ferè discrepet: cuius duo modi, de quibus postea.

Theoph. emend.

Apud Theoph. *φιλύρεα* scribitur, non vt illi habent, *φιλύρεα*. Taber. & eius cõsarcinator Brauo de hac nihil tradunt, præter ea quæ acceperunt à Clusio, quasi sibi cõnperta, nisi quod Germ.

Steinlinden vocent, quod nomen non placet. Quid Phillyreæ commune cum Tilia, quæ Linden Germanis: *Steinlinden* autem Tiliam saxatilem significat. Sed iam differentias à Neotericis & nobis obseruatas videamus.

PHILLYREA ANGVSTIFOLIA:
EIVSQVE VARIETAS.



Hanc primò dicamus, tanquam notissimam hoc seculo, & ad Veterum Phillyream omnium optimè accedentem, vt ad eam esse videatur, quod tamen nodum ita temerè pro certo & indubitato asserere ausimus. Ergo frutex, quem Monspelii nostro tempore Phillyreæ vocant, nonnūquam arborescit, cortice cinereo obtectus, materie alba, ramis sibi inuicem oppositis, folijs Oleæ situ aduerso respondentibus, nigrioribus, nec vnà vt Oleæ candicantibus, modò angustis, & olearum folijs angustioribus, nunc mucronatis, aliàs subrotundis, interdum nonnihil in ambitu ferratis, duris, acrimoniæ cuiusdam & amaritudinis nequaquam expertibus: ad quorum exortum flores multi vtrinque ramulos coronant ex herba cæo albi. Succedunt bacca rotundæ, parua, carulea, vel potius violaceæ, breuissimis pedicellis racematim ramulis adhærescentes, dulces cum aliquo amaro: in quarum vnaquaque officulum paruum, in quo nucleus.

Vt verum fateamur, cum essemus Monspelii, minùs diligenter obseruauimus an sint species diuersæ quæ ibi proueniunt, an tantùm naturæ lusus.

Camer. ad hist. Germ. & in Epit. Matth. proponit iconem ex nostra sicca iam olim depicta per Gesnerum, quæ angusto admodum folio pingitur; eadem tamen nobis videretur cum Clusiana à nobis proposita. Is Phillyream 4. facit, traditque humanam altitudinem æquare, ramos tamen minores & frequentiores habere quàm Phillyrea folio illicis & Phillyrea latiori folio non crenato, nigriore cortice tectos: folia Oleastris, angustiora, viridiora, amaritudinis non expertia: flores etiam exiguos albicantes, Oleæ similes, simul congestos, & inter foliorum alas circa ramulos nascentes: quibus succedit fructus, maturitate niger, baccarum Myrti magnitudine, officulo duro præditus. Abundè in Castella noua Hispaniæ, locis incultis, non procul à Tago flumine dissitis inuenitur, & frequenter agro Monspeliano in sepibus. Monspeliana Academia studiosi olim, modò Oleastrum, interdum etiam Halimum appellabant. Hispani huic & sequentibus duabus indifferenter nomina dabant modò *Piadera*, modò *Ladierna*, nunc *Lentesco*, nonnulli etiam *Tornisco*, quod *Thyme-*

Descriptio.

Folia.

Flores.

Bacca.

Officulum.

Phillyrea & Clus.

Flores.

Locus.

lea

lea proprium.

Phillyrea quinta eadem Clusio dicta, iam descripta, forma & magnitudine similis, in hoc differens, quod eius rami tenuiores, rariore, minusque conferti: frequentiores etiam habet virgas à radice germinantes, fructu satis contumaces. Folia etiam ex aduerso disposita, paulò longiora & angustiora quàm prædicta, oleastrinorum modo firma, saturatiùs virescentia, subacris saporis. Hanc & fructu & flore carere incolæ affirmabant: sed vtrumque superiori similem proferre non dubitare se idem Clus. scribit. Nec alibi hanc vidisse, quàm in incultis Hispaniæ Castellæ veteris & Bæticæ.

Locus. Non dubitamus de Phillyrea quam hoc loco depictam damus, scripsisse Penam & Lob. in Adu. ubi duas icones exhibent quæ minùs placent: dubitamus tamen an per minorem suam intelligant Clusij quartam, & per maiorem, Clus. de qua postea. Luber lectori eorundem verba proponere, quæ sic habent. Phillyreæ duo modi arborescunt in Galloprovinciæ viarum marginibus & oliuetis Massiliæ vicinis; & quæ maior, rarior persimilis pumilæ Oleæ, caudice ramisque nigrioribus, longioribus quàm oleæ agrestis, & folio magis ad Ligustrum accedentibus. Baculæ multæ in ramis, etiam oliuæ agrestis minores, non amara (vt oliuæ) sed subdulces, nucleo intus Cerasi. Minor multò frequentior ipsæ in naturalibus & Monspelij collibus glareosis: folio æquè longo, sed angustiore duplò: duplòque minor tota planta: similes æinij Lentiscinis & similiter racematim proximè hærentes admodum curto pediculo, quæ item maturæ subdulces sunt, aliquantum acres, sed neutiquam ingrata, vt sunt Oliuæ satiuæ & agrestes.

Matth. not. Senensis (Matth.) infarcit plaustra verbosarum autoritatum, nec tamen, quam dat. describit.

Lob. in obs. Phillyrea Narbonensis florida. **Varietates pluri.** Belgicis hortis Hispano semine angustioribus folijs gemina Phillyrea visitur. Item latifoliam eritatum & tenuifoliam munere Georgij Rye plerique habent in Viretis Belgicis. Phillyreæ angustifoliæ flores. Apud eundem pro Phillyrea Narbonensi posita est icon, de qua paulò post. Pro angustifolia ea quæ à nobis ex Clus. iam proposita duas figuras ponit Lob. in iconibus, omnis ijs quas habebat in Adu.

Matth. not. Scribit Casalp. **Matrum.** *Matrum* vulgò appellari, alijs **Linterium.** *Linterium*, fruticem in maritimis tractibus frequentissimum veluti oleam quandam parua, multis ramis fruticantibus: folijs oleæ durioribus ac viridioribus, similiter perpetuis: florere à lateribus in alis foliorum, non oblongo racemulo, vt olea, sed acruatis granulis fructum ferre nigrum, Ligustro similem: vnico intus officulo, tenui putamine, figura oliuari. Frequentior in hac sterili, quasi in eo genere mascula, quam Plin. Alaternum vocat inter steriles quæ fructum nullum ferunt, ei folia, inquit, sunt inter Ilicem & oliuam. Vidimus tamen quandam angustiori folio quàm olea, quandam latiori breuiorque, ad Ilicem valde accedente. Hanc (addit idem) videtur Theoph. Phillyream appellasse, perpetuò virentem, vnde illi honor in alendo pecore, cum semper fronde abundet. Obdientissima est materies, candorque ei Celasri modo. Germinat. ineunte vere: Fructum reddit post occasum Vergiliarum. Montibus est propria. Diosc. Phillyream vocat. **Hætenus Casalp.**

Phillyrea minor Penæ & 4. Clus: Alaternus minor Dalech. Hist. Lugd. Dodonæus in hist.

Lat. nomine Cypri proponit à nobis hic exhibitum, sine vlla descriptione. Cur id faciat, nescimus: cum Cypro sanè non conuenit.

Cypri.
Dod. error.

PHILLYREA LATIVSCVLO
FOLIO.



Hanc Clus. Descriptionem Phillyreæ tertiam minorem vt plurimum tradit, ea, quæ folio est Ilicis, ac ea cui folium Alaterni: illius tamen arbusculam vidisse, ait, duorum hominum altitudinem æquantem, & ab illa ramplum suis floribus ornatum auulsi se, è quo suam iconem delineari curauit.

Eius autem rami, inquit,

exalbido cortice teguntur, vt in altera, [quæ folijs Alaterni] aliquantulum rugoso: folia habet iam modò citatis angustiora, nullis crenis serrata, eiusdem vt in præcedente coloris, adstringentis gustus: Flores Oleæ similes, pusillos, ex herbaceo candicantes, confertim inter foliorum exortus nascentes: fructum deinde rotundum, superiori similem, Desertis Bæticæ locis nascitur. Eius etiam vnica arbuscula in Narbonensi Gallia ab eodem conspecta, ad ingressum pagi *Peraul* vicini Volcarum stagno, secundo à Monspelio miliari, ubi, inquit, si bene memini *Alader* dicebatur. Hispanis iisdem nominibus, vt præcedens.

An Pen. & Lob. Phillyrea maior de qua antè. Lob. sanè in Obs. iconem Clusij ponit pro Phillyrea Narbonensi florida Adu. p. 420. Idem in icon. Plantini.

Matth. more sibi consueto iconem habet substituto, Phillyrea: descriptionem autem nullam. Vnde conicere licet, nunquam ei visam. Ait quidem Phillyream arborem longè diuersam à Tiliâ, in Italia provenire, asperis tantum montibus, quibus maximè gaudeat, fructum Lentisco similem, racematim cohærentem, rubentem, granis, quæ vocant Paradisi, non absimilem. Oportebat demonstrare ubi talem fructum viderat, alioqui vix ei credendum censemus. In epit. ait esse Mahaleb Arabum: nihilominus pag. seq. ponit aliam plantam pro Mahaleb mauritanorum, nempe Cerasum amaram: docuisset saltem aperte quid intelligat per suam Phillyream: quanquam icon ab eodem proposita non malè respondere videatur iconi hic ex Clus. appositæ.

Lob. & Penam sciimus Matth. Phillyream adsequentem referre. Nos verò cunctabundi hæremus, nec quicquam affirmamus, quia nescimus quantum Lobeliana sequens differat ad hac.

An Casalp. *Matrus* latiore breuioreque folio, ad Ilicem valde accedente, de qua antè.

Gesl. in fine hist. Cordi, à Matth. pictam Serap. Mahaleb vocat. An eadem de hortis Phillyrea Bellon. in hortis Lutetiæ consita, quæ etiam Vg-

Folia.

Flores.

Locus

Alader.

Matth. 260
preh.

Matrus.

netiis in horto maphæi & locis saxosis & montanis Italia, ubi sponte nascitur translata.

Hist. Lugd. Confaricator l. 2. c. 14. Matth. Phillyrea iconem proposuisse tantum, non descripsisse tradit, quia descriptioni Diosc. haud parum conuenire videatur: non affirmare tamen legitimam esse, quod eius bacca subdulces non sint: quasi nulla alia nota requireretur, ut legitima sit Diosc. Phillyrea. Item alibi. c. 67. Phillyrea Penæ maior; Clus. Alaternus maior Dalech. item: Philyca Dalech. Philyca (inquit) Græcis dicta, arbor Dalechampion esse videtur, Illyrici gentibus, Comorich. Galli oppido S. Spiritus nuncupato, ad Rhodanum sito vicini, in quorum sepibus frequens hæc stirps gignitur *Alarders* vocant. Monspelienfes sepaliæ Phillyream, ut & Penas de qua Theoph. *ἐπιτομή αὐτῆς ἐστὶν ὡς ἡ δαλεχὸν ὡς περὶ τὴν ἀναδύσσειν*. Quæ sic Gaza vertit: Obedientissima Philyca est, candorque ei celsi modo: rectius firmissima: sed legisse videtur *ἐυδαμῆς* siue *ἐυεργον*, vel quid simile.

Eadem Hist. Lugd. sic describit: Philyca Ligustri est magnitudine, multum fruticosa, comâ perpetuâ, caudicis cortice cinereo, rugoso: folijs Lentisco ferè similibus, amplioribus, longioribus, carnosus, obscure virentibus, gustu adstringentibus: fructu racematim congesto, antequam maturescat anguloso, cum maturuit rotundo, nigro. Is constat pulpâ tenerâ, succosa, gustu principio dulci, mox amaro, cum acrimonia tantillo, ac dum manditur, suaue quiddam olente, quod cum baccarum Iuniperi odore comparari possit: Pulpâ subiectum est lignosum, sed valde tenerum ac fragile putamen, nucleum continens rotundum, gustu amarum. In Gramontio luco haud procul à Monspelio, ac in eius tractus saxosi glareosique sepibus crescit.

Ita vides Compilatores Hist. Lugd. duobus distinctis locis de vna hac tradere, totidemque figuras proponere, cuius etiam videri possit Phillyrea Matth. Sed & hoc ipso posteriori loco duas icones vnus plantæ habet: Priorem sub titulo Phillyrea Penæ maioris, quæ florem exprimit: posteriorem sub Philyca 3. Dalech. quæ fructum. Sed & nihilominus Phillyream angustifoliam seu minorem Penæ habet, sine vlla descriptione.

De comoricha Illyricorum vid. cap. seq. de spina Burgi.

Dod. in hist. lat. Cyprus latiore folio. Cur verò iconem Clus. Phillyrea ponat pro Cypro, nec eius tradat descriptionem, ne cōiectari quidem licet, nec etiam Cypro conuenit. Sunt nobis rami optimè respondentes iconi Matth. sunt alij, qui iconi Clus. alij folijs rotundioribus & breuioribus. Nos portionem iuxta iconem Clusianam ex sicca appingendam curauimus: fructum & florem quoque particularem ex icone Gesneri quæ apud Camer.

C. Bauh. apud Matth. Phillyrea Diosc. [inquit] videtur à Theoph. Philyca dicta, quam Matth. proponit racemosam, ad imitationem textus Diosc. Nisi racemos haberet Phillyream arborem Galloprovinciæ Adu. Lob. & Lugd. herbarij diceremus. Camer. vnâ figurâ tres differentias ostendit, alteram latis, alteram angustis folijs, & tertiam medio modo se habentibus, ut nihil obstet Diosc. descriptioni folia latiora Phillyreae tribuentis. Has diuersas species & adhuc alias circa Monspelium obseruauimus, cuius nomine ad Matth. figuram adiecimus adhuc mediam, quæ Phillyrea Narbon. Lob. & 3. Clus. Phillyrea media apud Matth. Ilatrum Casalp.

Idem C. Bauh. in Animadu. in hist. Lugd. sic inquit: Sequitur Phillyream Mahaleb Serap. p. 154. Hist. Lugd. & p. 258 Phillyream Penæ maiorem, & p. 258 Philycam Dalech. idem esse, vnusque plantæ tres diuersas figuras, triaque diuersa nomina. Licet verò C. Bauh. Matth. Phillyream diuersam faciat à Phillyrea Lob. nos tamen non separabimus donec demonstrentur nobis longiusculi racemi, quales habet Matth. in aliquo Phillyreae genere. Nihil noui est Matthiolo aliquid adungere suis iconibus, ut Diosc. descriptionibus magis accedant, ut pluries hoc opere declarabimus.

PHILLYREA ARBOR LOBELIO.



Phillyrea (inquit) Pè. & Lob. in Adu. quo loco & Phylerea & Philerea scribitur) arbor Galloprovinciæ, verior Macaleb Serapionis: expressam de eius arbore iconem prorsum refert prior maiorque dicta Phillyrea. Reperitur in Galloprovincia propè Tholonam. Aequat scapo & sparsis stolonibus Prunum aut Cerasum, folio planè Phylerea, aliquantum latiore: flos Illicis muscosus, albidus & plusculis vnâ aceruatis baccis Terebinthi maioribus, nigricantibus, herbidis, dulciculis: nucleoli intus crassi, quales prorsus prostant herbidis, dulciculis: nucleoli intus crassi, quales prorsus prostant hodie in Officinis nomine Machaleb. Et certè si Ligustrum Serapionis sit Machaleb, erit hæc illius Ligustrum, non illa quam Matth. dat nec describit. Hæc illi: qui tres icones proponunt: priores duas pro antè dictis Phillyreis maiore & minore, quæ parum placent: tertiam autem pro Phillyrea arbore, quæ planè displicet, cui bæcæ appinguntur bipartita, quasi intus duo latitarent ossicula. In margine iidem annotant, desiderari in icone multò plures congestas bæcculas, à pictore omisissas. Illa quoque eorum verba nobis videntur valde ambigua, atque aded ipsismet repugnantia, quando aiunt, prior maiorque dicta Phillyrea: ipsimet tamen antè aliam tradiderunt descriptionem & iconem pro ea quam maiorem vocarunt: nescimus igitur quantum differat hæc à Phillyrea modò dicta, quæ latiusculo non serrato est folio. Serpium studiosi hæc diligentius perpendant. Quid sibi per Ligustrum Serapionis velint haud percipimus. in nostro Serapione nihil de Ligustro. Eadem Adu. icon sub iisdem titulis proponitur in iconibus Plant. & edit. Teut.

Tabern. vel eius historiae compiler Nic. Braun nihil docens, iconem ex Lobeliana, sed more suo mutatam, ponit pro Machalepo Serap. nulla adit ad descriptionem. Fortè de hac scripsit Cordus lib. 5. c. 23 hist. suæ

Gaza re-
preh.
Philyca.

Locus.
Hist. Lugd.
not.

Dod. error.

Variet. mes.

Philyca
Theoph.

Hist. Lugd.
tax.

C. Bauh. not.

Matth. not.

Discipulo.

Folia.
Flores.
Bacca.

Ligustrum
Serap.

Matth. not.

Tabern. &
Braun. ta.
nat.

suæ, (si præcedentem non intellexit) his verbis : Philyra videlicet ea, quam Diosc. descripsit, non illa quæ Lat. vocatur Tilia, arbor est mediocris magnitudinis, caudice satis crasso, quæ ubi ad iustam magnitudinem adoleuerit, utraque manu nemo complectatur, cum ambitu quatuor non raro dodrantes impleat. Cortex illi læuis, nec ita scaber ut alijs plerisque arboribus, præsertim in ramis & surculis, colore cinericeus, & Ligustro similis, qui etiam materiam habet non dissimilem. Ramuli minores, & surculi cruciformi & alternante positi aduersi sibi in geniculis seu exortibus respondent. Folia fescunciam longa, vel paullo longiora, semunciam circiter lata, breuibuspediculis hærentia, utroque capite in angustum fastigiata, Oleæ folijs similia, obtusiora tamen & proportione latiuscula, nec ita candida à tergo nec in lateribus retrosum reflexa, sed æqualiter lata, glabra, nitentia, & egregie viridia, multâ circa ramulos frequentia, & inuicem aduersa sibi in exortu, crassiuscula ut Buxi, hyeme non decidua, Vere autem subnascens alijs nouis decidunt. Quæ verò circa nouellos stolones sunt folia, alijs plerumque duplò longiora existunt, & leniter per ambitum serrata. Flores, quibus singulæ succedunt bacca, similiter ut flores in racemos digestæ, rotundæ, paruis Iuniperi aut Lentisci baccis similes & æquales, principio virides, in maturitate purpureæ, rotundo intus nucleo, gustu cum aliqua dulcedine adstringentes. Folia item gustu adstringunt, cum amaritudine & acrimonia aliqua, quemad. & immaturæ bacca, eodem modo, quo Ligustrum, oleaster & olea. Materia arbori lenta, alba & satis solida. Radicibus nititur multifidis, non rectâ descendens, sed per obliquum deorsum adis. Nascitur in montibus, asperis locis, iuxta fossas in aggeribus, ac fossis in Hetruria agro Florentino. Non ubique in arbore excrescit, sed Ligustri modo, parua manet & fruticosa.

PHILLYREA FOLIO ALATERNI



CL.D. Agrii Medici Argentiniensis, & egregii Botanici munere est nobis paruus arboreus ramus, datus titulo Alaterni collecti in hort. Veneto. Differt à Spina Bourgi, Monsp. colore corticis cinerei ferè, folia etiam non ita virent, bino ordine per caulem procedunt, vnciam longa & lata,

in ambitu pulchrè & ordinatè serrata, serraturæ denticellis veluti in aculeos desinentibus, ad folia à Clus. pro Alaterno 2. piéta accedentia, differunt tamen latiori basi quâ ramis adherent, eo modo, quo, Clus. pingit in sua Phillyrea primo, quam nos

Phillyream Ilicis folio cognominauimus. Diffidet à Phillyreis excepta 2. Clus. cuius iconi non malè accederet, nisi folia essent paullo longiora latioraque & pediculos haberet longiusculos: descriptio alioqui non repugnat.

Non ausimus tamen ex fragmento palmari tantum, attamen senis foliorum oppositè coniugatorum versibus stipato, pro certo affirmare esse 2. Clus. Phillyream, quam ipse sic describit: Phillyream dictam folio Ilicis magnitudine superat, multis ramis candicante cortice obtectis prædita: folijs Alaterno priori penè similibus, firmioribus tamen, & minus nigricantibus, saporis quidem aliquantum acris, sed in quo amaritudo sentitur. Neque istius florem conspexi: ipsum autem fructum racematim inter folia propendentem, magnitudine granorum Piperis, aut fructus Myrti, rotundum, nigrum, calidi gustus, osseum & durum nucleum, candido & fragili nucleo obductum continentem. Decembris initio legibam.

Variis Lusitaniæ locis, in sepibus, sed nusquam copiosior, quàm circa Tamar insignem pagum, vnde plurimum fructum in Belgium detuli. Lusit. dicitur Adorna.

Est item nobis ramus Phillyræ Monspelio delatus, cuius folia benè respondent iconi Clus. quâ hic exhibemus, verum quædam folia non sunt serrata, alia medio tenus tantum serrata, quædam per totum ferè ambitum: ramuli tenuiores quàm in præcedenti, foliorum color etiam magis virens. An diuersa sit à præcedenti, an eadem cum Clusiana hac, diligentibus inquirendum relinquimus

PHILLYREA FOLIO ILICIS.



EA verò quæ folio est Ilicis, Clus. teste, altius assurgit quàm Ilex Coccigera, ramosq; habet pollicaris vel etiam amplioris crassitudinis, cortice viridi, sed candicantibus maculis asperso teetos: folia Ilicis coccigere, maiora, viridiora, crassiora, in ambitu non nihil spinosa, adstringentis quidem gustus, sed non ingrati.

Huius flos eidem non conspectus, sed fructus Lentiscino æqualis è foliorum alis dependens, maturitate niger, osseculum continens.

Frequens est in Lusitaniæ incultis circa Eboram. Quibusdam vernaculo Hispanorum sermone Aleb dicitur, illius semen Oxyacanthæ nomine ad Belgas missum.

Hist. Lugd. Phillyream Clus. priorem vocat. An Lob. obs. Phillyrea latifolia cristata. An Cordo Philyrina, quæ sub * [sic ille habet, Quid?] à Theoph. est descripta.

Arbucula est fruticosa, Phillyræ aspectu similis: siquidem ligno, ramulis, corticis colore, & cruciformi ramulorum surculorumque positu,

Phillyrea
Diosc. ser. 2.
Folia
Flos
Bacca
Sapor
Locus
Varietas

Phillyrea
Clus.
Fructus
Nucleus
Tempus
Locus
Varietas

Descriptio
Folia
Fructus
Locus
Oxyacantha
Phillyrea
Phillyrina

HISTORIÆ PLANTARVM.

nihil ferè, quod aspectu dignosci queat, à Ligustro & Philyra differt. Caudiculis assurgit pluribus in rectiores virgas diuisis. Ramuli item qui in exortu sibi ex interuallo aduersantur, conciniori ordine in cruciformè positum digesti sunt. Folia habet Philyræ similia crassitie, colore, nitore paulò tamen breuiora, latiora, in medio anteriorum fastigiata: posteriore verò parte orbiculata, per ambitum leniter serrata, duris, & ceu modicè aculeatis, & asperis incisurarum eminentibus angulis, hyeme non decidua, sed Philyræ modo contra hyemis iniurias contumacia, gustu adstringentia cum amaritudine & aliqua acrimonia, quemadmodum Philyra, Ligustrum, atque Oleaster. Radicibus hæret qualibus Philyra.

Locus
Phillyreæ
in genere.

Prouenit in Liguria, agro Florentino, montanis, asperis, saxosisque locis, & ad fossas in aggeribus ac sepibus agrorum. Omnes autem Philyræ species (præter eam quæ folio est Alaterni, ante hanc descriptam) non modò in cultissimis hortis Illustrium virorum plurimorum quondam in Belgio conspiciuntur. Et priora quidem à nobis descripta genera, de sententia Clus. alias species peperisse videntur: nam quædam breuiore & latiore folio, aliq̄ longiore & angustiore, quædam etiam serrato aliquantulum folio nata sunt, à matre nonnihil degenerantes, vt idem obseruauit. Nos in diuersis locis vidimus: Monspelii potiss. in silua *Aigremont* dicta florentem Vere, & baccas mense Augusto ferentem. Ferrariæ in horto ducis, à *la montagna*, colle arte facto, eandè, hoc est, foliis latis. Allata etiam ex horto Patauino nomine *Alaterni* foliis serratis, quæ manifestè differt à *Spina Burgi*. Stuardia accepimus semen, quod missum fuerat per hortulanum ducis Florentini, titulo Phillyræ leptophyllæ, quod tamen Montb. fatum non prouenit. Accersitam tamen angustifoliam Monspelio habemus, sed hieme reponitur.

Tempus.

Phillyræ
leptophyllæ.

Vires &
vsum.

Oris vlcera

Cæterum Phillyræ folia, tradente Diosc. perinde ac Oleastri astringunt, ideoque ad ea profunt quæ astrictionem desiderant, maximèque ad oris vlcera commanducata, tum etiam si decocto ea colluantur. Quin & potum decoctum, vrinas mensesque ciet. Serap. vertit, decoctio granorum eius prouocat vrinam & menstrua, vt dicunt alij. Iamdudum annotatum, Plin. Philyræ vires exhibuisse sub nomine *Tilia*. Patulus eandè quas Diosc. habet sub nomine *ϕιλύρας*. Apud Arabes sanè confusam, ne dicamus penitus dissonam, habet Mahaleb virium traditionem. Nam apud Serap. ex sententia Aben Mesuai Mahaleb est calidum & remollit: confert dolori Iliorum: bibitur contra nauseas, & vna est ex medicinis quæ superfuitates excutit e corpore, ipsumque impingunt, eijcit lumbricos & ascarides, & confert podagræ. Adamafea scribit, frangere lapidem. Melarugie eidem temperatam resoluentem vim tribuit, & tamen ex quorundam sententia dicit esse frigidum & siccum. Ex Albasari verò iudicio Almahaleb calidum est in secundo gradu, siccum in primo, frangit lapidè tam renum quam vesicæ. Defertur ab Andargè & Nahund; præfertur id, quod margaritis minoribus simile est, & odoratum. Atabari temperatum dicit & resoluens, prouocare menstrua, sedare dolores. Ex Rhafi, calidum est, emollit membra indurata, & morbos inueteratos sanat à percussione abortos. Vsum est tam corticis eius quam grani, estque calidum in secundo gradu, siccum in primo: medulla eius immiscetur vnguentis. Cortex inter abstergentia refertur. Nuclei Ma-

Temperam.
Alia.
Nausea.
Lumbrici.

Calculus.
Dolectus.
Dolor.

haleb autore Auic. abstergunt & extenuant, resoluunt, dolores sedant, ideoque dorso & lumbis dolentibus vtiliter illinuntur. Bibiti ex qua multa, reuocant syncope comprehensos. Dantur similiter in doloribus Colicis & Nephriticis: Lumbricos necant; vrinam prouocant. Sic Arabes. Apud Neotericos nihil specialius de harum viribus obseruatum hæctenus reperimus.

Nucleum
vni.

Syncope.
Colica.

SPINA BOVRGI ET ALATERNVS.

CAP. XXI.

Spina Bourgi Monspeliensum.



Alaternus 2. Clus.



SPINAM Bourgi vocant Monspelii arbusculam magnitudine circiter Ligustri, cortice tectam nigro, ac ferè Cerasorum simili, materie ex luteo pallida, folia oblonga, subrotunda, nunc magna, firma, in ambitu sine ordine, nonnihil spinosa, flores parui, simul multi, cuius coloris, nec nunc succurrit, nec ex sicca pronuntiare nobis integrum. Videntur tamen fuisse albidum. Baccæ parua, nigra, rotunda, numerosa, racemum æmulantur, in quibus semina tria, ita vt exiccata baccæ tricocce videantur.

De hac Pen. & Lob. in Adu. vulgo Monsp. Bourgespine perpetuo virens: an Apharica Theophrast. Frontignana Linguagotia

Allicera istam arbusculam frequentem pariunt, cui facies & habitus superioris Phillyræ, sed Ilicis adolescentis folia, rigida, rotundiora, latiore quam olea ambitu, tantillum denticulis asperso: muscosis, numerosis, racemosis Lentisci flosculis subter folia aggestis: Bacculae sunt Lauri Timi didymæ, bino veluti gigaro vna constat. Surculis ramisque magnitudo t& habitudo etiam Ilicis. Gustu amaricant folia & tantillum astringunt. Idem Obs. & icon. & Teut. Alaternus Plin. Clusio

& An-

Descriptio

Cortex.

Materia.

Folia.

Flores.
Bacca.

Fructus

Tempus

Locus

Alaternus

Vim

Colicis

Thyris

Pinos

renni

lin rep

seminis.

Sapor.

& Anguil. Spina ceruina quorundam. Lob. præterea locis citatis iconem ex Cluf. ponit, cui titulus, Secunda Alaternus humilior lato folio Clufii. At nos dissentimus à Pena & Lob. in descriptione Spinae Bourgi, qui bacculas didymas dicunt. Nos non didymas obseruauimus, sed semina terna in singulis bacculis.

Alaterni Clufii si non sunt iidem cum nostra spina, sanè valdequam sunt similes, & congenères nostro iudicio, ne tamen fallantur fortè Studiosi, totam earum historiam subiicimus, quæ sic habet. Alaterni fruticis perpetuò virentis duò genera: vnum arborefcens interdum, longis ramis, non admodum crassis, neque in multas alas diuisis, flexilibus deinde virgultis, quæ externo cortice candido virescente integuntur, latente sub eo membrana quadam flauescente quæ lignum ambit. Ramos vestiunt incohndito ordine disposita folia, mediâ inter Oleâ atque Ilicis folia magnitudine, crassiuscula, leuiter per ambitum serrata, ex viridi nigricantia, gustu ingrata, & cum amaritudine paululùm mordicantia. Ad singulorum foliorum, qui in ramulis nascuntur, exortus, flores oleâ similes, coloris ex herbido pallefcents, racematim ex oblongis pedicellis dependent vere, interdum etiam media hieme. Nullum in hoc fructum vidi. Alterum multò humilius est, ramis breuioribus, cortice qui eos ambit, ex albo viridi, & purpurascete, coloribus simul permixtis infecto. Folia illi superiore minora, magis circinata rotunditatis, in ambitu etiam serrata. Ex foliorum alis flores è logiuseulis pediculis dependent, vt in superiore, illis tamen maiores, & coloris magis herbacci: quibus succedit fructus racematim cohærens, Leticini magnitudine, initio viridis, deinde nonnihil rubescens, qui tribus nucleis constare videtur. Pleniorem & nigri coloris maturitate fieri arbitror: nam immaturo fructu colligebam Aprili, & floribus onustum Febr. & Martii initio. Primum genus Vlysiponensi agro, locisque vicinis in Lusitania obseruabam. Alterum etiam iisdem locis. Præterea multis Bætica; tum Granatensi regno & Valentino.

Plin. l. 16. c. 26. Alaterni meminit, cui folia inter Ilicem & Oleam tribuit. Hæc ad eò causa fuit cur huic frutici Alaterni nomen dederim, non Celastri, quem Theoph. etiam inter perpetuò virentes recenset, & tardè fructum maturare ait. Nec refert quod Plin. Alaternum neget fructum ferre: Etenim in Arbore non valde sibi nota hallucinari potuit, quemad. in cæteris, quas eodem loco commemorat. Fructum, inquit, arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semè quidem, Tamarix scopis tantùm nascès, Populus, Alnus, Ulmus Attinia, Alaternus, cui folia inter Ilicè & Oleâ. Nemo enim rei herbariæ ad eò ignarus est, qui Alnos ex semine, quod in globulis adultiores ferunt, nasci non sciat, cum & ipsi rusticis id sit notum. Tamarix sanè ex semine non semel nata: Populos, Salices feminibus papposa lanugine inuolutis prouenire, Ulmos item Attinias ex samaris [ferunt enim semen sed minùs quàm latifolia] plerumque visum.

An Alaternus Gesnero frutex qui Tiguri nascitur, rarissimus alibi, juxta fluvii Sili ripam, Persici arboris sapore foliorum ferè, fructu & semine nullo, quod is obseruauerit, quem fruticem Persicum appellare licebit, donec aliud nomen reperiatur, nam Alaternum esse nondum affirmauerit, quòd folia latiuscula videantur. Sed quomodo hunc fruticem Persicum appellet non video, quum Persica Malus fructum

ferat, arborque sit.

Cæterùm Alaternum eandem cum Theoph. Philyca esse, Bellon. l. 1. obs. c. 42. censet. Nemo est in monte Atho, inquit, cui arbor Plinio Alaternus dicta, veteri legitimo nomine, quo ipse Theoph. illam donauit, Philyca, ignota sit Corcyrenses verò & Cretenses ἐλατερνον appellant, quia eius folium inter Ilicem & Oleam medium est, teste Plinio.

Theoph. quidem varijs locis in sua plantarum historia τὴν φιλύκην & τὴν κηλῶνα meminit, sed formam non describit: vtramque tantùm mature germinare, & serò fructum ferre, Philyca honorem in alendo pecore, semper enim fronde abundare, maximè flexibilem esse, candoreque Celastri.

Porro Lusitanis prior Alaternus, eodem Cluf. tradente, Casca appellatur, quibusdam filigero & sanguentio: Gallis Bellonio teste, Dalader, & sanguin blanc: Lucensibus Iter. Anguil. Alaternum vocari tradit vulgari appellatione Alaternæ & Linterna.

Quoad nos, non possumus dicere Philycam Bellon. esse Clufij Alaternum, quia Bellon. l. 1. obs. c. 17. dicit Philycam arborem glandiferam magnam, quam cap. 55. scribit nos non habere. Nondum reperimus apud Bellonium vbi Alaternus dicatur Dalader & sanguin blanc. Philycæ suæ Alaterno Bellonius nomen Gallicum attribùere nò potest, siue in Italia non proueniat, siue in vniuersum in istis Eutopæis tractibus eo careamus. Ista diligentius perquirenda. Quæ de Philyca Bellon. scripsit, recensebimus libro de Glandiferis.

Antè verò l. 4. scripsimus quosdam existimare Laurum Tinam Plinii eandem esse cum Philyca Theoph.

Non omittendum Macrobio Alaternum sanguine infelicem dici. Infelices autem arbores Plin. teste, existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam neque fructum ferunt. Vocarunt & infelicem, ad quam capitis damnatus suspendio necaretur, obiecto, velatoque capite, quod constat ex illo prisco diro carmine.

Caput obnubiro, arbori infelici suspendito, sed in viam redeamus: lubet enim, antiquitatis studio illectum nonnihil deuiare.

Quæ Anguil. scribit de Alaterno, non malè conuenire videntur nostræ Bourgi spinæ: scribit autem, In territorio di Lanzano ad S. Vitum hanc plantam Alaternam dictam, & in Apulia Linternam: in Sclauoniæ [Illyriæ] insula dicta Vergada, Comoricham. Exrescere in arboris speciem, folio inter oleam & Ilicem medio, sed atroiuirente. Bacculas quasdam ferre paruas Lentiscinis similes nullius usus, quod sibi constet.

Hist. Lugd. l. 2. c. 64. non hanc arborem intelligit, sed præcedentem Phillyream. Dalech. hanc curauerat depingendam, & Apharcam vocabat, Hinc Hist. Lugd. l. 2. c. 15. de hac tradit: Herbarii quidam Apharcam Theoph. esse putant, alii Lycium, alii Phillyream Græcorum. Monspel. Pharmacopœi Bourgespine, id est, Spinam Burgundicam vocant. Frutex hic in arborem etiam crescit, magnitudine Mali Punice, radice crassa, caudice ex cinereo albicante, aspectu tristi, foliis imâ parte angustis, supernâ latiusculis, Portulacæ modo, obtusis aliquando, interdum in acutum fastigium terminatis, per ambitum infectis, incisuram eminentiis rigidiusculis, carnosis, ilicis, aut Oleæ modo, venosis, elatâ costâ per medium diui-

Synonymar. linguar. Dalader. Itero. Alaterna. Linterna. Philyca glâ. disera B. Illo. Cluf. not.

Alaternus sanguine infelix. Infelices arbores qua.

Comoricha.

Apharca Theoph. Lycium. Philyrea Græcorum. Spina Burgundica.

lis: flore albo: baccis racematim coherentibus, cum maturuerunt nigris, gustatu subdulcibus. Arbor ista perpetua fronde viret, ea dote Laurum, llicem, & ceteras sua coma semper ornatas pro-uocans.

De eadem nempe Spina Bourgi dicta, & Cæsalp. prodidit in hunc modum: Phillyrea mas Theoph. vulgò in agro Plumbinensi vocant *legno Puzzo*, & *Putine*, quasi lignum putridum: copiosa ibi nascitur. Arbutula est, Lauro similis, folijs breuioribus, leuiter ferratis, similiter perpetuis, leuibus, lentis: flosculos fert racematim circa ramulos herbaceos: baccas paruas, ternis intus officulis, rotundas, cortice interno pallido: materie rara, leuissima: medulla ruffa: putant quidam Philyream Diosc. sed magis placet vt Philyra mas dicatur apud Theoph. seu Tilia mas, vt Plin. vocat nã & multæ steriles in his reperiuntur, vt in Alaterno. *Hæten* Cæsalp. In nostra Spina Bourgi factere lignum nõ obseruauimus, nec alij, quod adhuc legerimus. Monspelienfes obseruent, & considerent an differat à Ligno putrido Cæsalpini, quod nullo modo pro Philyra siue Tilia mare recipere possumus quicquid scribat ille, habere conditiones. Nemo, hercle, nobis persuadebit Theoph. arbutulam Lauro similem fecisse marem tantæ arboris, quãta est Tilia fœmina, cum qua nulla similitudo. Ecquæ enim possit esse inflexibilitas & durities in tenui cortice arbutulæ? Materies dura, qualis à Theoph. requiritur in mare, nobis multum differre videtur à rara & leuissima, qualis in ligno putrido, teste ipsomet Cæsalpino. Prouenit *Apharcatas*, Hist. Lugd. tradente, in asperis & saxosis ora maritimæ locis, non procul à Monspelienfi vrbe, qua *Vicum* itur, pagum Apiano vino per celebrem. Nos *Bourgi spinam* Monspelienfibus dictam in silua *Egremont* abundè proueniẽtem obseruauimus. Floret mensè Martio. Baccæ à Septembri in Aprilem & Maium per hiemem in arbore sua hæret. Trevis quoque Gallo-Campaniæ celebri vrbe in horto cuiusdã Canonici cultam vidimus. Fatetur ingenuè Clus. vtriusque sui Alaterni nullum se vsum nouisse. Sed Lusitanos asseruisse eius cortice in aqua decocto piscatores sua retia subrutilo colore inficere: & tinctorum è fragmentorum ligni, quod paller decoctione, nigrescentem è cœruleo colorem conciliare. Ex gustu, ad præscriptum Galeni, vbi occasio & necessitas requirat, industrius medicus & ad vsus medicos transferre rationis auspicijs possit.

SAMBUCVS VVLGARIS.

CAP. XXIII.

Descriptio:

Non magnum descriptionis apparatus desideraret vulgarissimæ notitiæ Sambucus, nisi diligentis Historiographi esset, etiam peregrinis, & quibus ea non vulgata, morem gerere. Ea in arboreâ proceritate exerceat, caudice plurimâ parte lignoso, in quo exiguum admodum medullæ, tamen satis fragili, findique facili, quãuis Cæsalp. quãdoque tamen ramis suis fruticosa permanet, cortice scabro, rimoso, cinericeo colore sordescens. Rami tamen & bacculi, præsertim iuniores geniculis ex longiusculo interuallo articulati, materie pauca constantes, medulla plurima alba eaque leuissima farcti, quorum cortex læuis, dilutè cinereus, & quasi argenteus, sed nuper excurrentium viridans. Cinereo subest alius lignum immediatè inue-

stiens, medianus offic. dictus, totus herbidus ac vi-rens, neruosis tamen suis fibris nequiquam carens, quorum etiam materies caudici duritie multum



cedit, magisque exalbida. Ramos patulo oblitu folia vestiant, terna aut quina, interdum septena raro octona (gustu amaro & nescio quid propriæ ac nauseosi habete, odore graui, viroso, sed contusorũ gratiore) ad costam vnam annexa, oblonga, acuta, serrata, a-trouirentia. Flores in patula umbella non ingrati odoris, albi, è foliolis

quinque totidem staminibus ad luteum vergentibus umbilicoque compositi, exiguo petiolo innixi & horum rursus grandiusculo, donec tandem omnes in vnum communem ac insignem coeant. Baccæ initio virentes, per maturitatem atropurpureæ, succum concolorem reddunt, grana continentem exigua, plana, oblonga, communitè terna. In extremitatibus ramusculorum & ad pediculos florum solent sæpè nasci veluti pediculi nigri, de quibus alio loco. Multos stolonos emittit à radice.

Est & alia Sambucus iam descripta quoad frondem, flores, ac materiem similis, nisi, quod odorem attinet, ad Ebulum quodammodo accedere videretur. At insignis differentia nota est, quod acinos ferat albos. Tragus ex candido luteos dicit, ac in cæteris vulgari similem: nec multis visam putat.

Alia apud Theoph. descripta clarè Sambucus exprimit: atque vtinam omnes essent tales eius reliquorumque Veterum descriptiones, non tot difficultatibus implicati hæsitassent sæpe doctissimi Herbariorum. Sed in eius versione minus placet Gaza, qui quædam etiam omittit. Genuina eius historia hæc est. Nascitur & sambucus [αμύγδαλος] maxime circa aquas, & vmbrosis locis: at tamen & in alijs quoque prouenit. Fruticosa est, virgis anniculis vsque ad foliorum defluuium in longitudinem excrecentibus, postea verò in crassitudinem. Virgarum altitudo non admodum magna, sed senum ad summum cubitorum. Caudicum vetustiorum crassitudo quæ trabis in nauium prora super carinam posita. [αμύγδαλος] Cortex læuis, tenuis, aridus. [αμύγδαλος] Gaza legit πικρὸς, malè autem rufum vertit Hist. Lugd. Materies fungosa, qua exiccata, læuis, medullam mollem habens, vt virgæ totæ concauentur, ex qua & baculos faciunt leuitate præcipuos. Vbi siccata est, valida fit, nec sentit vetustatem, etiam si madecat aquis, & cortice nudata sit. Amittit autem illum sua sponte, cum arescit. Radices per terræ summa spargit, nec multas, nec magnas. Folium singulare seu particulare exit molle, oblongum, sicut Lauri latifolia, verum maius & latius, & circa media parteque inferiore rotundius, nam suprema parte in acutum contrahitur, in ambitu

inci-

incisuras habet. [*χαραγμοί*, non *σπαρταζόμεν* vt Vulg. habet.] Totum verò circa vnum pediculum cras- sum ac neruosum, ceu ramulum pendent, folio- rum alijs hiac, alijs inde geniculatim coniuga- timque adhaerentibus, atque spatio quodã à sefe distantibus, vno ex pediculi fastigio exeunte. Obi- ter rufescunt folia, molliaque sunt atque carnosa. Defluit autem totum simul. Quapropter merito quis totum illud vnum folium dixerit. Rami quo- que nouelli quãdam ad geniculorum speciem habent. Flos candidus, ex multis minutis candi- dis constans, specie fani pediculi diuisuris insidet. Validus huic odor, qualis Lirij, ac nonnihil gra- uis. Fructum non secus pediculo crasso racema- rim hærentem profert, qui maturefcens nigres- cit. Immaturus omphaceus est [*ὀμφακώδης* : colo- rem intellige, alioqui acerbum rectius dicàs] ma- gnitudine Erui, paulò maior. Sequentia, quia de- prauata & penitus obscura, omisit Gaza.

Miserrinum atque infelix lignum quibusdam dicta est *Sambucus*.

Eandem metri causa *Sabucum* dixisse putamus Q. Serenum, cum ait:

Conueniet tenera radix decocta Sabuci. Et alibi: Vngitur, & succis dederit quos parua Sabucus.

Quamuis & alia subsit plausibilior ratio, vt mox tradetur.

Apud Diosc. *sambucus* [*ἀκλή*] gemina describi- tur: prius genus [nempe hoc de quo nunc agimus] in arborem affurgit, [*δενδρώδης*] surculos spargens arundinaceos, teretes, quadantenus cauos, can- dicantes, pralongos: foia terna quaternaque ex interuallis circa virgas singulas exeunt, nucis Iu- glandis foliorum similitudine, graueolentia, mag- isque incisa: in summis autem surculis ac ramis umbellæ sunt circinatae rotunditatis, in quibus flores candidi: tandemque fructus Terebintho si- milis, ex nigro purpurascens racemosus, succo- sus, vinosusque. Alterum genus *Chamaecte*, de quo postea.

Ruell. *ὑποκόλλης* surculos cauos vertens vocis vim non expressit, non enim omninò caui sunt, sed fungosa medullâ fæcti. In vet. cod. *ἀκλή βα- ρύσσωμα τε ἢ τμητικώτερα*, legitur *βαρύσσωμα δὲ ἢ πικρό- τερα*, vt incisuris amaritudo substituatur. Ac vtra- que ferri posse videtur. Quamuis vix credamus *Sambuci* folia Iuglandinis amariora esse. Expe- riantur. Studiosi. Orib. legit *μακρότερα*, sed rectius Dal. *μικρότερα*. Sunt enim minora illis, non maiora, saltem magna ex parte.

Apud Gal. *Acte* magna & arborosa ab interpre- te dicitur. Apud Paulum *ἀκλή μεγάλη*. Dicitur & *ἀκτίος* alicubi apud Theoph. & *ἀκλῆς* à Diosc. vt annotat Const. in Lex. quamuis neutrum hæte- nus apud eodem legerimus. Anonymo in fine Moschionis *καροζυλέα* dicitur, quæ vox apud Nic. Myreps. ligni scobem denotat. Possis nouè leuili- gnâ vocitare: quamuis neutra vox arrideat.

Sambucus verò à *Sambuca* musico instrumento, quod alii pectida, vel magadin vocant, dicta. Vn- de quidam *Sabucum* non *Sambucum* pronuntia- re maluerunt, vt Serenus, vt dicebamus, nisi car- minis ratione motus id fecerit. Alii ab Autore denominatam malunt, cui nomen *sambix*. Vlam tamen eã primam omnium Sibyllam perhibent. Alii *δενδρῶν ἀκλή*, alii *ἡμεσῶν* vocant, Videtur autem *Actæa* siue *ἀκλή* dicta, quasi littoralis, quòd litto- rum, crepidinumque sit amans. Barbarè sanè Sera- pio de hac tradit, cum ait: *Kameactis* & *Iaphacti* duæ sunt species, quarum vna dicitur Græcè *Ac- tis*, & Lat. *Sabuca*: (voluit aut debuit dicere *Sambucus*) Secunda vocatur Græcis *Kameactis*,

id est, terrena vel infima *Actis*: Latine *Abolus* [*Ebulum* intellige] estque arbor *Ebuli*. Cætera quæ apud Serap. sunt ex Diosc. & Galeno.

Hermol. & eius simia Ruell. annotant nonnul- los dixisse *Sabucum* [sic enim Q. Sereni autori- tate scribunt] medullâ carere: Sed qui illi fue- rint non addunt. Oportet sanè eos vel aliam ab hac nostra intellexisse, vel ne hæc quidem nouis- se, vel denique quid medulla sit plantarum nesci- uisse.

De Plinii ossea *Sambuco* dictum antè.

Marcell. apud Diosc. ab alijs reiecta retinet no- mina, cum in sua versione scribit, *Acten* sunt qui *Vrsi arborem*, quidam *satiuam Acten* dicunt: Gal- li *scobien*: Daci *seba*: Romani *Sambucum*.

Idem annotat, primum & in templis religio- neque maximum *Sambuco* & *Ebuli* honorem fe- cisse sanguineas utriusque baccas: quibus ante in- uentum minium & excogitatam coloris eius ra- tionem superstiosè deos colentes homines non antè ad aras & sacrificium accedebant, quàm ru- bente natiuo aliquo colore, qualis in *Sambuco*, *Ebulo*, *Anchusa* & *Moris* est, facies suas coloraf- sent: quasi placere sibi sine coloris eius lenocinio numen non posset: aut feminatum modo nollet deus nisi purpurisso fucatus videri. Fuissetque huc Gentibus morem antiquitatis maximus auctor testis Verrius quondam fuit: cuius auctoritati credere necesse est dicentis, Iouis simulachri faci- em diebus festis minio illinire foliotos, & à Cen- soribus in primis minium Iouem locari institu- tum fuisse. Verum non fuit hic Romanis vsus, nisi aucta vrbis maiestate, & cum iam incepsset minium in pretio & honore haberi. Rudi autem adhuc seculo, & in mundi nouitate natiuis herba- rum & pomorum coloribus ad eadem religionem vsi sunt. Idque in Buccolicis suis Maro rerum om- nium & antiquitatis peritissimus indicauit, canes ad lamentandos Galli amores venisse Pana Arca- dia deum, quem viderat ipse sanguineis *Ebuli* baccis niuioque rubentem. Quod ex quotidiano deorum imaginum in templis spectaculo fictum ab eo est, Coeperunt deinde post inuentum mi- nium negligere homines, quod paratum vbiq; erat: translataque ad ruris disciplinam & neces- sitates *Sambucus* & *Ebulus* sunt. In *Sambuco* ex- cauiata, aureum munus Apollini Delphico Bru- tus obtulit, quo munere Romani imperii guberna- tionem promeruit. Hæc obiter. Fructus race- matim vnico pediculo dependens *Action* vocatur. Corticem quidam *Canopen* vocant. Alii eius flo- rem ita cognominant, vt Paulus. Gallis dicitur nunc *Sus*; aliquibus *suin*, quod Diosc. Sobin à no- stris dicit vocari, notante Ruellio, qui ineptè suo nomine scribit & repetit quæ à Plin. malè vel dicta vel intellecta; de qua re antea.

Amat. apud Auic. l. 2. can. c. 619. Per *Sambucum* ait se non intelligere *Sambucum* communem, vel *Ebulum*, sed *Sambac*, hoc est, Iasminum, vel *Violas* quas Keiri, Arabes *Violas* vocant.

Lonicero *Arbor vrsa*, *scobien*, *seba* sunt exoti- ca. Guilielmo Saliceto Beza dicitur, teste Dod. *Sambucus* umbellifera Anguil. *Sambucus* arbo- rescens Ryff. *Sambucus* campestris siue vulga- ris, Camer. Germ. *Bolder* / & *holunder*, quod excuari facile queat, cum habeat medul- lam fungosam: Alijs *Albern*. Ital. *sambuco*. Gal. *seu*, *fuseau*, *sebu*. Belg. *Vlierboom* / *Vliet*. Hisp. *sabugo*, *sabuco*. Castil. *sanco*: Catal. *sauch*. Portug. *Sambugeyro* & *Sabigueiro*: quibusdam & *Carinno* teste Had Iun. Gallobelgis *suyn* & *Selm*. Angl. *Eldertre*, vel *Bourtree*. Bol-

Locus Theoph. cit.

Infelix lignum.

hæc Diosc.

Ruell. re- prob.

Diosc. corr. & illustr.

ditior dicit.

Cathary- lia. Leuilegna. Eryma.

apud Sera- pio.

Sambucus.

Vrsi arbor.

Satiua Ac- te.

Sambuci apud priscos honor, & Ebuli.

Action fru- ctus.

Ruell. not.

Sambac. Iasminus. Keiri. Viola. Beza.

Bes. Hång. bozza fa. In post. com. Ital. Matth. cum magnis figuris figura Sambuci trāspōita pōnitur sub titulo sambuci montani; mirum idem fieri in com. Lat. cum magnis fig. & in hist. Germ. non sine erroris suspicione.

Lob. pro sambuco alba notam & diuersam, attamen non necessariam habet, cum facie tenens eadem sit cum nigra, & vtramque vnā commōdē exprimat.

Differentia
1. Dicamus quaedam de differentijs. *Nigram*, hoc est, vulgatam, & *Albam* diximus. Vtramque obseruauimus nobiscum Dod. Pen. & Lob. item Tragus. Camer. annotat quibusdam in locis viridibus baccis inueniri. Hieron. Argent. in sua Apodixi Sambuci tres species dicit: *Sambucum*, *Ebulum*, & *Sambucum rubeam*. Et addit quōsdam scribere de sambuco agresti omnino incognito. Verū sambucum esse altum fruticem: Ebulum verō herbam: vnde versus.

Sambucus stellatus, sed Ebulus est bene satis.

2. Nos præter iam dictas, hoc est, nigram & albam obseruauimus, *Sambucum herbaceam*, quam Ebulum vulgō dicunt: *Sambucum racemosam acinis rubris*: *Sambucum aquaticam*: & *Sambucum roseam*: quibus si addas *viridem* Camer. septem habebis differentias Sambuci titulo insignitas. Sed *Vulgatissima* historiam persequamur.

Locis. Sambucum aquarum esse accolam iam supra ex Theoph. dictum, qui eandem alibi minus durare ait, quod aquis propinqua nascatur. Nascitur tamen & alibi eodem autore. Non temerè tamen in montibus visa sambuci, teste Plinio. In Germania sane inter arbores omnes, vt & Fragus annotat, vix aliam quamcunque reperias vulgatiorem, & quæ aded sine nullo negotio & plerumque humectis & tenebrosis locis, iuxta muros, sepes alijsque incultis nascatur, atque Sambucus. Creberrima Basileæ & in toto tractu Alfacico. In Italia & Gallia rarior, præsertim regionibus calidioribus, amat enim pinguia. Monspelij tamen etiam obseruauimus. Mature germinat, cum tamen frigora patiatur.

Tempus. Ordine naturæ siluestrium, inquit Plin. primæ florent Sambucus, cui medulla plurima, & cui nulla, Cornus mascula, Vrbānarum Malus post, vt simul videri possint Pirus, & Cerasus, & Prunus. At apud nos longè præcedit Cornus & Laureola flore deciduo, multo post Malus, Pirus, & Cerasus, & Prunus, potissimum siluestris: Sambucus verō Maio floret, interdum adhuc Iunio, atque aded pauld ante vitēs florere solet, ex frigidiorē pluuia aut pruina facile defluunt flores, non sequentibus baccis sinistro apud vulgus omine, ne idem vitibus eueniat. Gemmas & folia tempestiue admodum protrudit, vt Martio & Aprilis initio. Geneuæ etiam Febr. principio folia exerentem obseruauimus. Appropinquante autumno, maturitate nigrescunt acinj.

Satio. Ex semine sesamaceo frutices noui progignunt, si seratur, teste Trago.

Cultus. In hortis si colatur, diu viuit, & in arborem satis crassam & proceram euadit: Eam quæ baculas fert albas primū vidimus Argentinae cultam in horto instructissimo D. Frid. Meier, magistri armamentarij primarij, amici nostri singularis, ex qua semina legimus, & in Il. E. C. hortum Montb. sciuimus. Multo tamen ante vnicam & eam quidem spontaneam obseruauit Cherlerus Gener in vinearum sepibus Basileæ ex reportam Cineream ad dextram flectendo.

Vires & vus. Hippocratis auro in medicina celebris fuit *Sambucus*, quo auctore, acini positi, acetabuli

mensurā, vrinam mouent. Coxendicibus, multorum vuluæ morbis, vel earum locellis, plurimum medentur, etiam semen eius. Manducati verō ac poti, aquas per aluum educunt: folia idem præstant. Hinc idem in doloribus capitis oculorum & aurium & bile ortis folia comedenda, vel succum sorbendum, præcipit, ad solvendam aluum deturbandamque bilem. Quidam ex oleo & sale comedunt.

Dioscor. eandem tam sambuco quam Ebulum vires assignat, nimirum, inquit, exiccant & aquas aluo detrahunt: at stomachum offendunt. Folia olerum modo cocta, pituitam bilemque purgant. Sed & caules teneri in patinis cocti, eadem præstant. Radix in vino decocta, & in cibis data, hydropicos adiuuat. Prodest & contra viperarum morsus eodem modo pota. Decocta verō ex aqua ad infessum, vuluam emollit, eiusque spiracula patefacit, ac ipsius denique vitia emendat. Acini in vino poti eundem præbent effectum. Denigrant & capillos inuncti. At folia recentia molliaque illita ex polenta, inflammationes mitigant: ambustis & canum moribus illitu profunt. Ulcera verō sinuosa glutinant, & iis qui podagra tentantur, cum seuo taurino aut hircino illita profunt. *Hæc Diosc.* Apud quem dubia lectio in voce *Enpauim* pro, *Phylaxim* quæ alias legitur quam vocem & Marcellus legisse videtur. Sic vertit: siccant, adstringunt, refrigerantque. At Actuarius. Sambucum & Ebulum, omnia siccandi vi refrigerandi facultatem hebere tradit, quod & Plin. confirmat, vt mox dicitur: immo & ipse aded Diosc. qui & inflammationibus & ambustis adhibet. Quamquam doctissimi Sarraceni iudicio neque Sambucus neque Ebulus per se refrigerare videantur, nisi fortè ex accidenti, dum bilem educunt: calefacere verō vtramque certum est, inquit, licet in primo gradu duntaxat: id quod satis innuit Gal. simpl. Nos quoque Sambucum existimamus minus nocuam ventriculo, quam Ebulum. Folia etiam non ita foerēt, baccæque non tantam euactandi vim habent, vt Ebuli. Indicio est inspissatus è baccis, quo Germani crebro utuntur ad mouendos sudores, & pueris etiā præbent eum pane, quo & quidam non infelicitè vsi sunt in iis qui ad hydropem procliues fuerunt, Germani vocant *Soldermas*. Coquantur baccæ ex aqua, & cribro transmittuntur, denuoque coquantur ad saporem consistentiam, apud Helucios vsitatissimæ ad vsus prædictos.

De sambuci viribus eadem Plinius quæ Diosc. habet: dixerat verō alibi: frigidissima, quæcunque aquatica: lentissima autem, & aded scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, eluditque suum vulnus, & ob id contumacijs transmittunt ferrum, in quo sunt genere Sambucus, Populus vtraque. Sed non assentimur hac in parte Plinio omnia aquatica, hoc est, secus aquas aut in ijs nascencia, frigidissima esse: nam nec Sambucum nec Populum, frigiditas existimamus, tantò minus frigidissimas, licet aquaticæ plantæ existimetur. Nec sufficit ratio à loci natura desumpta, inspiciendus potius sapor, odor, & ipsi effectus: fortè Plin. intelligit tantam de ligno, & non de cæteris partibus. Galenus sanè ad amaritudinem & modicam eius astringentem respiciens, & huic & Ebulum siccantem vinum tribuit, glutinantemque, & moderatè discutientem.

Galenum quoque sequuntur Fuchs. & Amatus, qui sic inquit: Dioscoridi Sambucus & Ebulus refrigerant, sicuti & Actuarius: nobis verō considerato sapore, odore, & operationibus, inuenimus potius

Coxendi.

Aluum

Nax.

Vulua

Alberu

Buccin

Anim

Tepetis

Diosc. in

Succu in

Plin. in

Del.

Infl.

Vires

potius inclinare ad caliditatem quam frigiditatem. Quanquam, ut verum fateamur, nusquam legamus apud Diosc. ab eo tradi simpliciter refrigerare, licet ex eo colligi possit, ut dictum ante.

Lonic. error.

Lonic. scribit Sambucum calidam & siccam, qui tamen paulo subdit folia & flores refrigerare, & aquam ex ijs destillatam: parum, hercle, sibi constans.

Hydrops.

Actius Sambucum vstum & Cerato liquidissimo exceptum [sic ille loquitur] jllinendum precipit: augere hoc pilos ait, densare cutem, & defluuium prohibere. Actææ radicem in vino coctam hydropicis exhibendam suadet, *αεθ ποτιειν* iubens: & hoc est, inquit Corn. quod Diosc. dixit, *σιδομην παρα τω δισιδειν*, id est, *αεθ τω δισιδειν*, manè videlicet, antequam quis cibum capiat. Actuar. inprimis sambucum ad recens ambustum commendat.

Alberis superfluum.

Albertus tradit, Sambuci ab imo sursum corticem rasum ventrem supernè, contra infernè euacuare. Aded superstitionis plena pleraque sunt eius hominis placita: Quasi non vtrumque contrario modo rasus cortex id prestare queat, si tales in se vires habeat: simile ferè illud ab Hermol. annotatum: E fabuco magis canoram buccinam iubamque credit pastor: ibi casa, vbi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Bacca quoque cum suis granis grato sunt cibo auiculis, porillimum passerculis, turdis & sturnis.

Buccina.

Animum ciuium.

Iudicio Tragi, tam flores quam folia Sambuci recentia refrigerandi vi pollent: potissimum verò earum facultatum ait esse aquam è floribus destillatam, quæ vtiliter vtrinque, tam intrinsecus, vsurpari possit. Sed nostram sententiam Galeno & rationi conformem antea diximus. Nec repudiamus reliquas à Trago traditas vires. Radix namque eius vino decocta & pota hydropem potenter exigit. Cortex medijs efficacissimus est: quapropter prudentia & consilio opus est, si quando hisce vti velimus.

Curtius Galeni.

Prodidit apud Gesnerum vir quidam probus & admodum senex, se huius corticis decoctum cum theriaca duntaxat exhibuisse, eoque plurimos, qui peste infecti erant, sanasse. Nullo præterea alio prophylactico se vsu inquam, cum tamen sanissimis non raro pestilentijs interfuerit.

Turionum virtus.

Turiones siue folia tenera vere lecta, modo quo diximus vsurpata, non perinde sunt efficacia, & imbecillioribus magis conueniunt. Iidem in puluerem reducti, & ex iure pisorum poti, duram aluum emolliunt. Easdem facultates habet aqua è medio cortice destillata. Quædam mulierculæ caseos flore Sambuci quasi coniungunt. Flosculorum conditura Gallos pretiosius acetum facere testatur Ruellius. Sed & è racemorum Succo admodum laudatum & rubrum parare nouimus, & suum habet Lq. Possis & vina ex iisdem racemis reddere coloratiora, haud sanè secus ut Ebuli bacis id facere consueuerunt in agro Lombardico, notante Scaligero. Et si credimus Camerario Prunus in Sambucum [ut se expertum testatur] insita fert fructus purgantes.

Actum

Inflatio.

Aqua sambuci (inquit Tragus) illita calorem à Sole profectum restinguit, siue is caput, siue quancunque aliam cutis partem tentat. Eadem ardentes & subitos capitis dolores, & quascunq; inflammationes sedat, aduersus ictus serpentum & viperarum vtiliter applicatur, & vlcera in fistulam dehiscencia agglutinat. Succus ex acinis expressus cæruleo colore inficit vestes laneas. Succus è radicis cortice expressus, vomitum valen-

Dolores. Inflammationes. Ictus serpentum. Vlcerum. Vomitorum.

simè commouet, & aquam inter cutem pellit, tunc esse Matth.

Hydrops. Unguentum ad ambustia.

Paratur è Sambuco vnguentum præstantissimum ad ignis ambustiones hoc pacto. Sumitq; yridis Sambuci corticis, qui statim sub primo delitefcit libro, herbacej coloris, libram, olei pluries loti ex stillatitia florum Sambuci aqua, libras duas: ferueant simul aliquandiu, & deinde percolato, & exprimito, & addito ceræ nouæ odoratæ, succi succulorum Sambuci, cuiusque unc. quatuor: rursus vt ferueant finito, quousque succus euanescat: tollito tunc ab igne, & rudiculâ agitato, omniaque misceto: ad finem addito vernicis liquidæ unc. duas: Thuris albi in tenuem pollinem contriti unc. quatuor, quinetiam duorum ouorum album, diu prius cochleari agitato. Subinde misceto diligenter omnia, & mundo vase asseruato.

Foliorum puluis. Sanguinis fluxus nar. Iulepus sambuci. Aurium dolor. Ad podagricos dolores experim.

Exusta Sambuci folia, & in puluerem trita, emanantem è naribus sanguinem sistunt. Bacca rum sambuci succus à recremento repurgatus, & cum melle optimo coctus ad lulpaj spissitudinem aurium dolores tollit, si calidis imponatur. Sambuci tenerissima folia, quæ primo statim germinatu prodeunt, vnâ cum pari pondere radicum plaraginis suillæque axungie veteris contrita subactaque podagricos dolores præsentaneo auxilio mulcent. Hæc Matth.

Florum umbellam domestici nostri polentæ immergunt, frigunt, gratumque inde parant edulium ac salubre. Possunt etiam cibo aliquo permisceri, vel cum ouis frigi, nam blande deiectionem moliantur, quod & Dod. obseruauit. Simile quid Platina parare docet illo suo libello de honesta voluptate *Fricellas ex Sambuco* vocat. Caseo tritum veteri, tum recenti, farina parum, ouorum albamenta quædam, lactis aliquid, sacchari plusculum addes, & simul in eodem mortario conteres. Tritis è mortario & in catinum translatis, flores Sambuci integros superasperges & miscbis. Hanc condituram, aut manu aut cochleari, aut aliqua alia forma in patellam inditam, vbi optimum liquamen vel butyrum vel oleum ferueat coquito. Calidè edantur necesse est. Ex compositione quid profit obstitue, deprehendes. Resiccati verò flores, simul cum humiditate, purgandi potentiam amittunt: digerendi & attenuandi retinent.

Fricellæ ex Sambuco.

Acetum in quo & hi iam aridi macerati sunt, in cibus ventriculo gratum, appetentiam excitat, crassos crudeque humores incidit ac attenuat.

Aceti Sambuci Sjs

Pro duodecim conuiuijs in ieiunio, idem Platina tale florum sambuci condimentum parare docet. Ex sicco sambuci flore tres uncias in aqua frigida per horam fines: expressa inde aqua, dimidiu cum libra ac semisse Amygdalarum mundatarum tundes, addesque excautum ac molitum panem, selibram sacchari, parum gingeris: si croceum voles, addes & parum Croci. Hæc omnia in cacabum perferaceum fundes: feruere vbi occeperint, reliquos flores integros indes. Coctum cum aromatibus conuiuijs appones. Hoc si noster Labeo non gustu solum, verum etiam olfactu reiicit, pectori tamen, hepatis, melancholia & hæmorrhoidibus laboranti prodest. Habes apud eundem Tortam Sambuceam.

Condimentum florum

Seminis Sambucini facultas, auctores Dod. paullo quam reliquarum eius partium mitior ventrem quoque mouet, & humores aquosos detrahit in puluerem reductum, & drachme pondere

Pellus. Hep. Melancholia. Sanguinis facultas. Purgans. Ceregium.

exhibitum. Recens collectum in aceto id macerari expedit, ac deinde reficari, commodè facis vini arida par pondus, & non nihil feminis Anisi; sic etenim citra omnem molestiam potentiam suam exercet, & hydropicis subuenit. Continuis autem aliquot diebus exhibendum, cum modico vini, quibus placet.

Bouius mirabilem, inquit, comperio virtutem & efficaciam in semine Sambuci & Ebuli: soleo dare de his duas aut tres drach. optimè tritas, mixtas cum Zuccaro rosato, aut diantho, aut Diamarindo, aut simili aliquo medicamento ægro grato, delicatulis do drach. Ol. horum sem. extracti per express. cum vino odorato aut iusculo. Mira eius efficacia in phlegmaticis naturâ, aut per accidens, & in hydropicis: colliguntur bacca matura priusquam flavescent; Aut siccentur. Detractis pediculis, imponuntur in aquam multam, confringuntur, postea inclinato vase, effunditur aqua, ac noua affunditur: & iterum effunditur, id toties fit donec semina munda remaneant, quæ deinde siccantur & reponuntur. Semen primi anni mouet vomitum, secundi minùs, tertii adhuc minùs, sed per inferiora purgant multam pituitam & serum. Gesnerus è baccis Sambuci & Ebuli liquorem aq. vitæ similem destillari posse credit.

Nouellorum ramulorum medulla qualitatis expers est: hæc reficcata, atque nonnihil compressa aut contorta, ad fistularum angustiora ora dilatanda imposita, conducit.

Scribit Camer. succum acinorum admixtum iusculo gallinæ, in quo multum radice Petroselinii decoxerit, & expressum, plurimum conferre Hydropicis. Cortex medius scabie vexatis utiliter administratur. Flores odorati, inquit Schuuenckf. calcis inferuntur. Saccharo etiam ad hepatis affectus conseruantur. Rob ex succo baccarum per se vel cum saccharo parato plebecula vitur in alui fluxibus biliosis & Dysenteria. Nuclei abstergunt ac per aluum & vomitum purgant vehementer. Rusticorum medicina. Ex granis, vt docet Quercetanus in Pharmac. Dogmat. Sambuci fit extracti genus, siue sapa quædam hydropici congrua & salutaris, Chymici vocat Extractum granorum, actes, cuius præparatio sequentibus verbis continetur. Collige magnam copiam granorum Sambuci optimè ad umbram exsiccatorum cæterisque omnibus abiectis sola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, superaffundendo fortissimum spiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido vel vitrioli, vel, Sulphuris, vt materiam tres quatuorve digitos supernatet. Vase clauso vt nihil expiret, fiat digestio in B.M. per 5. aut 6. dies, donec spiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit, quem separabis per inclinationem, cauendo, ne quid ex facibus aut turbulenta materia simul transeat. De qua tinctura iam, non etiã separato prius menstruo, hoc est, aqua vitæ, quæ sine corruptione aut alteratione ulla diutissime adseruabitur, & cui, si voles addes parum sacchari gratioris gustus causa. Exhibemus semicochlear argenteum, aut cochlear plenum, mulieribus, quæ ex vteri præfocatione miseris modis excruciantur, & subito effectus sequitur exoptatissimus. Ex improviso enim & quasi miraculose expergerent, pristinaque valetudinis integritati restituentur, estque Specificum histericum. Rursus si velis, separa inde aquam vitæ per Alembicum in balneo vapo-

roso, donec in fundo remaneat extractum rubicundissimum de quo exhibebis scrup. i. pro dosi: idque dissolues in sua propria aqua destillata, aut in quibusdam aliis conuenientibus, aut vino albo quod inde rubescere incipiet. Huc usque Quercetanus, cuius verba de verbo aduerbum recitare nobis visum est, vt habeant Chymiatrum sub hoc exemplo veluti tractatum integrum parandi extracta, eadem enim ratio est reliquorum. Ebuli sc. baccarum Iuniperi &c. sicque elicere poteris ex hoc nostro Theatro totam artem Chymicam, nec non pharmaceuticam, vbi dabitur occasio. Sunt qui & Oleum parent ex infusione florum, vel iis in oleo decoctis. Folia contusa scabiei & digitorum Paronychii imposita breui sanare tradit Lonic. Folia & baccas ex aqua salsa decocta, tollere tumores pedum. Corticis vsum potissimum feminibus vtilem esse ad absorbendas humiditates superfluas. Odorem capiti molestum esse & ex facili sanguinis fluxum narium ciere, potissimum ab homine calidi temperamenti odoratum. Constat & nobis Sambuci tam foliorum quam florum odorem aliquibus molestum esse, & caput tentare. Superstitiosum verò illud eiusdem putamus, quando ait: si Sambuci furculus capiti equi inponatur, non nociturum etsi si bibat in aestu. Quæ enim huius rei ratio esse queat, & quis aded confidat ei, vt contrarium euentum non metuat?

Triplicis aquæ modum & vsum habes: ex cortice viridi: ex foliis, ex floribus. Primæ vsus ter iteratus in die ad vnciam vnam & semis, nepe manè, circa meridiem & vesperi, apprimè prodest hydropicis. Trium vnciarum dosi pota à ieiuno, potenter sed sine noxa aluum cit: & itidem hydropicos leuat. Extrinsecus adnota calores euocat. Secunda æstuantibus tibiis ac pedibus & corruptis fracturis multa & iterata lotione spontanea que exiccatione benefacit. Tertia manè & vesperi ad vnciam vnam & semis hausta, remollit pectus, & in eo infarctus, tumores hydropicos & oedematosos exhaurit, hepatis obstructions reserat Lienis ac renum, tertianam abigit, fluxus Melancholicos emendat, & stomachum confortat. Trium vnciarum pondere sumpta egregiè & absque molestia purgat, & alleuiat corpus. Oculis infusa, ardores extinguit. Manus tremulas sæpius iterata lotionem firmat. Vetera & frigida vlcera sanat, si lintheo in ea madefacto sæpius foueantur. Placet Casalpino flosculos panibus inspergi cum oleo: Sambucum multas virgas ferre à radice dicebamus: idè ad hortorum septa à nonnullis quaritur, quamuis non magnam firmitatem habeant. Ex virgis parantur commoda candelarum emunctoria & retinacula foliorum librorum apertorū. Curtius pollicetur aqua macerationis [malimus decoctionis] cauliculorum aspersa, necari pulices: foliorum decocto abigi muscas. Inuenit & inter pastores gratiam calamus Sambucinus, ex eo canoras buccinas, tubasque conficientes, utilioresque in eo vsu existimantes, vt iam prius obiter attigimus. Denique quouis anni tempore nihil aptius inuenias ex quocitiùs tubulos vel canaliculos conficias ad quosuis vsus, quam ex virgis Sambucinis.

SAMBUCI FVNGVS.

Descriptio.

A Dnascuntur vt annotat Tragus interdum Sambuci veteris praesertim radicibus fungi quidam incani, quos gummi quoddam vocat Dodon. & fruticum caudicibus quoque adnasci ait, molle, nigricans, tenue membranofumque, hominis auriculam quodammodo subindè referens, quod ablatum resiccaturque contrahitur ac durefcit.

Excrementum corticosum.
Locus Iuda aures.

Huiusmodi & nos aliquando è stipite nascentem obseruauimus, sed fungi potius membranacei specie, quam gummi, & colore nec albi nec nigri, & obsoleti, hoc est, ex utroque quodammodo mixti.

Pena, & Lobel. excrementum corticosum vocant coriaceumve, & annosis arboribus apud Boreales praesertim accrescere tradunt, multis dotibus cognitu dignissimum, plebique Anglae & Germana *Iuda aures* vocatum, propter effigiem auris, quam cartilagineo plexu multis plicis & mæandris æmulatur: sed colore pullo, praedurum, aquis inersum mollescens, spongique ritu tumens, gustu penè insipido, cutis elixæ aut corii.

vires & vias.

Fungus Sambuci, & Auricula Iudæ ad imam Sambuci caudicis sedem oriens. Germ. *Bolunder Schwemlin*: *Braën holderschwam*. Acini rubri in aqua florum Sambuci aut rosacea prius macerati, deinde impositi maxime conducunt ad arduos & subitos capitis dolores & quascunque inflammationes, teste Trago. Adstringendi ac resiccandi vim obtinet, vt vult Dodon. dilatum eius in quo paucis horis maceratum fuerit collutione ac gargarificatione oris tonsillarumque incipientes inflammationes sedat, & collumellam laxiorem reprimi: quin &, si Pen. & Lobel. credimus, Anginis certissimo experimento utilissimum, & tumoribus intus forisque nunquam satis laudatum. Lonic. aquam ex eo destillare suadet, aut ipsos etiam in aq. ros. maceratos inflammationibus oculorum efficaci remedio infundere, & imponere. Annotat Camer. praecipuae notæ medicum quendam eisdem puluerisatos aduersus hydropem propinasse.

Dolor cap. Inflammatio.

Inflammatio oris & tonsillarum
Columella laxata.
Ad angustiam expectum.

aqua.

SAMBVCVS LACINIATA.

Descriptio.



Sambuci elegantissima speciem foliis admodum fissis, & multum laciniosis, vidimus in cultissimo horto Robini Botanici Regii, Lutetiae à quo & semina accepimus pro horto Illust. E. Wirtemb. Flores alioqui & baccæ iam descriptæ vulgari, quæ baccis nigris est, similima.

Eandem & Dod. & Lob. obseruarunt. Hic speciatim in hortis Belgii. Taber. Germ. *Bolder mitt außgeschnittenen blertern*

EBVLVS SIVE SAMBVCVS

HERBACEA.
CAP. XXIV.



EA Ebulus magnitudo vt inter herbaceum genus & frutices ambigere quis dicat, veriùs tamen de tribu herbacea, ad eò tamen Sambuci amula, vt illius nomen pumila adiectione apud Græcos, sub voce *χαυαδίνη*, promeruerit: siquidem non vt illa in arborem grandescat, raro hominis pro-

ceritatem æquans, plurimum infra subsistens, & magna ex parte sesquicubito non altior: caule herbaceo, striato, Sambuci ritu medulloso, herbis mensibus contabescente: ad quam accedunt & folia, ordinatiùs disposita, è tribus quatuorue coniugationibus ad rachin annexis, imparique extremo folio composita, odore grauiore: quorum singularia Sambucinis longiora, acutiora: pares tamen umbellæ albæ flosculorum quinquepartitorum, odoratorum, & nescio quid nucleorum Persicorum magmatis spirantium, sed esu vix ferendorum, ferrugineis apicibus, quos stamina sustinent candida: quibus fathiscetibus acini succedunt per maturitatem nigri, & thorulis multis angulosi ante maturitatem, & penè trianguli, post verò magis rotundantur, succo suo manibus rutila quadam purpura inficientes, semina continentia terna, altera parte gibba, altera angulosa. Radix longa, digitalis crassitudinis, non lignosa, latè sparsa.

Hæc Diosc. *ἡ ἕβουλος ἢ χαυαδίνη* dicta, humilis est ac longè Sambuco breuior, & ad genus herbaceum [*βοτρυώδης* propius accedens, caule quadrangulo, crebris distincto geniculis: foliis per interualla circa singula genicula utrinque expansis, iisque Amygdalinis, at in ambitu ferratis, longioribusque & graui odore. In cacumine verò umbella, flore ac fructu Sambuci. Radice nititur longa, crassitudine digitali.

Plinio Sambuci alteram genus, magis siluestre, quod Græci *Χαμαῖα*, alii *Helion* vocant, multò breuius. Et alibi *Actæ*, quam quidam esse *Ebulum* putant. Rursus alibi: *Actæa* graui odore, caulibus asperis, [angulosis vet. quædam ex epl. legunt *Anisi*,] teste Hermol. geniculatis, semine nigro, vt *Ederæ*, baccis mollibus. Huius Virg. quoque meminit in Gallo.

Pan Deus Areæliæ venit, quem vidimus ipsi sanguineis Ebuli baccis minioque rubentem.

Cuius rei originem & Veterum consuetudinem diximus antè. Baccas quoque floresve *Ebuli* aut *Sambuci* videtur intellexisse Plaut. cum dixit in *Capitulis*: Latidum atque *Ebulum* foueri focolis feruentibus: nisi quis herbulas in eo versu lectitare malit: aut quod propius est verò, epulas.

Hermol. hanc aut valde similem putat esse quam Plin. *Actæam* vocauit: nos eandem cæsemus.

Sambucus pumila. Mecon Aphrodes.

Apul. not.

Sambuci 2. genus silu. Thamaates. Sambucea. Hieblum.

Plin. not.

Plin. defed. contra Cursum.

Heliosacte situ. Euboica Sambucus. Chamactis. Alben. Kameactis. Heliosacte. Agria Albe

Locus.

Vires & vltus.

Stomacho nocet. Purgat. Ambusti. Capillorum tintura.

quamuis Leoniceus diuersam opinionem tenet, videatur. Idem Hermol. Sabucum pumilam vocat.

Chamaecten, inquit Apuleius, alij Chamafycen, alij Mecon Aphroden, alij Agrian Alten, alij Euboicen, Galli Durone, Daci Olma, Itali Ebulum vocant: ramis rotundis, (nobis striati & angulosi obseruati) digitalibus, terrae prostratis (surrecti sunt, quamuis humiles, & patuli) succo plenis, folijs lenticulatis, fructu siue semine rotundo, radice tenui. Vt videas Apuleium hoc loco manifeste duas diuersas plantas, & nomine & descriptione cofusas miscuisse: vnde insignem rei herbariae ignorantiam cernas Apulei, tam differentes, & vix quicquam commune habentes herbas, Ebulum inquam & Chamafycen confundentis; hinc factum vt a viribus quas ille recenset, transcribendis nobis temperauerimus, ne forte posteritati cum ipso imponeremus, qui ipsemet nesciuit, quid scriberet, vt taceamus vanitatis plenum illud remedium (si Dijs placet) quod ad colubri morsum ex Ebulo praescribit.

Serapio nihil habet de Ebulo praeter ea quae a Diosc. tradita, & nomina praeced. cap. allegata.

Platina in opusculo suo de honesta voluptate, sambuci alterum genus magis siluestre dicit, additque alijs Thamiatem, alijs Ebulum vocari.

Ruell. Acteam quasi Sambuceam interpretatur, & Gallis Hieblum dicit: Meation, Brunschueig.

Iniquè fert Curtius Ebulum à Plin. & alijs qui basdam Sambuci 2. genus statui, seque scribit inter frutices, quòd herba sit, ne numeraturum quidem. Age verò sit herba: at idè non negabit, opinor, Curtius, & specie, & viribus sambuco simillimam, vt nihil in eo peccatum sit, si vel Sambucum 2. cum Plin. vel humilem cum Diosc. vel Sambucum herbaceam, nostro titulo vocitemus.

Heliosacte silu. aut Euboica Sambucus, Tragogo, qui & sambucum aestiuale dici posse tradit: Summer holder aut Heilender. Chamacte (χαμακτη) Galeno: & Paulo: Kameactis Arab. Durone & Olma Barbaris, teste Lonic. ελεοχαμακτη, αγγελια δαλη & ευβοινη: Ebulus & Ebulum Lat. Dod. Pumila humilifue sambucus Diosc. Pen. & Lob. Germ. Attich: Kurrer feldholder: Viderer holder. Belg. Wilde Vlier / haddick: Gal. Hieble: petit Sambucus, Valeriol. It Ebulu. Hisp. Hiezugos, vel vt Castil. Yezgos, Sabuco pequenno: Portug. Engos: Angl. Walzwurt / & Bloeswurt / & Dauwurt: Boh. Chebdi. Vngar. fodi bozza.

Nascitur in opacis aquosisque locis, atque etià asperis, si Plin. credimus. Lato gaudere solo Colum. testatur hoc carmine:

Atque habilis natura soli, que gramine lato Parturit & rutilas creat Baccas.

Sic passim Germania, Heluetia, Gallia, ac Italia, potiss. Lombardica videas nasci vdis, incultis & palustribus locis, sapissimè ad aërum margines, florentem Iunio & Iulio, baccas Augusto & Sept. maturantem.

Quas Diosc. Ebulo vires assignat, cap. praeced. diximus, qui eadem ei cum sambuco tribuit. Plin. quoque vtriusque iunctim tradit, quando sic scribit: Sambucus habet alterum genus magis siluestre, quod Graeci Chamaecten, alij Helion vocant, multò breuius. Vtriusque decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radice, ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, alio detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maximè recentis ambusti: & canis morsum cum

polenta mollissimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, priuatimque membranae, quae circa cerebrum est, lenit infusus. Acini eius infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum. Poti acetabuli mentura, vrinam mouent. Foliorum mollissima ex oleo & sale eduntur, ad pituitam bilemque detrahendam. Ad omnia efficacior quae minor. Radicis eius in vino decoctae duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt, & vuluas emollit, & folijs insidentium decocta. [al. & foliorum decocta insidentium] Caules teneri minoris Sambuci, in patinis cocti, aluum soluunt. Resistunt folia & serpentium ictibus in vino pota. Podagricis cum seuo hircino vehementer profunt. cauliculi illiti, lidemque in aqua macerantur, vt eà sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscae necantur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, aluum soluit. Idem alibi: Ebuli quoque quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes. Ebulum tenerum cum folijs tritum, ex vino potum calculos pellit, impositum testes sanant. Inter ea quae hydropicos sanant, habetur Ebuli recentis radix, excussa tantum, nec colluta, quantum duo digiti comprehendant, ex vini veteris calidi hemina. Et mox: Aeste quam quidam esse Ebulum putant, radice contrita in vini cyathis tribus, si febris absit: vel semine ex vino nigro. Praecipue tamen Chamaectes succus aptissimus creditur. Et rursus: Ebuli folia contrita, & è veteri vino imposita, etiam boam sanant, id est rubetes papulas. Datur & Actea acetabulo pleno interioribus foeminarum morbis. Si verum est Ebulum refrigerare, vt vult Plinius, non consultum est applicare morsui canis, vt Diosc. facit, qui semper suspectus esse debet, non enim est tutum frigiditate occludere vulnus, & repellere ad interiora.

Scribit Platina florem Ebuli in cibariis sumptum, hepaticis, spleneticis, cardiacis atque hydropicis prodesse. Nos nollemus eum Platina in cibariis dare flores ob ingratitudinem.

Gal. huic, vt & Sambuco potentiam tum deficiendi tum conglutinandi, modiceque digerendi tribuit.

Ebuli semen vt prodidit Matth. per diutinas aquae lotiones à nigro circumstante succo expurgatum, datur vtiliter drachmae pondere ex Chamaptyios decocto, podagricis, ischiadicis, & Gallica Lue laborantibus: mulcet enim deiectionia vi mirifice eorum dolores, cum humores ede fluentes tum reuocet tum deiciat. Sunt qui Ebulu albugines ictusque oculorum sanent hoc modo. Ebulum contundito, eiusque succum penna in oculum instillato, per triduum, & persanabitur. Sunt etiam qui ex Ebuli radicibus succum eliciant, insolentque subiade, & in pastillos redigant, seruentque ad vsus. Hic clistere infusus tam intestinorum, quam coxendicum dolores tollit à frigiditate & flatu genitos. Supponitur conuenienter foeminarum locis ad euacuandos menses, praesertim si lana exceptus intromittatur. Sustinuntur Ebuli decocto commodè ii, qui diuturnae tussi vexati ad malum deuenerunt habitum, si tamen ventriculus & iecur interea roboretur egoratis adstringentibus, & ad id conferentibus medicamentis. Stillatitia cum Ebuli tum Sambuci radicum aqua hydrope timpanite laborantes mirifice iuuat, si huius quaternas uncias, illius vero binas vtriusque simul mistis hauriant affecti, diebus triginta continuis. Illitus Ebuli radicum succus procidentem sedem reprimat, & angina tollit, vbi circa gulam calidum cum linteolis il-

Purget. Purgant. Purgant.

Purgant. Purgant. Purgant.

Purgant. Purgant. Purgant.

Boa, papula

Morbi foeminarum.

Tepetam.

Podagra. Ischia.

Pastilli. Turesin. Coxendicum.

Menses.

Timpanite.

Anipia. dentia. Angina.

Temp. Cantu. Roma.

Obfer.

Adimo. prap.

Obfer.

Vague. ad. Nri. im.

Obfer.

Hyd.

linatur.

Temperā. Temperamentum, inquit Dodon. Ebulus habet calidum ac siccum, vtrumque ordine tertio, & facultatem non modò, quam ei Gal. tribuit, digerendi exiguam; sed & purgandi per aluum eximiam & validam habet: efficacissimæ radices sunt: folia digerendi ac discutiendi potentiâ præstant. Educunt autem radices non modò pituitam, verùm & aquosos potissimum humores: vtilis iccirco ad hydropicorum purgationes, vti dictum, sed tamen correctæ, & vbi vires suffecerint. Purgant enim cum molestia: Ventriculum subuertunt: interioraque viscera omnia perturbant. Malè omnibus vsus earum succedit, quibus hepar obduruit: vt quando ex regio morbo Ascites successit. Scimus cuidam nobili fæminæ, arthritidi obnoxia, & quæ non facillè medicamenta assuebat, sæpius de ventriculo conquærenti, cum in purgatione semen Ebuli additum fuisset, excitasse magnos dolores ventriculi & molestum vomitum. Quamobrem nec temerè, nec nisi valdè robustis ex Ebuli radicibus medicamentum aut potionem dandam censet Dod. Acinos verò ait, & semina multò clementius ac minori cum molestia purgare, præsertim priùs aceto infusa, ac deinde semine Anisi vel alijs aromaticis vnà permixtis. Radix in vino decoquitur, si causa morbi frigida, & febris abest: aliàs pro affectus natura temperanda potio est. Folijs tumores oedematosi discutiuntur, cataplasmatibus vel fomentis additis.

Acinorum preparatio. Lacuna longè maiores vires tribuit Ebulo, quam sambuco, traditque magnam habere proprietatem ad mitigandos iuncturarum dolores, & resoluendos membrorum tumores, potissimum à frigiditate obortos: eius radices decoctum ad tres quatuorue vncias, calideque potum omnis generis obstructions referare, quamuis noceat ventriculo. Paululùm spicæ Nardi addendum sudet. Folia & radices coquit in forti lixiuio aut aceto, addito sal e, & cum eiusmodi decoctione calida fouendum iubet ventrem hydropicorum totum & pedes spongiis: non esse præstantius remedium in eo casu. Imponit postea & folia. Parat & vnguentum hoc modo. Vncias duas succi radices, rotidemque succi foliorum & cum sex vncijs olei Chamæmelini decoquit ad succorum consumptionem, tandem & ceræ vnciam semis addit & aliquid aceti rosacei ad maiorem penetrationem. Vnguenti huius efficacissimam pollicetur vim ad resoluendas omnes humorum superfluitates in doloribus podagricis cuiuscunque membri, siue à frigida siue à calida causa obortis.

Oleum. Oleum etiam paratur ex Ebulo, quod apprimè conueniens est in quouis articularum dolore mulcendo, si eo articularum regiones, iuncturæque illinantur. Oleum quidem præparat Bouius ex semine Ebuli per torcular, mirabilis, vt affirmat effectus: consuevit dare ægris drach. cum medio cochleari iusculi. Vt verò paret oleum diligenter, terit semen, aspergit pauco vino albo, dein terculari subjicit. Ex li. i. seminibus Ebuli, extrahitur Ol. vncia.

Vt porrò, quod equidem Fernelius testatur, Sambubi & Ebuli confusa folia & apposita ambusta parti persanant, sic & Oleum, sale tamen addito. Ebulus, inquit idem, meth. meden. calidus ac siccus ordine secundo, hydropicorum aquas facillè per aluum deducit, nonnuquam & vomitione rejicit. Est autem ventriculo aliquantum grauis, succi vis efficacior purgat vnciam viuis

ponderè. Elicitur autem vel è radice, vel è mediano cortice stipitis confuso, affusa aqua hordei vel vuarum passarum, cum Cinnamomi, vel nucis Moschatae momento & cum Saccharo. Cocturâ vis eius purgandi perit & exoluitur, neque, vt Dioscorides scribit, eam persisterè vsu comperitum est; Fructum nonnulli condiant da plo sacchari & Cinnamomi parte octaua, exhibentque vnciam vnâ: acinorum verò drachma vna tusa, idem ex mulla aut vino albo præstat. Sambucus eodem temperamento iisdemque pollet viribus, sed Ebulo aliquantò infirrior. Inter ea quæ aquas ducunt ebulus imbecillis & prægnantibus, sed ne temerè quidem decerni potest.

Lonic. quoque non esse aliud efficacius & præsentius remedium scribit ad hydropem, quam Ebuli radix, si ex ea bibatur. Eandem & in tussi frigida celebrat. Folia ex aqua cocta, & ea potu rutilim siccam sanare promittit, & conferre angina. Item ad vuidam, addito in eius decocto Pyrethro. Succum Ebuli cum puluere Tithymalli radices, addito saccharo, quotidianis febribus commodum medicamentum prædicat: Eius tamen vsus minus tutum & non nisi magnâ cautelâ administrandum censemus. Folia podagricis doloribus imposita, eos mitigare ait. Aqua distillationis foliorum ad vncias duas aut circiter, aluum mouet. Eodem modo manè & vesperi pota hydropicos tumores exhaurit, quotidianam febrem abigit, & laterum dolores mitigat. Prodest & extrinsecus lintaminibus in ea madefactis imposita. Cento experimentorum Wirtembergicus inter alia habet, Ebuli radices in vino confusa succo sæpius abluto capite, crispari capillos. Io. de Monte Experimentum est, si capra nutriatur Ebulo per diem & noctem, lacte eius ventriculum repurgatum iri. Camer. annotat mures fugere Ebulum. In Vicentinis, & Taruisinis refert Scal. olim vina ex Ebulo fieri consueisse coloratiora: alioqui plebeculæ minus venalia.

SAMBUCVS RACEMOSA, ACINIS
RVBRIS.

CAP. XXV.



longum digesti, stellati, colore ex albidio in luteolum languente. Baccæ consimili modo racematis frequentes succulæuat ex rubentibus pediculis

Succum.
Dosis.

Condensum.

Tussis frigida.
Angina.

Cautio.

Feb. quærit.

Crispata
pilos.Purgatio
lac.Adversus
mures.

Vini mentium.

Descrisitio.

Folia.

Flores.

Succum.

ipsæ quoque per maturitatem coccineæ, iniuncti planè saporis, è quibus noua plantula si ferantur, progignuntur, teste Trago. Matthiolo verò perpetuò rubescentes, vinosa ac succi plena. Lobelio odorata, punicea, non insuantes per Augustum esui.

Hanc eandem Curtium intellexisse censemus, quam describit arborem generis fruticosi, fructum racematim producentem, colore per maturitatem rubeo, non, vt in nostra, nigro. Sambuci genus minus, floribus & baccis in racemo constitutis, Cordo Sambucus silu. & Ceruina; Trago. An Hieron. Brunschueig. in apodix. Germ. apud Brunf. Sambucus rubens, & silu. & agrestis doctorum quorundam? Sambuci 2. genus montanum & silu. Matth. apud quem in post. comm. Ital. cum magnis iconibus cap. 175. figura huius transposita ponitur titulo Sambuci, qui idem error quoq; commissus in Hist. Germ. vbi vocatur Sambucus montana. Tertia Sambuci species Alpina, cætera Sambuco similis, baccis rubris, Turnero. Sambucus montana vel rubra, Gesn. Sambucus cum racemo Anguil. Sambucus montana racemosa Pen. & Lob. qui in edit. Teut. duas icones proponit. Sambucus 4. silu. & Sambucus Ceruina. Dod.

Lonic. eius iconem sub titulo Aceris ponit, Germ. *Ahorn*; & eandem rursus sub nomine Sambuci Ceruini, quod utique eius ignorantia tribuendum cum similes errores passim in suo Herbario committat, quippe qui in studio Botanico, tanquam Venator Helueticus in silua Bohemica veratus fuerit.

Plin. quoque montanum sambuci genus videtur cognouisse, cum in montibus etiam nasci tradat. An Casal. Sambuci 2. genus in montibus, umbellulis paruis, baccis rubentibus? Sambucum silu. siue montanum Dalech. eam suspicatur, quam *πυγος* Theoph. significat l. 3. c. 14. quamuis Pygos in versione Gaza omissa sit. Sambucus *ερυθροφυλλος* aut *οιμικοσαφυλλος* Thaliō: qui annuntat, in Hærcynia Saxothuringica eius folia ignaris verulas pro Ebuli folijs obtrudere, ac diuendere, atque adeò vulgo *Attich* vocari. *αλγη ορεινη* Germ. *Schaltster*: *Berchholder*, *Wilder holder*, *Waldholder*, *Hirschholder*, *Bergsholunder*.

Annotat Camer. in Palatinatu versus montes Bohemicos inueniri interdum cum baccis albis.

Matth. teste in montosis & argenteis locis nascitur. Prouenit maximè in opacis viginosisque siluis, ferarum lustris inuis, in Hærcynia Saxothuringica circa Stolbergam & Hontenium, Thal. in Cotarsiana propè Symphorianopolim agri Lugdunensis ditionis. In Latomij ab vrbe Norimberga ad mille passus sitis copiose crescere testatur Camer. & in Italia monte Veronensi Baldo, Anguil. Passim in opacis Comitatus Montbel. & Burgund. siluis & montibus obseruauimus, potissimum etiam in montibus Lotharingicis, in monte Rossbero circa Massinster, vbi mense octobri cum pulchris acinis coccineis, decidentibus folijs videas, quas & Augusto maturas legimus in Lotharingia, & Iunio circa Geneuam in monte *Salene*, & in Rætia pluribus. Veronæ quidam in hortis colunt. Floret mense Aprili.

Stipites aliquot ex vicinis locis, in hortum E. C. Montbelg. plantandos curauimus. Tradit & Curtius se in hortum suum (Lugdun.) in ordinem ceterarum decussatarum arborum redegisse, verum diu non durasse, quòd loca amet opaca, & manus aspernetur.

Experimento didicit Tragus Ceruum Sambucū

siluestrem, sicut & solanum (siluaticum) magno desiderio inquirere. Solent binæ hæ stirpes plerumque eisdem situs occupare: folia vtriusque, non baccas decerpit. Vnde intelligi potest, fructus hosce frigidioris esse qualitatis ac feris, nedum alijs amentis & hominibus minus salutaris obseruauit idem. Ceruum solum folijs harum plantarum vesci, non autem Ceruum, nisi ea prægnans fuerit, & ceruum in vtero gestauerit. Ideo sambucum silu. frigidam naturam esse iudicat, ita quidem, ut pro Mandragora, si illa desit, usurpari queat. Sic & Lonic. Sambucus silu. inquit, similem naturam habet cum vulgari Solano: frigida est, potiss. baccæ. Somnum conciliat. Multus vsus nocuus est. Matth. scribit vires vrbano sambuco imbecilliores habere: ipse sibi ipsi & prædictis autoribus contrarius: nam in hist. sua Germ. eiusdem naturam cum vulgari Solano dixit. Camer. quoque testatur, frigidam esse baccas, soporosos reddere edentes, multumque earum esum esse nocuum: Lob. quoque subscribit, & veterum quoque inducere testatur, præsertim baccarum esum. Scribit tamen Schuenckfeld: à nonnullis succum baccarum cum melle ad intrinsecus coqui. Nos sic paratas non parum mellis calore castigari censemus. Tutius tamen abstinere.

SAMBVCVS AQUATICA.

CAP. XXVI.



Aquamaria hæc sambuci species indeque cognominata, arbuscula est quinque aut sex cubitorum altitudinis, caudice crassitudine suam manum cõplente, ligno tenero, candido, fragili, fungosa intus medullâ, polito cortice cinereo obtectâ, geniculatis ramis gemellis, ordine vtrin-

que vno brachiato: ex quorum geniculis folia exeunt lata, angulosa, rugosa, Acris minoris foliorum æmula, vel Sorbi Terminalis. Flores nonnihil odorati, in umbella candidi, tam lati aliquando, vt pollicis vnguem æquent, quinquepartiti [Trago verò quadripartiti:] sed circa umbilicum continui, maximè verò ij qui extimi in ambitu sunt, expanduntur, medijs intra umbellam exiguis conclusis, seriusque se expandentibus, flauescens. Acini rubri seu sanguinei, magnitudine baccarum Spini albi, semen continent planum, latum, rubrum, cordis effigie. Casalpino nuclei duo, similes semini Atriplicis, compressi. Hæ baccæ, auctore Trago, ingrati planè sunt saporis, ita vt degustanti nauseam & fastidia continua patiant: Matthiolo, vinoso & amaro succo refertæ: Casalpino siccata vuis passis similes, cum in se-

Sambuci
genus mi-
nus.
Matthiol.

Alpina.
Montana.

Pygos
Theoph.

Varietas
cum baccis
albis.

Locus.

Satio.

Cultum af-
pernatur.

Vires. &
vsus.

Tempo-
ram.

Obscrvata

Somnificum

Alter
Matthi-
ror.

Nocuum
ta.

Intrindus

Descriptio

Folia.

Flores.

Acini
Semen.

Sapor.

dulcedine austera : Cordo baccarum succus Autumnus amarus, modiceque dulcis & acetosus est, insequenti autem Vere, cum hyeme passus factus fuerit, magis astringit. Cortex amari & astringentis saporis.

An Ruell. Opulus: Corno similis (inquit) arbor arbuto Gallico faciendo idonea : *Obierus* vel *Opierus* apud nos ruri dicitur : Vlmi proceritate adolefcit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus ferè vitigineis, baccis racematim dependentibus, prima pubertate viridibus, à maturitate puniceis. Vitem Opulus alit: verum quoniam frondem non habet idoneam, à plevisque repudiatur. Ieiunum solum horret &c. Si Ruell. per Obierum intelligit Sambucum aquaticam uti nobis videtur, male sanè describit: non enim adolefcit ad altitudinem Vlmi, nec caudice recto est: is aliquot plantas confundit.

Curtius cap. proprio eandem Opuli descriptionem habet, ex Ruell. ut existimamus, desumptam, citans Varronem & Columellam. Nondum legimus apud hos vel apud alios Opulum ferè baccas: ideo Ruell. & Curtium hanc cum Sambuco racemosa confundisse modò diximus. Nos de Opulo alio loco trademus.

Ἰσαμβύκος apud Theoph. l. 4. c. 1. hist. Sambucus aquatica siue Palustris, vulgò (Gallis) *Obier* putatur, ut annotat Rob. Const. cuius opinionis etiam Dalech. fuit, & multi alij ut notat Hist. Lugd. sed hæc coniectura incerta, quam nulla sit descriptio: paucula enim tantùm hæc verba habet Theoph. Taxus quoque & Thraupalus maximè gaudent umbrosis. Quis inde certi quiddam statuat? Esto hæc igitur vna à nobis pro derelictis habita, sitque primi occupatis, ut sit quum incerta est vacua possessio, ne omnia occupasse aut tenuisse videamur.

Lycostaphylos fœmina Cordo, qui figuram Tragi habet, cum hac annotatione: nostri Sambucum aquaticam vocant: Saxones lupinam vnam, quod nomen Græcè exprimere voluit Cordus.

An Anguil. epist. 4. Aceris species 3, dicta *Ἰσαμβύκος*. Patauij & in Patauino agro *Piedoca* & *Platano aquatico*.

Dodonæi sententia est, de sambuco aquatica siue palustris nihil Veteres memoriæ prodidisse: neque enim Opulum esse, ut nonnullos temerè suspicari contigit: multò minùs Platani speciè. Sambucus palustris vel aquat. flore simplici Gesn. qui fruticem esse ait, & si cicuretur, arbusculâ fieri. Nec probat eos qui Chamaplatanum vocant.

Aste & sambucus aquat. siue rosea, Pen. & Lob. & Taber. *ἀστὴν ἔρυσπος*. Germ. *Wasserholder* / *Bachholder*. *Schwellen* / *Schwellenbaum*: quibusdam *Massholder* / *Schneeballen* / *Tabern*. Siles. *Ballinckenbaum*, *Tallinckenbeer*: Belgis *Gelders rosen*. Gall. *Obier* vel *Opier*. Sambucus palustris fœmina, Camer. Sambucus palustris folio Opuli, Casalp. Hist. quoque Lugd. negat opulum esse. Patauij cum esemus D. Presburgius indicauit vocari *Ἰσαμβύκος* Theoph. Lectirotariam, Sambucum aquat. & Platanum fœminam Guilandino.

Nascitur in siluis & dumeris, & umbrosarum amœnarumque riparum quas blandè rigant aquæ accola communiter inter Alnos visitur in Germania, Gallia, Angliæ, Italia, Pedemontiumque pratensibus, vdis, conualliumque marginibus. A loco & hanc *Aste* nomen sibi asciuisse Lob. memorat. In Heluetia, Burgundia & circumiacentibus locis non rara. Nascitur & in palustribus Pisanis: Basileæ in monte Mutensi stirpium varietate Studiosis qui illuc quotannis con-

flunt clarissimo.

Nos eam in hortum Montb. translata eleganter ropiario operi, præsertim contegendis Adonidis domunculis hortorum aptandam curauimus, vbi non inelegans visitur tota hieme, absque corruptione, coccineas baccas ostentans. Umbella cum floribus Maio læta conspicitur: Autumnus baccæ perficiuntur: nihilominus integra hieme durantes: quo tempore cum reliqua tum potissimum Bonolæ aues [*haselbhuner*] summopere eas expectant, ut non raro etiam illis inescatæ decipiantur ab aucupibus, notante Trago: cuius iudicio in Eclegmate exhiberi possent ad vomitiones sciendas. Flores cum suaviter odorati sint, solent æstate voluptatis gratiâ legi & conclauibus inferri. Matthiolo baccæ deuorata vomitionem cient, succo vis inest abstersoria, qui cum melle (inquit Schuuenkf.) ad syrumpi coquitur consistentiam, aduersus tussim, vulgi experimento. Tradit Rob. Constant. nescimus quo autore, Aquatici sambuci destillatos flores ad frangendum calculum efficacissimum omnium esse remedium.

SAMBUCVS ROSEA.

NB Huius Sambuci Icon Errore typographico paulò antè sub titulo Sambuci Aquaticæ posita fuit: Sicut Sambuci Aquaticæ Icon sub hoc.

Descriptio.



Ambili florum candidorù magnorum, quinquepartitorù, vnaque se expandentium, glomeratorù, pilæ niueæ [vnde nomè apud vulgus Germanicu inuenit] instar, spectaculo, hortos decorat frugiperda ista aquatica Sambucus: floribus paruis destituitur: cæterà præcedenti similis, niù

Fructu caret. Flores albi.

quòd flores propemodù odore destituti videantur. Gesnerus annotat sibi relatum etiam purpurei coloris flore Basileæ in hortis reperiri. Verum quaquam ibi multoties, & quæ est illic frequentia pluribus hortis viderimus, nuspiam tamen nobis purpureo flore obseruata. At Montbelgardi Anno 1600. in horto E. C. Wirtemb. vbi albam abundè habemus, semel ex improviso visi sunt ex quadam aeris constitutione omnes flores purpurafcentes: qualem colorem in ea antè non obseruaueramus.

Purpurei Flores.

Lycostaphylos mascula Cordo. Rosa Menapia, & Sambuci aquatici siue palustris species, Dodo. Sambucus palustris, hortensis flore multiplici albo, Gesn. qui aliquibus *Schneeballen* / id est, Globos formosos nuncupant. Basilienses globos niueos, à figura & colore, *Schneeballen* vocant. Sambucus rosea siue aquatica Penæ & Lob. Sambucus palustris mas, flore conglobato Camer. Sambucus aquat. polyanthos, *Gesilte Schwelchen*: Item Sambucus 6. rosea, flore purpureo multiplici Tabern. quem non n. esse erat

Tabern notatus.

Opulus Obierus.

Ruell not.

Curtius l. 1. h. 1.

Lycostaphylos.

l. 1. a. lupina.

Chusotrichon.

Cultus.

Chamaplatanus Aste aquat. siue rosea.

Locus.

Aste.

Locus;

duabus figuris opus suum stipare, vnius eiusdemque plantæ floris colore variantis: quem tamen num videtur dubitamus. Sanè nihil indicat ipse.

Ceterum; tora hortensis creditur hæc, inquit Dod. & cultura mangonio talis facta, apud Germanos superiores & Belgas haud infrequens hortorum incola. Cordus refert nasci iisdem locis, quibus præcedens simplex, sed in Germania partibus, ideoque in hortos propter florum elegantiam translata, præsertim Angustæ Vindel. Ratisbonæ & Norimbergæ. C. Bauh. scribit in Gallijs & Italijs sibi nuspiam visam: nec nobis sanè quod recordemur, nisi in orto instructissimo Robini Botanici Regij, Lutetiæ, (Lugdunum enim & Geneuam à nobis primùm introducta:) Item Vesuntij in cuiusdam Cantonici orto, qui perhibebat Gallis *Roses de Gueldres* vocari.

Vires & vsus. Sapor.

De huius vsu & viribus nihil hæcenus innotuit nobis. Attamen corticum sapor subastringens est & deterforius cum modica quadam amaritudine: vnde rationabiliter conuincimus, ad eodem cum præcedenti vsu aptari posse, præsertim cum eius species & varietas esse videatur.

AZADARACHENI ARBOR.
CAP. XXVII.

Descriptio.



Folia.

Itra magnitudinis est arbor, cortice in nouellis laui, in adultioribus scabro & rimoso. Folia Fraxini ferè, serrata, cubito longiora, ex foliolis multis sibi mutuo respondentibus ad costam vna ramosam adherentibus constantia, saturè viridibus & nigricantibus, & sub hiemem cum suis pediculis decidentibus. (Clus.

Flores.

Barbæ caprinæ folia comparat.) Flores ex longo pediculo, dodrante maiore, in ramusculorum extremis ad exortum foliorum copiosi, racematim coherentes, parui, odorati, sapore nullo, ex quinque foliolis expansis constantes: in quorum medio veluti calyx longiusculus, ex purpureo nigricans, in quo stamina. Floribus succedunt bacca multa, lutea, magna, amara cum dulcedine quadam, initio virides, maturitate candicantes, magnitudine Mespili Aroniæ, fœtida, ingrati saporis, in quibus nuclei duri, eleganter angulosi, nunc pentagoni, nunc hexagoni, medullam continent albam, valde ingratam.

Bacca.

Mentis.

An de hac Auicennas l. 2. tract. 2. c. 17. *Azedarach*, id est, *Azedarach*: arbor nota, cui fructus similis Nabach [id est Loti quibusdam.] In Rechi vocant Arborem Myrobalanorum & c.

Monachos aliosque qui eandem cum Sycomoro faciunt, reprehendunt meritò Gesnerus & Matthiolus: Bellonius Siliquam nominat, quod miteris, cum bacca non siliquas ferat.

Monspelij meo tempore, inquit Clus. *Arbor sancta* dicebatur, Pellicerio Episcopo *Lorus alba* existimabatur, alijs vero *Ziziphus alba*: quam opinionem adhuc retinere magni nominis viros miror, cum nullas notas habeat, quæ albæ Ziziphæ conueniant: Italis Herbarijs ineptè & imperitè Sycomorum vocari audio. Baticis vulgari sermone. *Arbo Parayso*, Castellanis *Zyziphus alba*, Italis *Perlaro* vocari audio. Tripoli, vt notat Rauuolff. *Zenselacht*. Rhazi & Auic. *Astirgar* aut *Astergir* & *Azadaracht*. Lob. & Pen. Adu. *Ziziphæ candida* Monspel. quæ perperam Venetorum Sycomorus.

Apud Hist. Lugd. *Ziziphus alba* Dalech. & Matth. siue *Pseudosycomorus*: Turcis *Thepic*. Eadem icones duas habet, quarum Dalechampii deterior: folia enim falsa.

Non parum errarunt, ait Dod. qui Lotum arborem affirmarunt. *Tuber* Cæsalpino.

Nic. Braun malè *brustberlin*: hac nimirum Germanica voce, quæ thoracis bacculas significat, incautis periculum præparans, qui iuiubarum loco in thoracis affectionibus vti vellent. Apagè verò istos Rhizotomos cum suis *weißbrustbeeren* lin/ quod idem est, ac si albas iuiubas dicas. Dolendum, hercle, vnicuique statim se Medicum aut Herbarium profitenti, statim fidem adhiberi, cum in nullo mendacio periculum sit maius.

Porro *Azadaracht*, teste Bellun. reperitur Venetijs, Patavijs & in Syria. Gesnero è semine prodijt: sed dodrantalem spondyli erosa radice perdidit. Hieme reponi debet sub tectum. Bellonij curâ Lutetiæ aliquot huius arboris planta iam dudum spectari cæperunt. Plerumque visitur in Monachorum claustris & in templorum plateis, si Matth. credimus. Clus. nusquam spontè nascentem vidit in multis Baticæ viridarijs, atque etiam secundum vias regias alitur: sed nullibi maior eidem conspecta, quam Hispali in Regio Palatio. Tota hieme perdurat, nullis degustantibus auiibus, vnde facile venenatam & malignam eius qualitatem intelligas. Tripoli in vrbis plateis ad vmbra excolunt: Rauuolff.

Camerario prouenit ex semine.

Vidimus Nemausi elegantissimam arborem cultam, quæ hyemes rigidiusculas tulerat. Sed & Monspelij in orto quodam vidisse meminimus. Alebat & aliquando Platerus Basileæ in elegantissimo suo orto. Nobis etiam ex semine prouenit Montbelgardi in orto E. C. Wirt. Patauio misso, verum non ritè reposita frigore interijt: Est enim durioris frigoris impatiens. Primùm omnium, quod equidem sciamus, visa nobis Monspelij in orto Celebert. præceptoris nostri Guil. Rondeletij. Arelatæ in Prouincia maximam arborem ostendit nobis insignis Medicus Vallériola, qui Sycomorum nominabat: postea vidimus Patavijs orto publico & alijs bacca onustam mense Ianuar. & Febr. Ferrariæ in orto Ducis (vbi Struthiocamelos tres conspeximus) multas arbores. Folia & flores simul erumpunt mense Iunio. Bacca autumnò maturefcunt, totaque hieme in arbore durant, maximè in Italia. Sturgardiæ in orto Ill. E. C. vidimus Iunio & Iulio pulchrè florentem. Elegentem etiam videas Hiedelbergæ in orto Electoris instructissimo, qui hieme tegitur. Narbonæ frequens est, teste Lob. Belgis colitur in hortis. Merebatur rara arboris elegantia, paullo specialius loca designari.

Azedarach Rhazæ calida & sicca est, conuenit obstructionibus capitis, capillos prolongat. fructus ventriculo valde nocuus, & interdum perni-

Vires & vsus. Tèperam.

arbuscula partibus coriarii ad deplanda coria
 utebantur, ob id *ρῶς* *ῥωσσοδῆ* *ῥωσ* Græcis dicta:
 quam Colum. *Rorem furorium* semel dixit, alioqui
 & *Sc. todeplicos* dicatur, vt notat Hermol. qui
 tradit habere se, vnde hoc *Rhus Syriacum*, (nam
 in argillosis Syria potissimum nasci ait: aliàs ubi-
 que) siue vt Colum. & Pallad. appellant *Rhos*
Syriacus parum distare videatur ab hoc nostrate,
 qui frutex excoriarius, & *Rhus erythros* à colore
 subrutilo vocatur Dioscor. & Plin. crassitudine
 digitali, altitudine bicubitali: quanquam Plin.
 nili librariorum ea sit incuria, cubitali prodi-
 dit. Duo faciunt omnino Græci genera: *Ma-*
giricon, quod additur in obsonia: idem est cum
 Syriaco, vt opinor: alterum quod *ῥωσσοδῆ* *ῥωσ*,
 id est, excoriarium. (notabis utrumque ex ea-
 dem planta esse, vt antè dictum, vsus tantum
 differentes, in quo deceptus videtur Hermol.)

Marc. Virgil. in Colum. lib. 9. capit. 15. malè
 Rorem furorium legi tradit: Rhun enim non
 Rorem legi illic oportere. Considerandum igitur
 qualis sit eius Rhus in Ethruria folio Myrti,
 illaque quam pani nautico condimenti loco in-
 spergi tradit. Vera Rhus Theophrast. & Diosc.
 non habet folia Myrti, sed potius Vlmi: nullam
 nouimus plantam folio Myrti, quæ ferat baccas
 vtilis pro pane nautico præter veram Rhoën,
 cui non sunt folia Myrti, sed Vlmi. Suspica-
 mur Marcellum non intellexisse quæ scripsit.
 De Rhoë Myrtifolia Plinii putata, postea trade-
 mus. Actuar. in quibusdam compositionibus
 Sumachum tradit Rhon appellari, quod nomen
 omnes vsurparunt officinæ, à barbaris emendi-
 catum quibus *Sumach* dicitur, quæ vox etiam co-
 riis communis aliquibus locis est: non aliunde, vt
 credimus, quàm quia ex foliis huius fructicis con-
 fecta fuerint.

Ruell. Rhois descriptiones conuenientes po-
 nit quidem: Verùm in fine addit: rura nostra
Viurnam appellant, flexu ferè inuictam: vnde sa-
 tis apparet eum Rhoën cum Lantana confunde-
 re de qua postea.

Rhus Culinaria Cordo. oportet autem (inquit
 ille) enucleatum & pulpam eius accipere. Ve-
 rùm minùs placet, quando ei Laurinos ra-
 mulos alternatim geniculatos tribuit, Per
 erorem Syriacum Celsi Crinitus intelligit Man-
 nã sed perperam, vnde nec immeritò à Manar-
 do eo nomine reprehenditur. Manna enim intel-
 ligi non potest apud Celsum, nisi inscitia rei me-
 dicæ Celsus ipse notetur. Quæ enim vis Man-
 næ nostræ, vt mala vlcera oris, de quibus ini-
 bi scribit, per eam sanescant, Sed fortè depraua-
 ta lectio Celsi, vt vult Manardus.

Celsi ab errore vindicare conatur Amatus, non
 solum Crinito, sed & Manardo ipsi errorè impu-
 tans his verbis. Ros Syriacus siue Ciriacus siue
 Cyrenaicus aut Medicus dictus, Lasepitiũ suc-
 cus est. Manardum non minùs ac Crinitum erra-
 certum est: illum per Rorem Syriacum, mannã
 intelligentem, hunc verò Rhun Sumach dictum.
Hac ille: temerè, & imperitè, vt patebit legenti
 ipsum Celsum l. 6. c. 11. à quo Ros, vel (vt rectè le-
 git Platin.) Rhus Syriacus, præscribitur
 pueris vel lactantibus infantibus, à phlegmibus aut vlce-
 ribus oris laborantibus. Quis verò præscribat La-
 sepitium. Quare Cornel. Celsum rectè à Ma-
 nardo interpretatum omninò nobis persuademus.

Cotereau in sua versione Gall. apud Colum.
 l. 9. c. 31. non benè vertit Benioin: Nos cum do-
 ctioribus Rhoën Syriacum legendum censemus.

Idem Cotereau lib. 12. cap. 41. Colum. malè vertit
Roufée de Syrie; vbi traditur conditura ex Cydo-
 niis. In nostro sanè quoque exemplari non benè
 legitur Roris Syriaci pro Rhois Syriaci.

Monachi tradunt Rhus Ponticum quale ipsis
 Patauij ostensum fuit, habere fructum in racemu-
 lis. Verùm suspicamur Monachis Patauij demon-
 stratum Sumach siue Rhus obsoniorum, quamuis
 dicant: aduerte quod Rhus Ponticum differt à Su-
 mach, quod est Rhus obsoniorum.

Eupatoricam & Ponticam Rhun Damocrates
 probat vt l. 7. comp. med. ostendit Gal. Eam
 autem à loco natali sic cognominatam existi-
 mamus, non quòd species sint distinctæ: nam &
 paulò post hunc locum Gal. inter parabilia astringe-
 ntia recenset *Culinarium & Coriarium Rhoën*,
 & succum qui ex Syria adfertur. Habetur &
 apud Marcellum medicum *Rhus marinus*, siue
Rhus Orientalis: vt etiam apud Colum. Rhoën ma-
 rinum legi possit, pro *rorem marinum*. Num igitur
 tot species dicemus si tot diuersa sint nomina, &
 ea quidem patria?

Nec intellexit Lonicerus quid scriberet,
 quando Rhois duo genera dicit: Mageiricum,
 hoc est, Rhus obsoniorum; alterum Byrsodopsi-
 cum: & à Diosc. describi arborem: à Ruell. fru-
 ticem in Gallia prouenientem: ponitque duas
 icones, quarum posterior est Ruffij similis, pro
 posteriore Ruellij, quam ineptè Viburnum vo-
 cat, & tamen descriptionem ex Ruell. habet, qua
 neutiquam Viburno Ruellij conuenit, sed Rhois
 est eiusdem.

Tam Ruffiana quàm Euch. Roslin. icones nul-
 lius momenti sunt.

Et si autem Galenus, vt annotat Matth. plura
 Rhois nomina & genera explicasse videatur, vt
 qui id modò Syriacum appellet, modò Ponticum,
 modò obsoniorum, modò coriarium, modò ru-
 beum: non tamen propterea censendum, Rhois
 arborea inter se genere vel specie differre. Rhus
 obsoniorum nihil aliud est, quàm semen: coria-
 riorum verò nil aliud, quàm folia & fructicis ra-
 musculi. Rhus rubens nihil aliud est, quàm eius
 semen immaturum, cui maior adstringendi facul-
 tas inest, quàm maturo, cuius acini quadantenus
 nigricant. Syriaca præterea atque Pontica Rhus
 nihil genere distat ab Italica & Iberica.

Hallucinantur ergo Monachi, qui Rhoën
 Ponticam alterius esse generis crediderunt ab
 ea cuius vsus extitit apud Antiquos in obsonijs,
 Plin. fortè lectione vulgata accepti.

Errat & Fuchsius, qui præter culinarium &
 coriarium, etiam tertium genus Syriacum inter
 se omnia differentia putat.

Fateretur Matth. id, quod Gaza *Fluidam* interpre-
 ratus sit, sibi errandi animam præbuisse, vt putarit
 Fluidam Theoph. esse eam arbusculam, quæ vul-
 gò Lantana vocatur, ideo postea eundem erro-
 rem reuocat.

Miramur etiam doctiss. Casal. separasse
 Theoph. Rhun à Dioscoridis *ρῶς* & *ρῶος*.

Lat. Rhus. Rhus terginus vel tergotarius
 Cæl. Aurel. l. 4. Chronicor: ita namque minore
 lectionis fraude cum Had. Iun. legimus, quàm,
 vt vulgati codices habent, *Vutherginario* incom-
 pta & barbara voce pro rhoë tergotario, quo
 tergora, id est, coria depserè mos est.

Arab. *Sumach*, *Adurion*, *Rosbar*, *Sadisticos* seu *Re-*
saidicos. It. *Rhu* & *Samacho*. Belgæ contracta Arabica
 voce *Smack* vocant: Itè *Ren*, *Rin*. Gal. *Roux* vulgò:
 quibusdam *Change*, alij *Rhon*. Hisp. Castil. & Catal.
Sumaque: Port. *Sumagre* G. *Gerberbaum*. Seminis
 seu

Rhus Syria- cum.

Rhus Syria- cus. Frutex ex- coriarius.

Plin. emend.

Hermol. not.

Marcellus nos.

Sumach. A Buar. Sumach.

Viurnia.

Ruell. error.

Rhus culi- maria.

Cordis lap- sus.

Amatus. repreh.

Cotereau geminus er- vor.

Colum. emend. Monachorum error.

Rhus vici- tus

Rhus culi- narius. Rhus mari- nus. Rhus Ori- entalis.

Ruffij & Roslin.

Nomina diuersa non diuersa facu spem.

Rhus ru- bens.

Fuchsij error.

Casali error. Synonyma lingua.

Cal. Aurel. locus cor- rect.

Sumach.

Locus.

Culm.

Referu.

Tempu.

Vires.

vius.

Capit.

incitur.

Dysent.

Gangra.

Calic.

Contuf.

Langua.

perit at.

Menfe.

bi.

Summ.

fea acinorum color coccineus flamm. neusc. nomen imposuisse videntur, vt *πῶς ἐπὶ πῶς* diceretur: Semen alioqui *ἐν πῶς Ἰδ. ὄλα* vocatur.

Locus. De hac arbuscula Italia, potissimum Gallia Narbonensis, Gallo prouin. & Hispania gloriantur. Speciatim Montpelii vidimus circa castellum nouum locis glareosis & macilentis, Sorbo vulgari adeo similem, vt vix sit internoscere, nisi attentius perpendenti. Quo loco multo procerior, quam Diosc. memorat, nascitur, ac penè Sambuci maioris magnitudine, vt obseruauit Lob. Locis Galloprouinciae aridioribus & ruderosis, desitis, incultis, pumila, & quanta qualisque apud Diosc. descripta bicubitalis arbuscula visitur. Incolae territorii Siderocapsae dicti, copiose colligunt folia, ad depandanda coria, teste Bellon. Norissimus quoque Rhus nomine Sumach ad Marranum Castellum Mariae, Lanzanæ & per Vmbram: Anguil.

Cultura. Clusius in Hispanica sua peregrinatione magnum eius prouentum Salmaticensi agro esse, istique quæstus gratia diligenter coli obseruauit. Multi, inquit, agri eo coniti, nec minore ibi cura coluntur quam vineta, alioqui nec tam late assurgit, aut si cultura absit, degenerat & siluescit. Imò non desunt qui vitibus interferant, culturae compendium quærentes, vt eadem opera cum vitibus fodiantur. Cæduntur singulis annis enati surculi cubitales ad radicem vsque aut summam tellurem, deinde desiccantur, in pollinem rediguntur, & in usum conuertuntur ad paranda coria, quo vsu in tota Hispania celebratissimus habetur.

Reseruatio. Camerario ex semine prouenit, quemad. & nobis aliquando in horto Montbelg. fata, & multis annis in scitilibus asseruata, hiemæque reposita tandem exaruit. Felix Platerus etiam non repositam hiemes aliquot annis in cultissimo suo horto aluit. Montpelii Augusto florentem vidimus.

Tempus. Tardè fructus suos perficit ad perfectam maturitatem: rubros tamen racemos circa autumnum tempus vidimus & legimus ibidem, quos & apud Pharmacopolas diligentiores inuenias, quemad. & ex eo vel foliis expressum succum spissum rubentem, ex Hispaniis, vt putamus, illatum. Alioqui in Germania caterisue Septentrionalibus prouinciis spontè non nascitur.

Vires & virtus. Iam ex Diosc. dictum, fructus corticosam tunicam perquam vtilem esse, atque acinorum etiamnum hodiè ad condimenta multus in culinæ vsus. Eodem tradente, folia vim habent stringendi, & Acaciæ effectus præbent. Decoctum eorum capillos denigrat: dysentericis infunditur, ab iisdem bibitur, & ad infessum vsurpatur: nec non & purulentis auribus instillatur. Pyerygia & Gangranas cohibent folia, ex aceto aut melle illita. Succus elicitur Lycij in modum, aridis foliis ad mellis crassitudinem in aqua decoctis: & is quidem ad eadem ad quæ Lycium conuenit. Quin & fructus eosdem exhibet effectus, ac Cæliacorum Dysentericorumque obsonijs commodè inspergitur. Contusa, desquamata, liuidaque ex aqua illitus ab inflammatione vindicat: linguæ asperitates cum melle abstergit, alba fæminarum profluvia sistit, & hæmorrhoidas sanat, cum querno carbone intrito impositus. Huius quoque dilutum si decoquatur, cogitur coitque ipso etiam fructu efficacius. Gummi quoque profert hæc arbuscula, quod eroforum dentium cauis inditur ad dolores finiendo.

Summi.

Ceterum, Hipp. ad fluorem muliebrem & quemais vteri morbum Rhoë diuersimodè vtitur. Qua de re si certior fieri cupis, eum consulto. Illud duntaxat examinandum, cur de nat. mul. ad vteros purgandos eius folia præscribat, & fructum ex vino bibendum det. Titulus fortè transpositus, & quædam confuse transcripta. Ad hæc non intelligo Hippocratem, quomodo dicat medicamentum sanguinem ex vtero expellere. Fortassis error quidam librarius. Aridis foliis, inquit Plin. vt Malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoëcis utuntur ad contusa: item cæliacos & sedis vlces. At quæ phagedænas vocant, folia trita cum melle, aut illita cum aceto sanant. Fit & Stomatice decoctis ramis ad eadem, quæ ex Moris, sed efficacior admisto alumine. Illinitur eadem hydropicorum tumoribus. Semen (Rhoë Erythru) vim habet astringendi refrigerandique. Aspergitur pro sale [cum sale. vet. nec aliter sapit palato Cornar. quamuis & sine sale condimentis inspergi possit,] obsonijs. Aluos soluit [malimus, stringit.] omnesque carnes cum sulphio suauiores facit. Hæc eribus medetur manantibus cum melle: asperitati linguæ, percussis, liuidis, desquamatis eodem modo. Capitis vlcera [vulnera. CH.] ad cicatricem celerrimè perducit: & fæminarum abundantiam sistit cibo.

Rhus, inquit Galenus, fruticosa planta adstringit, desiccatur. Nam & Coriarij tinctorum ad desiccandum & adstringendum coria vtuntur: vnde *βυρσοδ. λιν.* Græcis dicta. Porro medicis in vsu sunt imprimis fructus eius & succus multum austere qualitatis. Consentaneus est vsus particularis ipsi gustus sensui. Puerit igitur ex tertio ordi ne exiccantium, & secundo refrigerantium. Vtilem vero præsertim se experimento agnouisse tradit ad crustas, vultu inflammationes, aluum fluidam, fluxiones, & sanguinis eruptiones.

Foliorum decoctum vtilissimum habetur ad confirmandos dentes. Colum. ad profluvia alui apum præscribit vuas passas cum Rore Syriaco [leg. Rhoë syr.] pari mensura pinfitas & austero vino insuccatas. Nonnulli Rorem marinum (Rhoë marinum legit Corn.) aqua malsa decoctum, cum gelauerit imbricibus infusum præbent libandum. Turcæ, inquit Bellon. habent officinas, in quibus arietum capita & pedes cocti prostant, quos calidos aceto & sale aspersos Embamate ex semine sumach, aliorum succo cum pinguedine optimè conditos ementibus offerre ex tempore norunt. In Heraclea etiam, vbi in vicinis montibus abundat, magnos saccos venales videas huius fructu plenos, quibus contusis cum sale & allijs suis cibis non insuauem gratiam conciliare norunt, asperso hoc condimento tam assis quam elixis cibis.

Notat Syluius Rhoë succum esse vice Omphacii in Gallia Narbonensi.

Rhoë vice obsonijs immisceri docet Diosc. immatura Mora sicca & tusa.

Ad vsus medicos verò varia eius habes succedanea apud Gal. l. 6. comp. med. *ῥοῦ ἰσχυρ.* quem consule.

LANTANA VULGO, ALIIS VIBVRNVM.

CAP. XXIX.

Hic frutex arborecens est grandis quandoque, licet in amplitudinem magis diffun-



Folia..

Flores.

Bacca.

Rhus.

Ruelli multiplex error.

Alius Ruell. error. Matth. mor.

Lonic. ccor.

datur quam in altum allurgat, lignoque constat fungoso & medulloso. E radice summo caespite uagante ramos digitali crassitudine emittit bicubitales, etiamque longiores, cortice ruffo, farinaceo, puluisculo conserpo, materie pauca ac viridi, medulla amplissima & alba. Folia ad Alnum vel potius Sorbum

alpinam accedentia, opposita, lata, sublonga, crassiuscula, in ambitu crenata, hirsuta, & puluisculo albo, maxime inferna parte, quae ob id etiam magis candicat, conspersa, gustu astringente. Flores in umbella odore florum Sambuci, candidi, caduci, quinque foliis extorsum modice reflexis constantes, singuli, in quorum medio stamina quina surriguntur longa, albicantia, apicibus luteis. Quos excipiunt superuenientes bacca, primum virides, dein rubra, per maturitatem nigra, compressa, dulces & viscosae, sapore tamen nostro palato minus grata, semen vnum continentes, latum, compressum, & striatum, offeseo cortice inteetum.

De hac Ruell. lib. 1. cap. 35. Halymus in sepibus apud nos [Gallos] frequens frutex, quem *Blanche putain* rura vocant. Et l. 1. c. 125. *Rhus* Diosc. Theoph. Plinio: *Ros Syriacus* Colum. Actuarius *Sumachum*: Offic. *Sumach*. Rura nostra *Viurnam* appellant, flexu fere inuictam, & ob id fascibus ligandis vtuntur. Sed folia & frutex incano fere colore nitent, ruborem tantum procidentia praese ferunt: Ita bene onustus Veterum inepte corrasis nomenclaturis abit Ruellius, & ignaros decipit. Ecce non descripsit suam *Blanche putain*? quam praeter rationem putat Halymus. Reliqua *Rhois* synonyma tam conueniunt huic planta, quam verum est, ipsum vtramque cognitam habuisse. Enimvero sane, si *Sumach* Offic. contulisset cum baccis *Lantanæ*, discrimen facile animaduertisset, nec inordinatam illam appellationum congeiem discendi cupidis studiosis obrulisset. Idem lib. 3. cap. 152. de Vite silu. eam *Viorne* & *Hardeau* à Gallica voce *Hard*, quae vinculum & funem significat, nominari tradit. Vt necesse sit aut Ruell. hęc obliuiose confudisse, aut duas illas plantas, Halymus inquam, vel *Rhoem* suum, & *Vitem* silu. aequè vocari à Gallis *Viorne*: quo nomine appellari iure possunt alia quauis lentæ, flexiles, vieta, vt annotat Histor. Lugd. Parum quoque decebat tantum stirpium Commentatorem Matth. dicere: Halimus, si Ruellio credimus: vel illi subscribere etiam non intellecto, quid per Halimum & *Rhoem* intelligat.

Lonic. quoque duobus locis eandem tradit plantam, nempe l. 4. c. 32. vbi & *Rhoem* & *Viburnum* Virg. ex Ruell. sententia dicit: & lib. 4. c. 71. Vbi *Blein* *Meelbaum* vocat, additque quosdam velle esse *Banbiechen* / [Fagum sepium]

au: Erlins / [Alnum.] Sed quid quæso commune habet hæc nostra cum Fago sepium aut Alno?

Annotat Clus. nonnullis *σπειραία* Theoph. putari. An verò *Spiræa* *Viburnum* sit Virg. an potius vitis silu. parum refert, inquit Hist. Lugd. cum utraque planta, si cum Cupresso comparetur [vt facit Virg.] humilis sit, & altitudine longè inferior. Flexilis tamen lentor [addit eadem] Viti silu. magis conuenit, quam *Spiræa*. Præterea obseruandum monet, quod Ruell. non animaduertit, *Rhoem* & *Vitem* silu. coriarias esse plantas, sed à Vite silu. coria depari, à *Rhoem* perfici. Dixerat autem eadè l. 1. c. 62. Ruell. cū de *Rhoem* scriberet, vt *Rhoem* quā non nouerat, in Lutetia suburbanis reperiret, fruticem depinxit, quem antea l. 1. c. 35. solo nomine Halimi indicauerat, & à Gallis *Blanche-putain* vocari dixerat. Verum dum Hist. Lugd. notat Ruellium *Rhoem* non nouisse, simili reprehensione digna videtur dum *Blanche-putain* non describit: descriptio namque Ruellii vt diximus, est ipsius *Rhois*, non *Spiræa*, exceptis postremis verbis Ruellii de viurna, de qua eodem cap. scribit Histor. Lugdun. Fruticem hunc *Spiræam* esse Theoph. primus animaduertit Dalech. cuius sententiam approbavit Rob. Constant. in Lex. annotans *σπειραία* fruticem esse lentum & vitilem, ita vt in *Spiram* torqueri possit; vnde & nomen ἀπό τῆς σπειρας, de qua Theophrast. & Plin. eam plantam Ruellium pro Halimo deceptum accepisse.

Videamus ergo quid Theoph. & Plin. de *Spiræa* tradant. Ille lib. 1. cap. 2. hist. Arborum alia in cacuminibus fructum gerunt, alia à lateribus, alia utrinque. Verum plura ex ceteris generibus fructum cacumine ferunt, quam in arborum genere: ut frugum, quæ spicam pariunt: fruticum *Erica*, *Spiræa*, & *Vitex*. *σπειραία* habet verus codex: Basil. *πείραία*: Vnde *Gaza*: *Piræa*. Sed magis placet Dal. & Const. *σπειραία* legi: sanè verò & nobis. Pro vitice *Gaza* Amerinam substituit: In Græco enim est *αζα*. Alius locus est lib. 6. cap. 1. Eorum quæ non aculeata sunt, diuisio nulla generalis dari potest: quod foliorum in iis diuersitas, amplitudine, paruitate & figura, immensa propemodum sit atque incerta. Quapropter alia ratione diuisio eorum tentanda. Sunt verò eorum genera complura magnas differentias sortita, vt *Hedera*, *Melothrum*, *Erethedanum* [alii *ερεθισαν*] *Spiræa*, [corruptè habetur in Græco *σπειραία* pro *σπειραία*: nec alii rectè emendantur, *πείραία*, Const.] *Cneorum* (*Gaza*, *Calia* ex Plin.) *Origanum*: pro quo Plin. videtur legisse *τρίγωνον*. Sic enim is lib. 21. cap. 9. Ergo in coronamenta folio venere *Melothron*, *Spireon*, (quasi *σπείρον* legisset: Const. *Spiræon* legi vult.) *Trigonon*, (an *Origanum*?) *Cneoron* quod *Casiam* Hyginus vocat. Hæc *Veteres de Spiræa*.

Verum ex his tam paucis difficile est asserere nostram *Lantanam* esse *Spiræam*. Habemus tamen quod dicamus, hæc in cacumine fructum gerere, fruticem esse, & non aculeatum: Inad & lentum & vitilem, vt in *Spiras* torqueri possit, vnde & nomen accepisse videtur ἀπό τῆς σπειρας. Sed ad hanc opinionem obest potius quam prodest Plin. Nam quis credat *Lantanæ* folia vnquam in coronamenta venisse: Nisi fortè intelligamus folia (quæ tamen per se satis quoque speciosa) cum floribus seu baccis pulchre sanè & venuste coccineis: tandem & ni-

Hist. Lugd. nor.

Spiræa. Theoph.

Theoph. red.

Gazam.

Theoph. red.

Annot. in. r. 11111

& nigris. Clus. pro Spiræa aliam proponit, de qua paullo post.

Locus

Inculto maximè solo inter reliquas vepres & sentes in dūmetis nascitur humo gaudens argillosa & forti. Interdum & inter lepes nasci videas. Quamquam verò non vbiq̃ue locorum in Germania hic frutex gignatur, tamen in Alsacia & apud Mediomatrices, nec non in monte tonitruum magna in copia reperitur, Trago teste. Basilea in monte *Montez* stirpium varietate celebrato, item eundo contra Rhenum versus pagum *Brentzsch*, & opposita eiusdem Rheni ripa passim, alibiq̃ue. Frequens quoq̃ue circa Norimbergam, Tiguri & passim in Heluetia, Burgundia, circa Montbelg. In Italia inter Veronam & Castelfranc Martio mense penè floridam obseruauimus:

Tempus.

Lugduni Aprili: Geneuæ Maio: In Heluetia & Alsatia Iunio: Imò circa Basileam Octobri adhuc florentem vidimus, & propè *Leurach* in monte cum fructu maturo mense Augusto. Magna tamen ex parte acini rubescunt Iulio: Augusti fine demum & Sept. nigrescunt.

vires & vsus.

Purgans.
Dentes & ac-
villantes.

Viburni fructus, inquit Matth. vbi ad vltimam provenit maturitatem, aluum exoluit. Folia adstringentis sunt facultatis, ideoque præstant ad vacillantes dentes confirmandos, & gingivarum rheumatismos, si decoquantur in vino austero: atqui longè magis valebit, si cum Oliuæ foliis decoquantur in aqua & aceto, & ex hoc decocto sæpè foucantur dentes. Gargarifatur idem ad columellæ procidentiam & ad faucium fluxiones. Vuarum acini arefacti antequam maturefcent, & in puluerem triti ac poti, alui fluxiones sistunt. Paratur è radicibus corticibus sub terra maceratis, & subinde decoctis, & diu tuis, viscum ad aucupia haud inuile. Folia in lixiuio decocta, capillum denigrant, & eosdem fluentes sistunt. Sed peritis considerandum relinquimus quæ Matth. tradit fructum aluum soluere, & acinos eandem sistere. Res est experimenti, quod vix credimus hæc in parte Matthiolo compertū. Veremur ne multa tribuerit Viburno quæ sunt Rhois, cum easdem aliquando putarit, vti dictum. Eas tamen, quas diximus, vires, Viburno neutiquam denegamus: maximè cum ipse etiã Dodon. proprio nomine similes eidem attribuat vires, qui scribit Lantanæ & folia & baccas refrigerantis, resiccantis, & astringentis esse facultatis. Quomodo igitur bacca aluum mouebunt vt prodidit Matthiolus? Ex surculis paratur optima aqua ad oculos. Camer. Rustici nostri, & alibi ferè passim vbi prouenit, virgis commodè vtuntur in ligandis sepibus & lignorum fasciculis. Multi etiam vescuntur baccis, quas, vt citiùs maturefcent, supra paleas aut fœnum reponere alterno stratu solent.

Vesperam.
dentis not.

SPIRÆA THEOPH. FORTE', CLVSIO.

CAP. XXX.

Nominis similitudo, vel potiùs identitas, vt sic loquamur, hanc non bacciferam, sub hanc classem coëgit: quippe quam Clus. Spiræam, [quam nos cum nonnullis doctis præcedentem potiùs credimus] Theoph. suspicatur, cuius hanc tradit historiam.

Bulgæ Silesiæ mihi Viennam misit elegantem hunc fruticem D. Sebizius, ipso Vere Anno



1586. qui in meo hortulo repositus, egregie prouenit (vmbroso enim loco collocarà vt faciliùs cõprehenderet) & sequente anno flores semen protulit. Duorum autem cubitorum altitudine assurgit, tenuibus ramis seu virgis pumiceo cortice obductis, per quos sine villo ordine sparsa sunt frequen-

Descriptio:

tia, longiuscula & angusta folia, salignis proxima, per ambitum serrata, supernè dilutiore viriditate prædita, infernè veluti ærugine aspersa, exsiccantis cum quadam amaritudine coniuncti gustus. Extremi ramuli, digitalis ferè longitudinis, satis crassam spicam ferunt exiguorum florum, vix in modum congestorum, quibus foliis constantium, è quorum vmbilico multa staminula prodeunt, coloris cum suo flore ex albo rubescentis siue carnei, nullo peculiari odore præditorum, nisi qualis ferè in florente Olea est. Illis enascentibus succedant pusilla pentagona capitula, quæ ad plenam maturitatem peruenientia tenuissimū & puluerem quodammodo semine flauescens effundunt. Mense Iulio floret. Sub Aug. finem semen maturefcit. Qui mittebat Sebizius, percontabatur an ad Syringam referri posset: propter pentagona capitula forsitan quæ Syringæ albo flore capitulis haud abimilia, minora tamen, pollinem potiùs, quam semen effundentia. Sed ego, inquit Clus. ad *Spiræiam*, cuius Theophrast. lib. 1. cap. 23. hist. inter frutices qui spicam pariunt meminit, commodè referri posse iudico: [verba Theophrast. præced. cap. citauimus] & fortasse commodiùs quam Viburnum Matth. quod nonnulli *σπιραία* esse volunt. Hæc ille.

Folia.

Spica florum

Semen.

Tempus.

Syringa.

Sed nondum vidimus cur hæc planta commodiùs referri possit atq̃ue debeat ad Spiræam Theophrast. quam Viburnum Matth. seu Lantana à nobis proposita; nisi fortè quia spicata est, & in eo magis accedit ad Ericam & viticem. Verùm si hæc tantum nos nota moueat, cur non potiùs Ligustrum dicemus Spiræam, quippe quod verè *ακρόλαγον* & *σαχάδες*. Si *σπιραία* Theoph. dicitur *ἀπὸ τῆς σπείρας*, vt dicebamus & verisimile videtur, considerandum an hæc à Clusio descripta planta quadret: Nihil enim docet an sit leuax & flexuosa. Alioqui nostro iudicio satis benè conuenit Lantana siue Viburnum dictum.

Autorum iudicium.

Ligustrum.

RHVS PLIN. PVTATA

CAP. XXXI.

Rhus Plinii quibusdam dictus frutex, & etiamnum hodiè Monspelli pro eodem

Descriptio.

Folia.

Flores

Fructus.

Samina.



bitus, ramulis quadrangulis bicubitalibus est donatus, per quos, ordine & serie quadam, folia oriuntur bina vt in Numularia, & Iuiubis, Iuiubarū quoque foliis similia, sed acutiora & maiora multo. Flores parui, virides siue chlori, racematim quasi congesti, cum apicibus multis, partim nigricantibus.

Fructus Pisorum magnitudine: pentagoni, cuius seminula, vt notat Lob. intra angulosam tunicam inclusa sunt, cochleata.

Hist. Lugd. sic describit. Frutex ad hominis altitudinem adolefcit. Caule est crassitudinis pollicaris, fragili, cauo, Sambuci modo, cortice cinereo, maculoso, membrana rufescente subiecta, paribus interuallis in nodos quosdam intumescen- te; a quibus surculi siue ramuli prodeunt, lenti, & flexiles, in quibus folia sunt aequalibus spatiiis bina, aduersum disposita, Myrto silu. & latifoliae omnino similia, aliquantò ampliora, venosa, altera parte rufescentia. Flores purpurei in summis virgis hinc illinc enascuntur: fructus nigri e tenui pediculo pendent, aliquantum compressi, veluti striis quibusdam canaliculati: fibris quaternis discreti, sapore acerbo: semen intus album, rugosum, vihaceis simile. Ergo florum & fructus congerie, eiusdem sapore, foliorum effigie cum Rhois natura & Pliniana descriptione satis conuenit, nisi fruticis proceritate caulis crassitudine, & ramuloru longitudine discrepare viderat.

Hanc tamen Rhum siue Rhoen Plinii Myrtifoliam volunt & dicunt Pen. Lob. Tab. Camer. & alii plerique. Gesnerus, vt annotat Camer. potius Clymenum esse vult, cum disertè Rhun in herbam & fruticem distinguat Plinius: planta verò hæc quam nunc dicimus, frutex sit, non herba. Myrti quidem folia etiam Coriario tribuit Marcell. verum de Rhu herba nihil apud alios. Clymeno verò conueniunt 1. καύλη τετραζώνη. 2. εἰλλὰ πρὸς τὰ τὰ Ἀργυροκόσσου potius quam Myrti. 3. θυλάκια ἐπὶ τῷ καυλῷ εἰς ἀλλήλα νέοντα πολλοῦ ποδὸς τελευτῶντες, acetabulis enim Polyporum similis est fructus. 4. Vis astringendi & refrigerandi insignis. Nec dubium radicem quoque vtilem esse. Sed de hoc aliorum quoque sit iudicium.

Clusio frutex describitur foliis oxynyrifines, flore albo, in Hispania & Gallia Narbonensi frequens, qui à nonnullis Rhus Plin. nuncupatur. Verum, inquit, cum is nullius alterius Rhois meminit, præterquam illius, quam herbam cognominat & Coriarii fruticis: arbitrantur peritiores ad Dryphani Plinii historiam accedere. Miramur verò Clusium, alioqui diligentissimum herbarum obseruatorem, ei tribuere flores albos, sunt enim virides; Dryophonum Plin. non censem, flores enim non sunt similes Sambuco, neq; candidi, nec est herba, sed frutex arborefcens. Etli verò prædicti quoque auctores, qui Rhun Plinii

Rhus Plinio

Dryophonum Plinii

esse volunt, fruticem istum à Pliniana Rhoë notis aliquot discrepare satis aperte, vt equidem putamus, viderint, maluerunt tamen eo nomine donare, quia multis aliis notis Rhois naturam & figuram referret. Certiora docebit posteritas.

In sepibus agri Montspeliensis, pingui densoque solo, præsertim ad Lani, annis crepidines haud insoles fruticat; & alibi quoque ac Narbona similibus locis. Nobis aliquoties Montbelgardi è semine fata prouenit, verum oborto intemptiuo gelu minima arbuscula, quam vltimò colebamus, periit Septembri. Gesnero quoque Tigurū Antuerpiā missus frutex feliciter adhæsit. Et Camer. quoque ex semine, sed hiemè vult recondi. Videtur autem facile nasci, sicuti reliquæ quoque herbæ astringentes, vt obseruauit Gesnerus.

Vsùs nullus eius hætenus innotuit, præterquàm ad coria firmanda, quo nomine notissimum & vltimatissimum cunctæ Narbonæ dicit Lob. Possit tamen acerbioris & adstrictionis nota quæ ei tribuitur facile ad similes cum Rhoë vsus reuocari ab industrio medico.

ALNVS NIGRA BACCIFERA.

CAP. XXXII.



Rbuscula est, quæ complures à radicibus re-ctas edit virgas sex vel octo cubitos plus minus altas, pollicaris crassitudinis, in ramulos nēnullos diuisas, cortice exteriore quidem fusco, sed glaucis maculis asperso, quo detracto, alius apparet, croceo tingens. Ligni materies candida

& fragilis, mediorenis rufescente quadam medullâ tacta. Folia ad Alnum accedentia, vel vult Matth. Corni & Virgæ sanguineæ, per ramos ex oblongo rotunda, in mucronem obrusum desinentia, atro virore nitida, neruosa: ex quorum alis flosculos coadceruatos profert, sed singulis singulos pediculis nixos, paruos, pallefcen- tes, baccis succedentibus primùm virentibus, dein rubris, demum nigris, ingrati plane saporis: [Tragus malignum dicit] in quibus grana bina lentibus maiora, compressa, in quibus nucleus. Radix per summa cespitum vagatur.

Dum pusilla est, inquit Camer. in pingui solo collocata, folia fert oblonga & magna, similia Guaiacanæ dictæ, tam figura quam magnitudine.

Si hæc arbor aut frutex spinis horridus, esset sanè nullum alium in locum illum conijcere possem, in sit Tragus quam ad Rhamnos: Germani quidam Zapfenholz vocant, propterea quòd Veteres ex hoc ligno epistomia conficiunt; nostrates

Locus.

Satio.

Vsùs.

Delictifia.

Cortex.

Materies.

Folia.

Flores.

Bacca.

Grana.

Radix.

Sauth

Faulbaum & Leußbaum à fœtido tum colore tum sapore.

Alnus nigra.
Alnus baccifera.
Frangula.
Auornus.
Crefc.
Siler Plin.
Arbor fœtida.
Colyrea Theoph.
Anagyris.
Alnus nigra plerisque, vt Dod. Pen. Lob. Hist. Lugd. Thalia & alijs plarisque. *Alnus baccifera* quibusdam. *Frangula*, Matth. & Camer. Dicta autem frangula quod eius bacculi, recentes præsertim, facile frangantur. *Auornus* Petro Crescencio: *Siler Plinij* secundum nonnullos: *Arbor fœtida* Lonic. & Schuuenckf. Pen. & Lob. suspicantur esse *Colyream Theoph.* Quod verò Lob. dicit flores albos, nobis non obseruatum. Tragus ait ex pallido albicantes, Dod. inalbescentes.

Anagyris, inquit Cornar mea sententia est arbor parua, quæ nostris *Scheyßbeerbaum*/ id est, granorum cæcationis arbor. Si intelligit Alnum nigram, vt suspicamur, & quæ Germ. ita dicitur, excusari sanè non potest. Considerandum tamen an non intellexerit Cornum fœminam, aut cum ea confuderit. Vide cap. de Corno fœmina. In hanc suspicionem nos traxit quod eodem ferè nomine Cornum fœminam vocat, quo Tragus hanc plantam de qua nunc agimus.

Ligustrum aquat.
Gefn.
Vulgi opinio.
Lati species.
Rob. Const. error.
Matth. not. Hist. Lugd. lajus.
Ligustrum aquat. Gefn. Vocatur & Germ. *Berenholtz/Belg. Spörkenhaut*, & à pueris *Pijshout* dicitur, quia pueri inde suas sagittas faciunt, testibus Dod. & Hadr. Iun. Gal. *Aulne noir*: Hericurix oppido Ducis Wirtemb. ad comit. Montbelg. sito, vocant du *Piuerne* aut *pissefang*, quia vulgò sibi persuadent animalia eo ligno verberata sanguinem mingere. Rob. Const. inter *Lotos* referebat: quæ opinio non placet. Bohem. *Brusena*. Baccæ non sunt gemellæ, vt pingit Matth. ex planta sicca.

Histor. Lugd. more suo duobus distinctis locis, diuersis iconibus & nominibus de hac tradit. 1. sub Alno nigra. 2. sub Frangula Matth. Figura quæ sub Alno nigra posita melior est. Eandem Hist. Lugd. carpit C. Bauh. in suis animaduers. ex professo in eam editis, quod in sua descriptione non meminerit in baccis quandam fissuram apparere, quasi ex duabus coaluissent: item sequenti libro nempe secundo, huius figuram aliam Frangulæ nomine exhibere, assumpta Figura Matth. nulla interim facta plantæ mentione, in posteriori figura in baccis fissuram eleganter ostendi. Scrupulosa profecto animaduertio, quæ si locum habeat eodem errore culpandi Trag. Dod. Pen. Lob. alii que qui elegantis istius fissuræ non meminere. Nobis sanè non placet in icone Matth. vt iam diximus, tãto perè apparere quasi gemellæ esse baccæ. Nam quod Matth. scribit fructum per medium diuisum, ad eò vt duabus simul baccis constare videatur, quodam arrificio simul coniunctis, existimamus ab eo non obseruatum nisi in sicca planta: tales enim apparent in sicca. At ipsemet C. Bauh. in expolito & recocto suo Matth. ponit iconem ex Taber. in qua nulla apparet fissura.

Fallitur quoque Matth. qui flores albos dicit. Nobis, vt iam plus satis inculcatum, in luteolum pallefcentes obseruati.

Varieta.
1.
2.
Alnus nigra pumila.
Videtur Thalius duas species, aut varietates obseruasse in sua *Harcynia*. 1. Alnũ hanc nigram, quam *Spöcker* ait vocari. 2. Alnum nigram pumilam, in Broccenbergi vertice: nisi id loci naturæ tribuendum videatur. In saxosis namque provenientes plantæ, vt plurimum pumilæ esse solent. Considerent diligentius qui ea loca adibunt.

Locus.
Nascitur magna ex parte in siluosis, montosis, vdis, vt circa Basileam in monte Mutensi & Aquacida vulgò *Wasserfall* dicta, in monte prope *Brenzach*, & in *Leinach* quoque Prope

Montbelg. in itinere versus pontem *Vauiancourt* in siluis: item inter *Arbouam* & *Adincourtium* pagos, inter sentes & fruteta Meridiem spectantia. Habetur & in horto E. C. Montb. nostra cura plantata. Geneuæ in monte *salua* obseruauimus florentem Maio: in monte *Mutero*, fructu maturo Octobri. Gefn. ait Septembri quoque fructum habere. Nascitur etiam passim in Bohemiæ siluis & nemoribus. Matth. Scribit Lob. obuiam paucioribus locis, nisi ad Septentriones, vt Angliæ, Germaniæ, & Northmanniæ siluosis & vdis.

Flauus huius arboris & medius cortex tritus cum aceto, & scabici illitus, intra paucos dies illam sanat & exsiccat Estque hoc experimentum singulare. Idem cortex in aceto decoctus putridis dentibus collutione prodest: nam & dolorem mitigat, & dentes ipsos purgat. Cortici vis inest non modica cum exoluens, tum etiam astringens. Ideoque Rhabarbari modo aluum deiicit, & viscera roborat. Idem bilem & pituitam expurgat: quinetiam hydropicorum aquas ducit. Decoquitur cortex cum Eupatorio communi, Pontico Absinthio, Agrimonia, Cuscuta, Lupulo, Cinnamomo, Fœniculi, Apij & vtriusque Intybi radicibus, ad hydropem, malum corporis habitum, & Ictericam: daturque potandus ita affectis quinque vnciarum pondere, magno sanè auxilio. Atqui operæpretium est, vt prius excrementii humores, qui in ventriculo, & primis locinoris venis decumbunt, expurgentur. Soluit enim aluum sine vilo incommodo, bellè iecur expurgans, ac roborans, ad eò vt quidam, qui scyrthoso iecoris & Lienis affectu laborabant, hoc medicamento curati sint. Aperit enim omnium viscerum obstructions, & vasa omnia à crassorum excrementorum infarctu expedit. Extimo cortici facultas est adstringens: intimo autem exsoluens. Vterque simul ab arbore delibrari debet, in ipso statim Veris principio, ac deinde in umbra sicari. Siquidem viridis nullus debet esse vsus, quod vomitiones moueat. Bohemis vsus eius vulgaris est. Decoctum quod hinc paratur, quiescat prius oportet antequam propinetur, duobus aut tribus diebus, quouique flauus color in nigrum vertatur, aliàs vomitiones mouere quandoque solet. Idem potum, vbi aluum non exsoluerit, appetentiam prouocat, ob eam quam possidet astringendi facultatem. *Ad febrem quotidianam.* Cortex interior Frangulæ, Absinth. Cichor. Lupul. rad. Fœnic. Apij, Asparagi, omnia simul coquantur, additoque Cinnamomo, Saccharo, Oxymelite, fiat potio. *Ad Tertianam:* Idem cortex coquitur cum Endiuia, Borrage, Cichor. Oxalid. rad. Fœnic. & bibitur decoctum. Præ cæteris autem facit hic cortex ad *Splenis affectus*, coctus cum Asplenio, Ruta murar. corticib. cappar. & Fraxini, rad. Fœnic. & Petros. Atque hæc quidem potio, vt maxime non soluat aluum, appetentiam tamen excitat: id quod non facit, si purget. Notandum tamen ante huius vsus, Venam, si opus sit, esse prius aperiendam, & corpus purgandum, vt dictum. Præstat cortex Matth. iudicio radici quàm trunco detractus. Præcedentia de interiore cortice flauo intelligenda: exterior enim qui nullius efficacix cultello abradendus, retento flauo, exsiccat, & ad vsus reposito.

Hic, vt scribit Dodon. sicci temperamenti est: in vino maceratus aut cereuisia, deinde epotus, potenter vomitum mouet, pituitam & humores putridos contentos in ventriculo pellit. Interior & cortex apud rusticos nonnullos in vsu est.

Tempus

Viues & vsus
Ad Scabiem
experimentum

Téperam.
Purgans.
Hydrops.

Icterus.
Vtendit
tio.

Obseruatio.

Obstru.
Viscerum
& Vasorum

Cautio.
Vomitoriũ.

Modus ad
ministroidi
decoctum.

ad appeti-
tum.

Ad tertian-
na.

Ad Splenis
affectus.

Vena sectio
promuticida

Rusticorum
medicina.

Nota.

Dose.

Contra scabiem.

Causa.

Apibus grati.

qui eius vtuntur diluto, quando corpus expurgare cupiunt. Expurgat enim, vti dictum, tum crassos & pituitosos humores, tum & biliosos: & non modò per inferiorem sedem, sed frequenter etiam vomitione, cum magna ventriculi perturbatione ac molestia. Rusticorum idcirco magis est medicamentum, quàm vrbanoꝝ: ac eorum qui crassa victus ratione vtuntur, quàm delicatè viuentium. Plerique tamen cum Matth. & Camer. asserunt, corticem aridum mitiorem esse, & minores molestias excitare: recenti siquidem ac nondum resiccato humiditatem quandam superfluum adesse, quæ torsiones adferat ac vomitiones exciter, ventriculumque percuteret. Taber. ad duplum Rhabarbari dandum suadet. Sed malinus paulò inferiùs subsistere, si tam forte sit medicamen, vt ille ait.

In multis locis Saxonie hoc tempore vtuntur loco Rhabarbari, teste Camer. quod interdum propter immensum pretium non cuius prescribi potest: possunt corrigi & castigari adiectione anisi, cinnamomi, spicæ, aut similium. Vulgus Silesiorum corticem luteum flore lactis incoquit, contra scabiem presentissima remedium.

Noni tamen, inquit Schuenck. eius vsu Agricolas hydropicos factos & penè suffocatos fuisse, repentina malignæ materiæ repercussione. Ea propter ab eius vsu abstinendum suadeo, nisi priùs fuerit probè euacuatum corpus. Flores apibus grati. Folia lætum feruntur bubus, ac præcipuè vaccis pabulum, quæ horum pastu lac reddunt copiosius. Ex ligno sagittas parant.

numeriosiores non essent simul iunctæ. Rhamnus esse non potest nostra Alnus quia non spinosa: is etiam suam spinosam negat, & tamen cum Rhano in idem cogit caput, nescit fortè quid scribit, nec cuius plantæ iconem exhibeat non enim describit.

Propè S. Hippolytum, Burgundorum asperis locis, montosis, soli meridiano expositis, prouenit. Obseruauimus etiam inter *Bailme* & *Lass* eiusdem Burgundie montosis locis ad Dubim, & iuxta castellum *Mebr*: item inter *Cereuil* oppidum E. C. Wirt. Burgundicum, & *Bailme* itidem montosis & lapideis. Nec non propè *Cavernam* illam admirabilem *Passauantiam* in eiusdem C. Wirtemb. ditione sitam, [in qua æstiuissimis æstatis temporibus glacies concrefcit] quæ eadem Principi curam plenum redita amuo debet Montbelgardum deferenda, ad vinorum refrigeria æstiuis caniculæ diebus: hyeme verò liquefcit glacies, & cauerna caler, cum extrinsecus omnia rigent glacie ac niuibus.

Aiunt S. Hippolitani ligna colligi ad puluerè bombardicum parandum, eorumque carbones ad eam rem vehementer commendari prædicat.

Locus.

Caverna glacialis media ap. re.

Vites & vltus.

ALNVS NIGRA BACCIFERA,
RUGOSIORE FOLIO,
SEV MAIOR.

CAP. XXXIII.

Descriptio
Curtia.



Per omnia maior est hæc species, caudex, rami, reliqua: cortex exterior tenuis foris cinereus, intus virescens, cui alius tubest crassus, in plures diuiduus, intima facie quæ lignum attingit, flauus, laminæ verò in quas deduci potest, vel croco saturatæ vel versicolores, ruffo, hauc filamentisque albidis, sapore amaro.

Folia.

Folia, quàm in vulgari Alno nigriora, multò amp.iora, palmo longiora, duas uncias & semissem lata, subrotunda, rugosa, arrouirentia, splendida, crenata. Flosculi bini simul aut singulares ex petiolo non longo adhærent, colore herbaceo, in quatuor laciniâs mucronatas diuisi, totidem apicibus virescentibus interiectis, stylo in tria cornicula extorsum reflexa dissecto.

Flosculis.

An Lonic. *Creutzbeer* seu Rh. in ni Diosc. 2. species: Eius icon huic nostræ quadraret, si baccæ

DAPHNOIDES ET LAVREOLA.

CAP. XXXIV.

Antequam Laureolam vulg. rem folio perpetuo proponamus, quæ accedit ad Daphnoideum Veterum, si non eadem: placet priùs generalia & Veterum placita de ea præmittere.

De ea igitur sic scribit Diosc. Daphnoides alij *Eupetalon*, alij *Chamadaphnen*, alij *epi. n* vocant. Exiguus frutex est, [Sax. videtur] cubitalis, ramis multis à medio sursum versus fori modo flexilibus & obsequiosis, iisque foliosis. Ramulos vestiens cortex supra modum viscosus est: at folia sunt Lauri, verum molliora, fractuque contumacia, quorum gustatu os faucesque mordentur & accenduntur. Flores candidi: fructus cum ematuruit, niger: radix superuacua. Nascitur in montosis. Sed in Diosc. lectionis varietas occurrit. Basil. & vulg. codices folia huic Lauro *ixvōroa*: Vet. cod. autore Lacuna *ixvōroa* habet, quod magis placet. Nam & Plin. quoque Daphnoiden crassiore, mollioreque quàm Laurum folio esse prodidit, vt mox patebit. Quin & Serap, *ixvōroa* potius, quàm *ixvōroa* legisse dicas, si aduertat eius interpretem tenaciora conuertisse. Marcell. validiora vertit, mimum veterem lectionem securus, quæ naturæ foliorum Laureolæ vulgò dictæ magis conuenire videtur.

Plin. l. 16. c. 30 de Lauri generibus tradens: Id quoque, inquit, quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alij enim *Pelasgum*, alij *Eupetalon*, alij *Stephanon Alexandri* vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore, [graciliore, Dal.] ac molliore quàm Laurinis folio, cuius gustatu acceditur os atq; guttur: baccis è nigro rufis. Idè & alibi præter hæc nomina & siluestrem Laurum dici ait. Quidam legunt: baccis nigris & rufis: nigris vel rufis: Vet. Dal. At si vulgatam lectionem retinere lubeat, dicere queas Plin. de baccis nondum perfectè maturis intelligendum esse: alioqui nec rei nec Dioscoridi consentiret.

De Laureola nihil Theophrastus, nisi fortè hæc quæ habentur l. 9. c. 15. Nascitur apud Arcades *Elleborus* vterque, albus & niger: item *de vno, Daurovidis, νεχός*: (Sic enim legimus & distinguimus apud Theoph.) id est *Daucus*, *Daphnoides crocea*:

Daphnoideum Eupetalon.

epi. n. Dictionis Diosc.

Folia. Flores. Fructus.

Diosc. le. emend.

Pelasgum Eupetalon.

Silu Laurum.

Theoph. emend.

Crocea Gaza ad *Daphnoideis* non separat à *Peruinca*, sed Diaci suo *Pastinacæ* speciem facit. Celsus quoque ad *Daucum* siue *Caroram* refert, ut dicitur suo loco de *Pastinaca*: Marcellus & Curtius, ut in sequentibus patebit, intelligunt *Daphnoideis*, diuersam omnino plantam à *Dauco*.

Hist. Lugd. scribit: *Albam* seu *feminam* *Laureolam* nostram, *Daphnoideis* alteram esse ignoraremus, si *Theoph.* aperte non docuisset *Daphnoideis* esse genera duo, fructu præcipue distincta, qui niger in altera est, in altera *Croci* colore, nempe *staminium*, quæ à flore *Croci* auilla reconduuntur, non autem *Croci* liquore diuiti, ut merito hæc *Daphnoideis*, *crocea* nominari possit. Hæc illat Nobis autem nondum occurrit adhuc locus, ubi *Theoph.* meminerit *Daphnoideis* nigrae.

Sed quam aut qualem *Daphnoideis* intelligit *Galenus*: quando l. 6. si npl. sic ait: *Chamædaphnes* germina tenera edi quoque assolent. Est autem per similes *Daphne Alexandrinae* sicut sanè & quod *Daphnoideis* nuncupant. Certè non existimamus eius germina posse edi, si eandem cum *Dioscorideis* intelligit. *Dalech.* sententia fuit *Galenus* similitudinem *Daphnoideis* cum *Chamædaphne* & *Lairo Alexandrina* ostendisse absque *Diosc.* testimonio, sic tamen ut ei fides constet, si vel *Superoideis*, accipiamus non quidem ulcerantem & vrentem fruticem *Laureolam* nostram, sed *Clematiden* *Galenus* secundam, quam paulò post *Superoideis* etiam vocari testatur. *Ambabus* enim vis est astringens & siccans. Vel si parem vtriusque vim, *Chamædaphnes*, inquam, & *Daphnoideis* catharticae, in prouocandis tantum mensibus intelligas: mensis enim & hæc & illa eicit. Proprio capite ostendemus *Clematiden* secundam specie dici à *Diosc. Gal. & Plin. Daphnoideis*.

Apuleius more suo nominum fasciculum confarcinat, sic scribens c. 58. *Herba Victoriola. Euplios Græcè, Daphnoideis, Hypoglossion, Eupetalon, Diglossos, Nycephyllon, Pelleon, Idæa Daphne, Samothracia Daphne, Alexandrina Daphne, Mittrion, Danae, Stephane Alexandru, Chamædaphne, Carpophyllon, Daphnitis, Latine Peruinca, Victoriæ folium, Laurus Alexandrina, Macedonica, Laurago, Mustellago terrestris* vocatur. Et addit: frutex est sapius cubitalis, folijs ut *Myrtus*, [in omnibus exempl. sine intellectu legebat, muria: nos reddimus *Myrtus*. *Humelb.*] paulò maioribus, & non infractis, id est, non facile fragilibus, sed lentis. *Hum.*] gustu remordentibus & incendiosis. *Herba Victoriola* folia pinifolis, & succum eius cyathis duobus dabis cum melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidet. (hoc est, dissipet, dissipabit, deducet, purgabit. *Hum.*) Quod si prædictorum nominum rationes scire cupis, tradit eas idem *Humelbergius* in suis ad *Apuleium* notis.

Nobis sanè *Apul.* diuersas plantas confundere videtur: inter alias *Daphnoideis, Laurum Alexandrinam & Peruinca*, cum in nominibus, tum in descriptione. Porissimum tamen videtur nobis scribere voluisse de *Daphnoideis*, quod apparet ex descriptione cum ait, folia incendiosa: & ex viribus, si intercidit interpretandum ut *Humelbergius* vult. *Fuchsl.* tamen aliter sentit: *Victoriolam* *Apulei* existimat *Laurum Alexandrinam*, & hanc cum illa confundi ab *Apuleio*. *Profecto* *Apul.* posset creare temerarijs magnum periculum vitæ Si intelligit *Laurum Alexandrinam*, de eius succo dari posse concedimus: verum non duos

cyathos, ut ille vult. De *daphnoideis* verò nequam. Quis enim plenos prædeat cyathos eius succi, cuius foliorum aut corticis masticatum absque magno incendio lingua & fauces ferre nequeant? Verissime in *Apuleium* retorqueri potest, quod scribit in præfat. sui libri aduersus medicos: nimirum eius scripta de medicaminibus herbarum, earumque viribus, esse vendicationes potius quam curas: ipsamque inertiam plerumque & imperitia enixum, lucripetam verum, aut sine literata scientia, de qua se iacet, temerarium nuncupandum, qui quæ adeo ipsis fauor morbis existat. Ipse enim tanta & tam supina quadam imperitia & temeritate, confundit plantas & earum vires salubres cum insalubribus, cum immenso videntium periculo, ut ex hoc loco & alijs quamplurimis hoc opere detegendis patebit, ut fatius fuisset, si obsceni sui *Atini* metamorphosin sua fortis hominibus explicasset, quam in re tam sacra, hominumque visibus adeo necessaria temerarium & iactabundum suum iudicium & stylum adhibere. *Apagæ* verò pestilentes hos scopulos. Nos certiora meditatur tutioraque. *Discant* verò interim herbarum & medicinae *Studiofi*, nullibi huic herbarum alieno *Commentatori* temere fidendum esse, donec illud clarius & ad oculum cunctis patefaciamus.

Ipse verò etiam *Humelbergius* nobis non videtur melius intellexisse historiam *Daphnoideis*, quam *Apuleius*, dum asserit, *Laureolam & Zyland* esse, & talem quidem, qualem *Apul.* describit, eecur non declarat, quam *Laureolam* intellexerit, folio perpetuo an deciduo: Quæ proprie *Laureola* dicitur, ignota est *Cordo*: quæ folio deciduo, eidem est *Thymelæa*, *Fuchsl.* verò *Daphnoideis & Zeland*, quam suspicamur *Humelburgium* intelligere. Quicquid sit, neutra conuenit cum descriptione *Apulei*. Neutra enim folia habet *Myrto* vllatenus similia: per *Myrtum* autem apud *Apuleium* intelligimus siluestrem, id est, *Ruscum*: quæ similitudo cum *Rusco* non tribuitur à *Veteribus* *Daphnoideis*, vel *Laureolæ*, sed *Lauro Alexandrinæ*: præterea in *Laureola* folio deciduo, folia non sunt lenta, sed facile fragilia. Neutram *Laureolam* coronis adhibitam fuisse censemus, & *Laurum Alexandrinam* potius in eum usum vocatam, quam malignæ istæ plantæ. *Hypoglossum* male dici de *Daphnoideis*, clarum nobis videtur. Si quis consideret *Apulei* caput 27. de *Chamædaphne*, hanc eum à *Daphnoideis* distinguere vix animaduertet. *Carpophyllon* non potest dici de *Daphnoideis*, quod id nomen proprium sit *Lauro Alexandrinæ & Rusco*. Hæc fructum supra folium gerit; non illa. *Peruinca* quoque vocabulum minime *Daphnoideis* conuenit, ut apparet ex *Plin.* sed *Clematidi* secundæ, quæ etiam *Chamædaphne* dicitur. Cur *Apuleius* *Mustellaginem* terrestris vocauit suam *Victoriolam*, cum tamen aperte scripserit c. 27. *Chamædaphnen* dici *Italij* *Mustellaginem*?

Sed quid multis stirpium ignorantissimo refutando inhaeremus? Audiamus *Serapionem*. *Laurus Daphnoideis*: Est & *Gar* species alia, quæ dicitur *Daphnoideis* &c. ex *Diosc.* Ortus eius [alij & rectius. Virtus eius] est sicut *Chamædaphnes*, & ex *Galeno*.

Hermol. de *Daphnoideis* pauca habet hæc. *Daphnoideis & ipsa Laurus* silu. *Herbarij* nostri *Laureolam & hanc & Chamædaphnen* *Diosc.* vocant. *Folio* huius crassiora *Plinio* quam *Laurus*, graciliora *Dioscoridi*: cuius verba mihi non videntur, quibus dicitur: *Alypo* similem hanc herbam

Censura Apulei.

Humelberg. taxatur.

Neque carpophyllon.

Gar.

Laurus si

Chamædaphne.

Daphne Alexand.

Daphnoideis.

Clematis Gal.

Herba Victoriola.

Diglossos.

Nontemerè fidendum Apuleio.

Alypoides.

esse, floribus Nymphææ. Inuenio & qui Alypoides hanc vocent. *Hæcille.* Verum non docet quã plantam per Laureolam intelligat.

Laureola. Resecta in Diosc.

Non Laurum, inquit Marcell. in Diosc. sed Lauri formam & speciem: neque eam toto corpore, Verum in folijs & fructu tantum habentẽ herbam Græci *Daphnoides* dixerunt. Laureolam vocant. Explosimus quod à capitis principio apud Diosc. statim legebatur Alypo simile *Daphnoides*: & florem Nymphææ habere: & quod sequitur: in medio floris esse Cono simile quiddam, in quo semen: quoniam non responderent *Daphnoidis* historia, & nullibi in antiquissimis Græcis & Latinis ea legerentur, & paulò post de flore eius, legitimo loco ageretur. Nasci multum *Daphnoides* hoc Theoph. in Arcadia testatus est, numeraturque ab eo inter ea quæ præcipuam purgandi vim habent. Cæterum non videmus cur Marcellus *Daphnoidem* dicat herbam, cum existimet Laureolam, quæ frutex bicubitalis & maior interdum, & ipse Diosc. dicat *δαιτυλον*. Addendum & illud: *Daphnoidem* à Theoph. nõ solum numerari inter purgantia, sed etiam inter alia non purgantia. Ruell.

A Theoph. inter purgantia relata.

Marcell. not.

Ruell taxat

Ruell. *Daphnoidis* historiam non illustrat, sed cum Hermolao, cuius consueto sibi more verba transcribit, non citato eo, dicit Herbarios nostros appellare *Laurcolam*, eiusque descriptionem subiungit, non ad ipsam plantam factam, sed ex Diosc. inutiliter repetitam.

Stephanos Alexandri.

Curtius notat Alexandri Stephanon à nonnullis vocari, quòd eo Alexander Magnus coronari solitus sit. Hic volumus Antiquitatum studiosos exerceri, nos certè ipsi, absque auctore, non credimus. Sic & de eadem *Daphnoide* ex Veterum placitis historiam pangit, ac si sua essent, non dignatus eos citationis honore, quod plagiarium est. Sed quid ille curat, qui passim plagio ita attritus, vt iam dudum durissimum contraxerit calum. Nunc *Laureolam* nostram vulgatam describamus.

LAVREOLA SEMPERVIRENS,
FLORE LVTEOLO.

Descriptio.



Folia.

Flores

la, nec per hiemis asperitates caduca, ex angustiore principio ceu ceruice sensim dilatata, tandemque in mucronem desinentia, crassa, glabra, nigricantia, splendens, Laurinis ferè similia, sed mi-

nora, inter quæ longiusculos, graciles, cauos & multos stellatos profert flosculos luteos, [Dode virore subcandicantes: Lob. ex herbaceo albo vel luteolo] succedentibus baccis glomeratim proximè ad ramos cohærentibus, Iuniperinis paribus, nonnihil oblongis, primùm viridibus, per maturitatem nigris, nucleo intus duro, cannabis femine paulò longiore, medullâ interiore candida. Radix subest in aliquot partes diuisa, longa, crassa, lenta, quæ difficulter euelli potest. Sapor toti frutici feruidus.

Bacca.

Nucleus.

Radix.

An Hermol. Herbariorum Laureola, cuius verba paulò antè citata.

Scribit Marcellus *Daphnoidem* Diosc. nostræ ætatis peritiores Herbarios priuatim Laureolam vocare, ac ostendere Laurinis folijs surgentem à terra surculosum fruticem confertis coaceruatisque sub folijs seminibus, quæ Laurinarum baccarum figurâ sunt, nigris maturitate. Florem videre non licuisse, Quod si Marcell. intelligit Laureolam quam nos hîc, hæc repugnant. 1. Quod non sit herba, qualem ipse dixit *Daphnoidem* (vt antè dictum) præter tamen Diosc. 2. flores non candidi. 3. radix non inutilis, quibus notis designatur à Diosc. *Daphnoides*. An etiam huius nostræ folia molliora sint Laurinis, vt de sua *Daphnoide* Diosc. ait, dubitamus.

Marcell. not.

An Ruell. hanc pro *Daphnoide* & Laureola Herbariorum intellexerit, vix sciri potest, quia Laureolam imaginariè, nec sibi visam aut cognitam describit, vt dictum prius.

Candidè & apertè Cordus *Δα. γυ. ο. δ. ε.* Recentiores Laureolam vocant, quæ in nostris offic. non habetur, nec ego quæ sit compertum habeo. Hic Germanus fuit sicut & Cornar. ipsi coæuus, qui tamen duobus distinctis locis apud Diosc. magna securitate tradit. *Daphnoide* Officinis Laureolam vocari: Germ. *Zitlant.* 2. cap. seq. Officinis & herbarijs *Chamædaphnen* etiam Laureolam vocari. Et postea inferiùs alio cap. ait, esse hodie apud suos, qui cum *Daphnoide* *Chamelæam* confundant, itidem *Zitlant* appellantes: qui sanè non ritè nobis videtur distinguere has plantas: & vt verum fateamur, nescimus quam Laureolam intelligat pro *Daphnoide*.

Officinis.

ignota.

Monachi quoque Laureolam vulgò dictam *Daphnoidem* vocitant. Ac eos (inter quos *Pandectarius*) hallucinari scribunt, qui Laureolam volunt esse *Mezereonis* speciem.

Pandectarius.

Quin & Anguil. *Daphnoidem* ait hodiè vocari *Laureolam*, *Oliuellam*, *Oriolam*, & notissimam esse in Italia.

Oliuella.

Oriola.

Chamædaphne, inquit Matth. quam Laureolam marem plerique vocant, folijs ac fructu à *Daphnoide* non longè differt: verum hæc tantum intercedit differètia, quòd *Chamædaphne* singulari rectoque caule constat, cui folia circumquaque prominent, adèd vt in cacumine in orbem umbellæ instar diradientur, semine inde prodeunte *Daphnoides* modo. Hæc Matth. cuius icon habere videtur aliquid commune cum Laureola folio semper virente. Sed quæ hic tradit non distinguunt à *Daphnoide*. In *Epit.* nullam ponit descriptionem præter Diosc. & iconem, scribens Italis dici *Laureola minore*. In *Com.* cum magnis con. Lat. & Ital. aliam ponit iconem cum folijs acutioribus & tribus virgis additis floribus. In *hist.* Germ. omisit & iconem & descriptionem Diosc.

Laureola.

mat.

Chamædaphne.

Matth. ab

modum.

rius.

Laureola.

Camer. in sua Matth. epitome poluit iconem iam dictam cum tribus virgis, addens, sibi reperitam similem aliquando plantam in montibus

Chamædaphne.

phne.

mat.

Silesiæ altissimis versus Morauiam, sed folijs cras-
sis, duris, & caule satis denso, baccis nigris. Qua-
propter verisimile esse, potius ad Daphnoi-
dem referendam: nec immeritò de hac stirpe,
tanquam incognita, nonnullos dubitare. Idem in
hist. Germ. ait, prouenire cum baccis nigris, folijs
latis, in quibusdam montanis locis prope Lacum
Lemanum & ad Rhenum: videri speciem Cha-
mædaphnes Matthioli.

C. Bauh. apud Matth. Chamædaphne, inquit,
Matthioli: Daphnoides seu Laureola Lugd. de
qua stirpe nonnulli dubitant tanquam de inco-
gnita: alij tamen ad Daphnoidem referunt: sus-
picantur Matth. Laureolam Offic. exprimere vo-
luisse. *Hæc ille:* vbi incuriâ typographicâ pro Cha-
mædaphne, posita icon Lylichia siliquosæ
specioso flore.

Vt liberè dicamus, quod sentimus, videtur
nobis Matth. non nouisse discrimen inter Lau-
reolam folio deciduo, & folio semper virente,
atque aded nesciuisse, quas plantas suis nudis
iconibus proponeret. Si pro Chamædaphne in-
telligit Laureolam semper virentem, id fit cum
summo periculo. Quis medicinæ peritus volet
exibere ad ardores stomachi mulcendos, & se-
danda tormina, menses & vrinas ciendas, & in
pessis (ad quæ omnia Chamædaphne commen-
datur) tam feruidam & malignam stirpem, qua-
lis Laureola; Ea præterea non respondet descrip-
tioni: fructus non est *ἔρῳδός*, ruber: nec *καρπὸν*
τῆς κῆλλαις ἐπιπερικέτω habet.

Lacum iconem Matth. proponit nomine Cha-
mædaphnes, dicens, vocari Laureolam marem,
non demonstrans quæ sit, aut qualis. *Cæcus cæcum*
sequitur.

Eadem censurâ dignus Lonic. qui Chamædaph-
nes iconem Matth. proponit, nihil addens de suo:
sed cautè euitauit hos scopulos: meliùs tamen
sua existimationi consuluisse, si Diosc. &
Matth. citasset, ex quibus sua assumpsit & tran-
scripsit nullo plagij metu. Vidèri nempe voluit
probè nouisse sibi ignotam stirpem.

Dod. eandem facit cum Diosc. sic tradens: *Σαρρα-
δὴς* Latini posteriores Laureolam dixere. Voca-
tur & *ἐμπύλλον* ac *πέπλιον*. Huius baccas Piper
montanum ab Italis nuncupari, sunt qui affir-
mant: alij à Germanis etiam *Zeilandt* dictum
volunt.

Idem putat Theoph. Cneorum nigrum esse
posse, folio siquidem Myrtum satis referre:
(quod ei nunquam concesserimus) & ramosam,
[sæpè etiam vnicaulis est] lentam, obsequiosam-
que stirpem, albæ radice, absque odore, fructu
nigro, quæ potissimè notæ sunt Cneori nigri
Theoph. Nos pro eo etiam proponemus suo loco.
Placet alioqui Dod. figura, quam hic proponi-
mus, quanquam magna ex parte vnico caule à
nobis sit conspecta.

Gefn. in horto ait Laureolam seu Daphnoidè
spontè circa Lacum Lemanum nasci folijs ferè
Lauri, angustioribus, solidis, gustu feruidis.
Item in append. Daphnoides, inquit, è Sabaudia
missum, vbi ad Lacum Lemanum spontè pro-
uenit, autumnon superiore plantatum viret ad-
huc, sed non satis lætium & tenuioribus folijs,
quæ ad Daphnoides nostrum vulgare ferè acced-
unt. Quibus verbis sanè duas species insinuat,
hanc vt putamus, quæ Sabaudica, & per vul-
gare eam quæ folio deciduo.

Cronemb. ad pilulas Mezereonis Pandecta-
rium & Dinum reprehendit, qui Mezereon pu-
tarint Laureolam esse, vt copiosius postea dice-

mus in hist. Laureolæ folio deciduo. Nos verò
per Laureolam cuius mentionem facit Cronem-
burg. existimamus intelligendam, quæ perpetuo
folio.

An eandem intelligit censor Apollo quando
ita inquit Rad. i. Serap. & Mesues non implicant cū
Mezereo Laureolam & Loriolam vulgi, cuius hi-
storiâ reddidit Diosc. l. 4. Daphnoidem dictam
non admiscet: quanquam Matth. nescio quâ
mente huic capiti insitam asseuerare audeat: eius
enim reminiscitur Serap. cap. de Lauro: Mesue cō-
tinet &c. Præterea in commento Daphnoidis,
Matth. vt etiam Fuchf. aliud esse Mezereon à
Chamelea scriptum reliquit: huius verò senten-
tiæ immemor, cap. de Chamelea, idem esse Mau-
ris Mezereon, quod Chamelea, Thymelea ac
simul admixta Laureola, comminiscitur.

Idem Apollo rad. 10. Daphnoides Offic. Lau-
reola ex Diosc. Laureola femina medicamentariis.
Verum Apollo ita irradiat nobis, vt non pos-
simus asserere, quæ sit eius Laureola, nedum in-
telligere de qua planta loquitur.

Lob. & Pen. Daphnoidis siue Laureolæ vt no-
menclatio, sic natura profum Pusillam Laurum
imitatur, vt plebecula vix conspectam dicitur
Laurum. Vbiuis ferè Germaniæ, Galliæ & Ang-
liæ, præsertim Mulomedicis & mulierculis cli-
nicis nimis quàm nota, vt mirum sit Commenta-
torem Senensem tam ieiunè & manca descripti-
one hanc designasse, certo indicio ignorationis:
quippe figura quam nullis floribus dat, fortè Me-
zerei Germanici surculum refert potius quàm
Laureolam.

Lob. Obs. Daphnoides siue Laureola, Germa-
nicè *Zeilandt*: Gall. *Laureole*, Ital. *Oliuelli*: per-
peram Thymelea Tragi. Sed fallitur Lob. non e-
nim Tragus hanc posuit de qua hic agimus pro
Thymelæa, cuius nec icon nec descriptio hanc
nostram ostendit. Clusius scribit Pyrolæ frutican-
tis folia carnosâ, supernè saturatiùs virentia &
splendentia Chamædaphnes, quam vulgus Lau-
reolam vocat, folijs, formâ & magnitudine pro-
pè similia.

Schuuencckfeldius Chamædaphnen Clusij quæ
perpetuifolia est cum alia confundit, vt postea di-
cetur.

Hist. Lugd. tradit Dalechamp. cum Dodon. Lau-
reolam Offic. siue Laureolam marè Diosc. Daph-
noidem esse rectè censuisse, quæ Matth. sit Cha-
mædaphne. Hist. *Loreola*. Iconem quoque habet
Chamædaphnes Matth. titulo Daphnoidis seu
Laureolæ: habet & aliam titulo Daphnoidis seu
Laureolæ cum flore: & cap. sequenti pro Laure-
ola folio deciduo cur posuerit iconem Dodon. ti-
tulo Laureolæ cum fructu, nec nos scimus, nec
illa excusabit: erat enim ponenda pro semperui-
rente. Sed ita euenire solet de sibi incognitis com-
mentantibus.

Tabern. *Bellerhals* Germanicè vocat.

An Cefalp. Daphnoides Italis Laureola dicta:
Gignitur magna ex parte in siluis ac montibus
ymbrosis incultis & frigidiusculis. Tamen in Ita-
lia circa Patauium obseruauimus inter montem
Gemulam & di-venda, necnon in huius descensu
versus Balneum Aponense, sed quæ & ipsa loca
frigidiuscula sunt respectu reliqui tractus. Flore-
bat mense Februario flosculis paruis luteolis sti-
pata. Vidimus etiam Parauii, Veronæ, Ferrariæ,
& Bononiæ in hortis cultam. Geneuæ circa Ca-
stellum *la Bassie* dictum iam Decembri florere in-
cipientem, vbi & Feb. & Martio aliàs florere so-
let Basileæ prope Dornacum, & in horto D. Th.
Zuing.

Laureola.
non est Me-
zereon.

Lauriola
Sulgi.

Matth. re-
preh.

Fuchf. not.

Apollo not.

Matth. not.

Tragus uela
contra Lob.

H Lugd. er-
ror.

Daphnoides
Casalp.

Locus.

Tempus

Satio.

Zuingeri, ex quo & Montbelgardum in horcum transtulimus, vbi & floruit & baccas tulit. In Burgundicis etiam montibus aliquot obseruauimus, vnde etiam transplantauimus. Iam prius dictum apud Lemanum lacum reperiri, & non paucis iuxta Rhenum ac Mosâ locis. Flores, inquit Dod. præmaturè germinant, paulò post Autumni æquinoctium: hyeme aut primo vere perficiuntur: fructus Maio & Iunio Lob. autore: media æstate etiamnum virent, demum æstatis fine & aduentante Autumno maturitatem assequuntur, & nigra fiunt. Tota hyeme viret, foliaque obdurant, vt in cæteris stirpibus perpetuò virentibus.

Vires & vsus.

Et si pro certo & indubitato asserere non possumus hanc esse ueram & genuinam Diosc. & Plin. Daphnoidem, reclamantibus superscriptis aliquot notis: quia tamen vires ab iisdem traditæ apprimè huic conueniunt, lubet easdem hic recensere. Folia gustatu os faucesque vellicant & inflammant. Eadem seu arida, seu etiam recentia potu pituitosa per aluum deiciunt: vomitus quoque ac menses cient: quin & commanducata pituitam à capite extrahunt, & stercora mouent. Ceterum & quindenæ ipsius baccæ potæ, purgât. Paulò aliter Plin. Daphnoides, inquit, [siue his nominibus que diximus] silvestris Laurus prodest, aluum soluit, vel recenti folio vel arido, drachmis tribus cum sale in hydro melite manducata. Pituitas extrahit folium & vomitus, stomacho inutile. Sic & baccæ quinquæ denariæ, purgationis causa sumuntur.

Purgant.
Vomitoriâ.
Menses.
Capitis pituita.Plin. Gelas.
lectio defen-
ditur contra
Sarrac.

Sunt tamen qui Plinii lectionem ad Diosc. aptam & emendandam censeant, vt Sarracenus. Nos fanè in Plin. nihil præter rationem dictum inuenimus. Nam & stomacho incommodam hanc plantam censemus, insignis suæ acrimoniæ & ardoris gratiâ, & quinas baccas malumus quàm denas, has quàm quindenas, purgationis ergò exhibere: quòd vel paulò maior dosis in talibus nobis semper suspecta videatur, præsertim cum Dei beneficio mitiora tutioraque habeamus.

Cautio.

Tèperam.

Correctio.

Laureolam certè Dod. in Hist. Gall. calidam & siccam ad tertium gradum, accedentem ferè ad quartum tradit, subuerrere admodum ventriculum, inflammare, lædere, & adurere partes internas. Folia eius corrigi & ad sumèdum commodiora reddi eo modo quo Chamælæa. Idem in Hist. Lat. temperic & facultate similè facit Chamælææ Germanicæ ca vniuersa suâ substantiâ acré & feruidam esse. Vt non temerè fanè hanc præscripserimus, propter insignè eius acrimoniam.

LAVREOLA FOLIO DECIDVO,
SIVE MEZEREON GERMANICVM.

CAP. XXXV.

Descriptio.

Radix.

Virga.

Cortices.

Lanugo.
Lignum.
Flores

Quæ verò deciduo est folio Laureola, frutex est interdum ad trium cubitorum altitudinem excrescens, radice in aliquot partes diuisa, minimi digiti crassitudine, vel etiam crassiore, longâ, alteque se demittente, albâ; ex qua assurgunt plerumque virgulæ singulares, lentæ, teretes, tenues, obliquiosæ, cortice duplici tectæ, exteriori cinereo, tenuj, fragili, interiori exteriori virente, interiori albicante: valdè lentæ, & fractu cõtumaces, lanuginem quandam bombycinam, dum diuelluntur ostentantes, cui subest lignum candidum, solidum, medullâ pauca præditum. Flores ad ramulorum latera sine pediculo, nunc singulares, nunc plures simul iuncti, ex nodulo



ante folia prodeunt pulchelli, ex rubello purpurascetes, colore ad flores Persicæ accedentes, oblongi, in quatuor foliola mucronata reflexa diuisi, odore suauj: in medio staminula aliquot crocea. Folia ex tuberculis plarique plura simul, colore herbaceo, Laureolæ folio

Folia.

Bacca.
Nucleus.Olar & fo-
por.
Chamæla.
Cilibrac.
Oleastell.
Oleaga.
Oleilla.

Mezereon.

Ruell. et
prebentes
reprebentur.
Multiplex
eius error.Brunfels.
Jonnium.Brunfels.
Incuria.Cordis quon-
erronea.
Thymelæa.
Mezereon.
Coccognid-
ium.

perpetuo accedentia, molliora, nec vt illa, splendidantia. Baccæ cum maturitate rubentes, quæ resiccatae, nigricant, (inquit Dod.) quarum interior nucleus Cannabis semini similis, medulla candida. Tota planta vt odore graui est, exceptis floribus, ita sapore acerrimo & vrentissimo. De hac Ruellius sic scribit: Chamælæam Romani *Cilibracam*, alij *Oleaginem* vel *Oleastellum* vocant. Olea Cilibraca vocatur autore Colum. sed Calabrica legendum puto. Recentiores *Olinellam* appellat: Offic. *Mezereon*, quasi lathalem & viduiferam. Oliuella sureulosa fruticat ramis palmaribus, folijs Oleæ similibus, tenuibus, amaris, quæ gustata linguam acriter mordent, faucesque ac guttur vellicatu lacessunt. Lacte manat copioso, animalibus cunctis intacta. Baccas fert si benè memini virides, per maturitatem ex parte rubescentes. Ex hac granum Cocci plerique falso nasci existimauere. Recentiores Chamælæam cū Thymelæa, & vtramque cum Daphnoide turpiter confundant. *Hæc ille*: qui dum alios reprehendit, seipsum accusare videtur: dubitamus an vllam harum plantarum nouerit. Fortè intelligit nostram hanc Laureolam folio deciduo. Non conuenit tamen, quod ait lacte manare copioso: nec etiam Chamælæa est, multò minùs Olea Cilibraca Columellæ. Quando folijs Oleæ dicit, & postea baccarum rubrarum meminit, Chamælæam cum Laureola confundens, neutram sibi cognitam fuisse satis clarè prodir.

Brunfels. nescit quæ scribit Tom.: dum Laureolam Teut. *Bellershals* dici ait, Græcis Daphnoiden, flores illi candidos radicem inutilem: passim per siluam. Et cap. sequ. Thymelæam vel Coccum Cnidium quoque *Bellershals* vocat, floribusque esse candidis. Quis hanc incuriam ferat? Dioscoridis descriptiones sublegens cum *Bellershals* Germanorum confundit, nec docet quæ ea sit: nec existimamus reperiri Laureolam flore albo in Hærcynia. Vbi quis fide dignus monuerit, aut miserit, credemus.

Cordi opinio non opus habet longa refutatione: ipsa per se satis ruit, quando apud Diosc. tradit Thymelæam quoque Mezereon & Coccognidium, & grana quoque Mezereon vocari: nimirum nostram Laureolam vult esse Thymelæam, & sequè cap. hanc fruticem esse dicit quem Germ. *Sebast* & *Bellershals* appellant, ex quo Granum Cnidium colligatur, quod etiam Coccognidium vocitetur. Quasi verò.

An Cornar. Thymelæa ex qua granum Cnidium offic.

offic. & notum & in usu? sanè videtur esse: nam addit, Barbara voce Mezereon, Germ. Bellerphals dici: fortè ab eo quodd collum, id est, fauces offendit & vrit. Sed cespitat. Differunt enim multum Thymelæa & Mezereon, quo nomine à Scrapione & Mesue vocatur.

Tragus horrenda nomina tribuit: Ex mesue dicitur, inquit, *Rapiens vitam: faciens viduas*: (sic & meliora sperantibus per accidens prodesse posset, si iocari liceat) Seidelbast aut teiſſſſraut Germ. Baccas Ari baccis confert: sed non probatur nobis quando folia per omnia Ligustro aut Oleæ similia tradit: immò vix vllam similitudinem aduertimus, quæ dici mereatur. Neque etiam est Diosc. Chamelæa, vt is sibi persuadet. Cur verò apud eundem huius Laureolæ alia icò posita sit, sub titulo Thymelææ, Zelandi & Bellerphals, nos later: quam autem plantam suspicemur cum intelligere puillò post dicemus.

Neque concedimus Fuchsio huic, (quam *Scrophoides* vocat, Daphnoidem, offic. & Herbariorum Laureolam) omnes Diosc. notas præter floris colorem conuenire, vt ille scribit: quia Diosc. suæ tribuit folia *ἐκ ἐνκλάσας*, fractu contumacia: talia non sunt folia huius nostræ: nec habet *καρπὸν μέλανα*, fructum nigrum, sed rubrum, ac potius coccineum: folia quoque vix propriè Lauri folia dici posse putamus. In eodem censura dignum, quòd, quam priùs fruticem dixerat, postea in annot. herbam vocitet facientem viduas. Dubitamus quòdque an hæc fuerit Offic. Laureola. Probamus quòd taxat, mirum in modum errare Officinas, quòd folijs Daphnoidis pro Mezereon vtantur: & eius fructu pro Cocco Cnidio, qui Thymelææ fructus est Thymelæa verò non esse Laureolam hodiè appellatam herbam ex eo colligi potest, quòd Diosc. autore Linum nonnullis nominata sit.

Matthiolus, vt passim varius à seipso & fluctuanti ei simillimus, ita & in huius plantæ historia, sicut ex diversis eius editionibus & historiis patet.

Videtur itaque Camer. nò accipere pro Daphnoide Matth. nostram Laureolam folio deciduo, sed fortè eam quæ est folio perpetuo, vel aliam aliquam. At C. Bauh. apud eundem ponit eam quæ est folio deciduo.

Quod ad nos attinet, satis colligimus ex ipsismet Matth. verbis, ei non bene cognitâs has plâtas, ac ab eo confundi, quamuis eius icones & descriptiones meliùs còueniant cum nostra Laureola folio deciduo. Reclamant tamen notæ quædam ne sit Daphnoides Diosc. quicquid dicitur Matthiolus, sicuti antè dictum aduersus Fuchsum. Cur verò folia in eius edit. Germ. dicantur viscosa, seu glutinosa, ne suspicari quidem liceat in neutra Laureola hoc obseruauimus. De Amati quoque sententia omninò falluntur, qui Daphnoidem Laureolam dictam Mezereon esse credunt. Esse enim, inquit, Laureolam herbam siue fruticem [differunt hæc duo] cui flores albi purpurascens infint, & eam pharmacopolas omnes satis cognitâs habere. Sed an ipse etiam Amatus probè cognitâs habuerit vtramque Laureolam & Chamelæam est cur multum dubitemus. Scribit enim l. 4. *χαμικία*, Lat. Oleastellum, Arab. Mezereon, vulgò Mezereon, Gall. *Boys gentil*: Non describit. Nomen Gallicum conuenit Laureolæ folio deciduo: figura quæ apposita, est alterius plantæ, de qua non videtur locutus Amatus, nempe Chamelææ tricocæ, de qua postea.

Lacuna Matthioli simia diuersam ab eo habet figuram pro Daphnoide, quæ potius semperuientem Laureolam exprimit, quam hanc: interea ta-

mien Matth. imitatus, vel potius, more suo, ex eo transcribens ait, Daphnoidem nonnullos, vocare Laureolam fœminâ. Aliquos confundere cù Mezereon, quòd non differat à Chamelæa Diosc. Sed facillè patet non oculatiorem fuisse magistro suo in istarum stirpium dignotione ac historia.

Piper montanum, inquit Anguil. quòd quidam existimant Chamelæam, sine dubio non est Chamelæa, potius dixerim Coccum Cnidium Theoph. Nos de Cocco seu Grano Cnidio Theoph. postea trademus.

Dodo. vocat Chamelæam Germanicâ, ac videtur ei esse Cneorum album Theoph. nihil tamen affirmare posse dicit propter breuitatè. Ast què Cneorum album Theophrasto candido dicitur folio, figura quodammodo Oleagineo simile, vix concesserimus nostram hanc Laureolam esse Cneorum, licet id sibi persuadere videatur Dod. dicens non multum dissimilem esse Oleæ. At nos multum dissimilem dicimus. Etsi etiam similis esset, desiderantur & aliæ adhuc notæ. Et vt reliquas omittamus, quis, nisi luscus fortè aut parum oculatus, Laureolæ folium candidum dicat?

Negat Gesnerus in hortis, Piper montanum Italis dictum, & Germ. *Zyland* rectè Laureolam vocari: cui sanè haud grauatim subscriberemus, nisi iam dudum apud omnes penè Herbarios istud nomen inoleuisset, & in quibusdam cum Laureola haberet similitudinè. Alioqui non semperuientibus est, quâ in re differt à Laureola æquè ac Lauro semperuientibus. Quapropter & ipse quoque Gesn. alibi non vno loco, latâ vulgi incedens via, modò Daphnoides nostrum vulgare, modò Laureolam vulgarem, modò Daphnoidem Fuchsii vocitat, Thymelæam tamen speciem potius esse, iteratò diuersis locis inculcat.

An Apollin. Rad. 10. Chamædaphne, Laureola etiam medicamentariis dicta, eaque mas? nimirum ita irradiat nobis more suo ambitiosus suis radijs, vt non ausimus asserere, nec alius fortè id facillè ex eius verbis queat, num hanc intelligat vel aliam: non sine suspitione ipsummet id netciuisse.

An Altomari de med. c. 91. Mezereon seplasiariorum communiter dicta, & propriè ea, quam Diosc. nuncupat Chamelæam, vt ille vult, qui ex ea parat pilulas, quas summè laudat ad educationem aquarum. Si hanc nostram intelligit, fallitur quòd Diosc. Chamelæam putet.

Cronemb. l. 5. comp. ad Pillulas ex Mezereon Mesues: Mezereon, inquit, frutex omnibus officinis & quibusdam alijs Almezereon vocatus in magnam controuersiam agitur, dum quidam Chamelæam Diosc. alii Thymelæam eam vocem tribuendam contendant. Auic. 2. can. c. 467. & Serap. simpl. c. 363. quos, vt præceptores suos, sequitur Mesue, Chamelæam cum Thymelæa turpiter confuderunt. Tragus Pandæario & Leoniceno subscribere eleganter vulgarem Mezereonem picturâ sua ob oculos ponens, dum ait: In Ianuario plantam antè folia germinare, flores purpureos edere. In cap. præced. Thymelæam Germ. peculiariter Bellerphals referens ex Diosc. sine dubio fideliter ea grana pingit, quæ nostri [Germaniæ] Pharmacopola ex Mezereon vulgari colligunt: nam rotunda esse dicit, maiora canabinis, linguam vrentia. Diosc. clariùs, fructum habere Myrti in modum rotundum &c. Hæc si uera sunt, vt omninò iudicari debent, non iam Mezereon Chamelæa, sed Thymelæa, ex qua granum siue Coccum Cnidium colligi & Theoph. l. 9. cap. 22. & Diosc. autor est. Constat hinc Tragum hic pa-

Cornar. cespitat.

Rapiens vitam.

Tragus vprobat.

Alter Tragi error. Te tum erit vusdem

Officinarum error.

Daphnoides Laureola.

Plures Amati error.

Coccum Cnidium.

Cneorum album.

Dod. opinio rescitur.

Non rectè dici Laureola.

Laureola vulgaris.

Chamædaphne. Laureola mas.

Mezereon seplasiar. Chamalea.

Auic. Serap. & Mesue arguuntur.

Thymelæa Tragi.

Tragus castig.

rum attentum fuisse, dum floribus quidem Meze-
reone[m] v[is]itatum, seminibus aut fructibus Thy-
melæam repræsentat.

Sylvius Mezerco Mesues Thymelæam rectifi-
simè decernit.

Pandect.
censura.

Laureola.

Daphnoides
D. Florent.
error.

Arabum la-
bes deterf.

Lactariarū
maxima.
Lacticini-
um magnū
Monachi in-
crepantur.

Pandectarius Simonè Genuensè redarguens c. 124.
hanc malè Laureolam cōstituit: deinde c. 170. eos
improbat qui Coccognidiū [quod aliàs semē Me-
zereonis dixerat] semē Laureolæ putant. Amplius
c. 483. disertè Laureolam Laurum Alexandria &
Daphnoidem interpretatur: vnde manifestum fit
quantoperè sibi dissideat. Simili quoque errore
D. Florentinus includitur c. 1. in Mes. commen-
tans: Vterque facilè hinc arguitur, quòd Diosc. di-
uersa capita omniū earū herbārū instituat, quodq;
Arabes omnes (Si Serap. excipiamus) Mezerconem
copioso lacte manare scribant, quod tamen
nec profert Laureola, nec etiam Mezercon vul-
gare. Et quamuis Mesue Lactariarum maximam
dixerit, & Auic. Lacticinium magnum, id esse fal-
sum oculari fide monstratur. Nihilque moror
Monachos in Mes. vbi confidenter Lonicerum &
Fuchf. cauillantes, ac Serapioni iniquo iure patro-
cinantes, idem contendunt.

Non dubium: quā Diosc. Chamelæa sit Sera-
pionis Mezercon, quam Arabes & eorum discipu-
li non tantum multiplici verborum imperitiā
confuderunt, sed insuper cum Chamæleone al-
bo ac nigro lethali errore commiscuerunt. Atqui
illud horrendum quod Mesue initio sermonis
Mezercon *rapere vitam, ac viduas faciens* dixerit,
vnde serid[us] vsus eius ab agyrtis & circumforaneis
formidari debet, qui integra grana (quia paucu-
lūm ore comminuta, fauces accendunt & linguam
miserè vellicant) transglutienda exhibent, extre-
mo hominis periculo. Noui (addit Cronemb.) im-
pudentissimam ostetricem Nouiomagii (quæ pri-
maria vrbs Geldriæ) Gretam nomine, quæ passim
quibusuis: & quod intolerabili scelere fit, etiam
gravidis ac pueris propinat: ô flagitiosam fœmi-
nam! Quare, prudenti etiam necessario consilio,
Mesue aceto corrigantur folia. *Hæc ille.* Cæterum
Cronemburgium per Mezerconem vulgarem in-
telligere Laureolam nostram folio deciduo satis
clarum: Laureola autem eius fuerit fortè ea, quæ
folio perpetuo virente. Quæ autem sit Thyme-
læa vera, & Mezercon Mesue imponendum in
pilulis Mesuei, non indicat. Apud Theoph. vt
cirratur à Cronemb. nusquam inuenimus in qua
planta colligatur Coccon cnidium. Verum de
hac re postea.

Vitam ra-
piens. Vr-
duas faciens
Cautio.

Agyrtarum
impostura.

Cæci ac pe-
riculosi er-
rores Eodi-
covi dete-
guntur.

Nunc cæci ac periculosi errores Lonicer. dete-
gendi. Is lib. 4. c. 4. 9. suæ historiæ sic scribit: *Bel-
lershals*, aut *Zyland*, aut *Zebast*/Diosc. Thyme-
læa, fructus Granum Cnidium aut Cocco cni-
dium: alii Daphnoides Diosc. volunt, quamuis
non respondeat descriptio huic *Bellershals*.
Quo loco Lonic. posuit falsam figuram Matthioli.
Thymelæa, cui appictæ bacca triccocca: quam
plantam intelligat nescimus, nec ipsum sciuisse
existimamus: nomina tamen Germanica conue-
niunt nostræ Laureolæ folio deciduo. Cap. seq.
quod 50. sic tradit: *Seidelpast/Leusfrant/Diosc.*
Chamelæa, Barbaris Arabibus & Offic. Meze-
reon, *Rapiens vitam, Faciens viduas.* Quidam con-
fundunt hunc fruticem cum *Bellershals* cap.
præced. descripto, propter similem figuram & vi-
res. Ambas indiscriminatim vocant Mezercon.
Hoc cap. Lonic. ponit figuram Chamelææ Matth.
descriptio autem est Laureolæ folio deciduo ex
Trago, cui dicitur Chamelæa, vt antè annota-
tum. Sic ille, magis etiam cæteris, more suo omnia

confundit. Lib. 5. cap. 208. iconem Laureolæ folio
deciduo ex Matth. ponit pro *Loberstraut* Daph-
noide: ascribit quosdam velle esse *Bellershals*
Zyland. Is præterea malè scribit. *Coccon Cni-
dium* semen esse Thymelææ apud Myròpolas in
vsu.

Riffius quoque apud Diosc. notat Chamelæam
G. dici *Zyland*/ Gallis *Bois gentil* & cap. sequenti
Thymelæam esse Mezercon Mesue & officina-
rum, cuius granum Gnidium Diosc. Officinis sit
Coccon gnidium Germ. *Bellershals*.

Sed eadem ignorantia nota inurendus est
Ryffius, qui eandem plantam facit Chamelæam &
Thymelæam, cum tamen neutra sit.

Lectores perpendant in quanta pericula isti
ignari Herbarii coniciant non solum miseram
plebem, verum etiam Medicos stirpium ignaros,
quorum maiorem numerum scimus, quàm vulgus
crederet.

Pen & Lob. Aduers. Chamædaphne siue pusilla
Laurus: an Germ. Mezercon granum vocitant Pi-
per rusticum, & Gnidium granum Pharmacaria
in scitia, quæ ponit iamdiu Senensis, decipitque de-
ceptus, sibi incognitas, *horsum prorsum*, confundit.
At ipsi interim Aduersarii dubii hærent, an sit
Chamædaphne. Corrigunt tamen versionem, &
vires Diosc. exponunt, vt suæ opinioni accommo-
dent, vt apparebit infra inter vires. Nec ullam
vidimus tãtam similitudinem, vt mereatur nomen
pusillæ Lauri.

Camer. annotat Chamæleam Germanicam [sic
enim vocat] flore quandoque reperiri albo. Sed
vbi: & si vidit, cur locum non indicat?

An Turner. Daphnoides, quibusdam dicta Lau-
reola? Angl. *Lauriel* vel *Isobry* quam in Germa-
nia se vidisse negat: in Anglia tamen ad sepes
propè Cantabrigiam & *Barckway* frequentem.
Videtur Turnerus intelligere Laureolam semper-
uirentem: quamuis figura non respondeat, nec
quadret ex Diosc. flos albus.

Chamelæa, inquit Casalp. quam vulgò in alpi-
bus Oliuellam vocant, duplex est: vtraque paulò
minor Daphnoide obsequiosa, &c.

Qualem autem suspicemur Casalpini priorem
Chamelæam dicemus. Altera viderur nostra Lau-
reola folio deciduo.

Histor. Lugd. pro Laureola fœmina proponit
iconem Matth. præterea eodem cap. habet iconè
sub titulo, Laureolæ cum fructu, quam Dod. ex-
hibuerat pro Laureola siue Daphnoide quæ per-
petuo viret, diuersa ab ea de qua Hist. Lugd. eo
loco agit.

Schuenchf. in Cat. Siles. Laureola, *χουανδίου*
Diosc. Chamædaphne Clus. At non videmus cur
hæc planta simpliciter Laureola dicenda sit, nulla
tanta similitudo. Chamædaphne Clus. non est,
vt prius dictum. De Diosc. Chamædaphne postea.

C. Bauh. apud Matth. Daphnoides: Laureola
folio teneriore & deciduo. Glycyrrhizam mon-
tanam nominare solemus, vt rei herbariæ ignaros
fallamus.

Castor. Daphnoides & Laureola maior. Pla-
raque linguarum nomina iam supra dicta spar-
sum Hisp. & Ital. *Laureola*. Gal. *Laureolle*. Germ.
etiam *Scheißlorbeeren* quasi cacationis Lauri
bacca, quia sedem potenter mouet. Siles. *Zeis-
lang/ Zieglig*. Sequanis & Mompelgardensibus,
Bois gentil. Rustici circa Basileam, vt ex Cl. D.
Fel. Platero accepimus, nominant *Damar*. Belg.
quoque vt Germ. *Bellershals* dicitur, his etiam
Leusfrant: pediculorum herba, fortè quod eos
abigat. Boh. *Wleij Layho Wetssy* / teste Matth.
Eadem

Locus.
Lati.
Tempus.
Multi mo-
dici stir-
pium.
Piper rus-
ticum
Matth. la-
gillatus
Camer. by
Lob. avo.
Vires
vires
Hydrog.
Vires
Vires
Vires
Cautio
Purgan
Matth.
fidenda
multi a
genus
Hist. Lugd.
at gaur.
Téper
S. hanc
repro.
Glycyrr-
za mlti.
Daphnoides

Locus. Eadem ferè loca cum præcedenti amat, siluatica, montana. Plurima cum in Germania & Heluetia, tum in Allobrogum & Ligurum Delphinatusque montibus & collibus siluosis, opacis, in vallis Anonia montibus Tridentini agri reperitur in monte Amano, teste Bellon. quam ille *Bellerfraut* Germ. dici ait, quanquam temerè herbam vocitet. Circa Basileam in Moutero monte. Denique in plerisque pinguibus & opacis, asperis atque desertis Germaniæ locis. In Italiæ hortis quamplurimis cultam vidimus. Translata enim ad frugem peruenit ac diu durat, quales plures in hortum E. C. Montb. transferri curauimus, quæ adhuc vigent, vbi & Ian. & Feb. Martio atque Aprili florentem obseruauimus, pro natura & clementia hiemis. Communiter tamen Martio floret: Sed dorum gemmas seu germina statim post autumnum promere solet, qui mox hieme, si clemens sit, alioqui ineunte vere, partuntur. Folia post flores demum exeunt. Tandem æstate & baccæ quæ Augusto magna ex parte rubræ factæ maturantur. Subinde folia amittit.

Vires & Vitis. Prodidit *Tragus* seu *Chamelæa* [intelligit autem hanc de qua hic agimus] quosdam agyrtas & impostores non paucos ad orcum mittere vidisse. Eiusdem iudicio *Pilula* quas è *Chamelæa* *Mef.* & *Serapio* conficiunt, ad hydropem maximi sunt momenti. Existimat decoctionem florum tutioris & minùs noxij vsus esse. Nemini tamen autorem aut magistrum hac in parte se velle esse, proficitur. Folijs cum melle tritis fordida vlcera & crustosa repurgari. Mulieres quæ formæ student, hoc medicamento vti posse: nam faciei maculas intra paucos dies illitu exterere & purgare. Nostrum consilium est, ne quis temerè vtatur *Pilulis* de *Mezere* dictis, præsertim si imponatur *Chamelæa* *Tragi*, quia non paratæ sunt vt decet. Qui *sinagma* *Tragi* vult vsurpare in magmatibus, caueat nec inflammet faciem, & pustulas excitet ipsis maculis deteriores. Nam erodentis & admodum inflammantis est facultatis. Folium vnũ suæ recens suæ siccum comestum pituitam viscidam per deiectiones vacuare, vomitum mouere & menses *Matth.* tradit. Baccas quindecim potu assumptas efficaciter purgare. Folium in nares inditum sternutamentum excitare. Cum passulis folium vnum masticatum, à capite pituitam & saliuam ducere. Nimirum hæc ipsæ sunt vires quas suæ *Daphnoidi* tribuit *Diosc.* quas mutuatus *Matth.* suæ *Laureolæ* applicat. Vt iam aperte videant *Studio*si, quantum ei sit fidendum. Dosis baccarum periculosa, & quam ipse non sumpsisset, nec sine noxa alijs propinasset.

Matth. non fidendum multa fingenti. *Dodonæo* folia, cortex, radix, & fructus sunt calida & sicca ad tertium ferè gradum, eiusdemque ferè qualitatis cum *Thymelæa*. Folia, inquit, purgant potenter & violenter per inferiora pituitam & humores biliosos ac aquosos, his vti officinas loco foliorum *Chamelææ*. Eadem vires habere baccas, easque commanfas tantum calorem ac feruorem in faucibus relinquere, vt vix potùs copià restingui possit. Ideò hanc plantam sine dubio nocuam esse hominibus, cum sit vsque adeò calida, vt vehementer violenterque operetur, ideoque lædat & noceat partibus internis. Huius folia præparari vt folia *chamelææ*; eademque ratione præparandos esse fructus & corticem, si sumendi exhibeantur in aliqua medicina. Idem in hist. lat. scribit, officinas Germaniæ & Belgij huius folijs (si quando opus sit) vt pro *chamelæa*, quod citra errorè fieri possit, quod & *Cam.* repetit. Menses quoque ducit, vt perhibet *Schvvenckf.*

Cortex verò aduersus *Quartanam*, *Hydropisim* & venena pro se cū *Saccharo*, vel liquore aliquo bibitur, corrigitur *Lacte*, vel *Aceto*. Experimentum qui volat? Nos non facile periculum fecerimus, nisi deficientibus alijs medicamentis, aut in casu desperato eius vsum suaserimus idque cum magna consideratione.

Suspectum porrò nobis est & illud *Ant. Roiet* medicamentum, quod peste laborantibus exhiberi tradit. Foliorum, inquit, *Laureolæ* exsiccatum pondus coronati, plus minùsve pro ratione virium agroti, per biduum in aceto macerant, & bibendum præbent, quod sudorem mouet, vomitum & aluum: & hac ratione venenum expellit. Suspectum vt diximus, est nobis hoc medicamentum: si eo vtendum esset, velimus potius folia *Laureolæ* macerata per biduum in aceto cum alio liquore propinare.

Nam vel *Pen.* & *Lob.* testibus, ac ipso ad eò sensu, fauces, œsophagumque [aliter quàm *Euphorbium* *Gesner.*] adurit, diu multumque vexante impressione. Non minùs hæc per aluum deijcit crassum viscidumque *Phlegma*, & intestinorum ramenta abradit quàm *Laureola*, cui non dispar, sed vehementior facultas inest, eademque in aceto maceratio ad corrigendum debetur. Sic enim vtuntur etiam Medicorum quorundam præcepta *Pharmacopœa*. Quare [inquit] idem] facit hæc virium expensio, vt minùs quis putet *Chamadaphnen* legitimam. Quippe quam *Diosc.* *καλααλίαις*, id est, capitis doloribus & stomachi ardoribus mulcendis commendat, vt interpretis vertit. At si vlla ratio iniri queat, quæ tam feruida planta pro *Diosc.* *Chamadaphne* agnosci queat, ea interpretatione commodiore & veriore videretur sita: namque *καλααλίαις* & *σομάχου ἐγκύπτου ἀσθην*, id est, capitis doloribus & stomachi vstionibus accommodat, vertas, non incommodo sensu intelliges folia rufa admotaque capitis dolori, puta à frigore, vel flatu, mederi: Stomachique vstionibus faciendis admoueri, ad diurnas fluxiones sistendas aque stomacho auertendas: vt *Paulus* ex *Antiquis* docet faciendum, lib. 6. de stomachi vstione, ferro vel caustico non vrente actu, cuiusmodi sunt fungi, aut nigri *Agarici* frustilla, aliaue *Inibi* scripta, quibus non secus atque folijs huius vsi sunt *Antiqui*. Sic *Diosc.* magnum præsidium putat *Arabicam* vocatam vstionem à Græcis, quæ fieri solita fuit spirillis caprinis, oleo feruenti immisissis, & pollicis cauo inustis. Sic illi.

Nobis nondum verisimile videtur hanc esse *Diosc.* mentem, estque valdè longè petita hæc interpretatio, nec consuevit aut opus habuit *Diosc.* ab *Arabibus* discere, quos nec vidit nec agnouit. Quæ nostra sit aliorumque hac de re sententia cap. de *Chamadaphne* declarabimus. Non enim concedimus, hanc de qua hic agimus, esse *Chamadaphnen* *Diosc.* Nec tacendus tamè alius vsus quem *Moibanus* inuexit, in cuius *Antidotum* aliàs *Saxonicam* vocatam aduersus venena eius radix quoque in aceto macerata venit, quam *antidotum* alio commodiore loco referemus.

CHAMELÆE HIRSVTÆ NOMINE DATA.

CAP. XXXVI.

CHAMELÆE nomine, & Gallicè Bois Gen-til, id est, Ligni nobilis nobis datam (non

Bbb 3

Diosc. antea-pret.

Arabicæ vstio quælibet.

vsus ad venena.



recordamur à quo] plantam in sicco nostro herbario inuenimus & etiamnum asseruamus. Fruticis parui speciem habet, vti præcedens: Caudex lignosus, rami palmares, nigricantes (in sicca.) Folia similia ferè cum præcedenti Laureola folio deciduo, breuiora tamen, & multò angustiora, in acumen desinentia, nõnihil hirsuta.

bium accendens. Aliqui non rectè Laureolam vocant. Facile nascuntur: crassior enim radice & tenax est cortex. Item de Collect. simpl. Laureolam puto species in monte prope Curiam, parua, angustis folijs, paulò maioribus, quàm Rosmarini, flosculis purpureis odoratis, vt in Zyland, Cauliculus lignosus est, non vltra septem digitos altus. Floret Iunio. Considerent periti an Gesn. de duabus plantis scribat, an de vna tantum. Item an intelligat Thymelæam Cordi vel Cneorum Matth. fruticosum, potissimum per eam Laureolam, quæ prouenit Curia: Icon à Gesn. addita Thymelææ minori Cordi non quadrat cum Cneoro Matth. Stirpium studiosi obseruabunt circa Augustam Vindel. & Ratisbonam, Thymelæam minorem, & conferent cum Cneoro fruticosa Matth.

Tragus de sua Thymelæa sic scribit: *Kellershals & Zeilandt Germ. Latinis nonnullis Linum silu. Olinella & Leo terra: apud Diosc. θυμαλάια & χαμαλάια: Plin. Pyrosachne, Cnestron & Cneorum vocari tradit. Syri Apolinum nuncupant: Hyginus Casiam. Liparonis cuiusdam Aetius mentionem facit, qui & Cnestron nominari tradit. Num verò ad hunc fruticem & pertineat appellatio, minime constat. Fructus Thymelææ *Craun Gnidium* vel *Cocum Gnidium*, vt loquuntur Offic. appellatur. Errant Recentiores, qui *Cocognidium* ex Chamelæa nasci existimant. Multò maiori in errore versantur, qui Chamelæam cum Daphnoide seu Laureola confundunt, ac si ad vnam & eandem herbam vtraque appellatio referenda sit. Vid. Cristoph. de honestis & Jac. Manlium, super Confect. Mezereon. Frutex est, arbuscula intarprosilens, virgis multis, tenuissimis, tripedaneis, aut breuioribus, folijs exiguis & pinguibus, flore candido, fructu rotundo, seminibus Cannabis haud maiori, linguam si mandat adurente, non aliter atque Chamelæa de qua proximo capite. Non vbique obuia est, sed incultis, altissimisque montosis & siluis prouenit. *Hæc Tragus cui id euenit quod reprehendit in alijs. Laureolam folio deciduo bis pingit, pro Chamelæa & Thymelæa vti dictum, licet neutra possit esse: nec eius Thymelææ descriptio respondeat iconi, quæ fortè ex Diosc. desumpta, ipsis plantis non probè cognitis, vel sanè superficialiè consideratis. Considerandum tamen an fortè intelligat Thymelæam minorem Cordi modò dictam.**

An Apollo de hac Rad. i. p. 96. Thymelæa ex qua Granum Gnidium, Chamelæa simillima: An item Anguill. in epist. Thymelæa ex qua fructus Cocum Gnidium dictum. Adeò superficialiè vel intricatè de his tradunt, vt quid statuendum nesciamus.

THYMELEA MINOR CORDI

CAP. XXXVII.

Descriptio.



Folia.

Thymelæa minor Cordo, paruulus est frutex, plures ab vna radice imitens virgas, longitudine pedales aut dodrantes, per terram stratas, lentas, flexiles, & distractu contumaces, folijs numerosis, vndique vestitis, figurâ oblongis, vtrinque acuminatis, crassiusculis, superius viridibus, inferius pallidioribus, Olea

Sapor.

Myrtique folijs multò minoribus, ac potius fruticoso Polio similibus, paulò tamen maioribus, gustu glutinosi. Flores, Sole Taurum occupante, producit in summis virgis oblongos, inferius angustos, superius in quaterna folia parua se pandentes, è purpura in puniceum atque candicantem colorem vergentes, densos: & ab vno principio sese in Corimbo diffundentes, suauiter odoratos, & mellis aliquem odorem redolentes. Floribus singule succedunt bacce. Radice nititur longa, candicante, neruosa, lenta, flexili, infragili & perenni: gustu ad aliquot horas fauces & palatum Coccognidii modo excafaciente & scarificante. Nascitur frutetosus & muscosus tam planis quàm editis locis: nonnunquam etiam sub Iuniperis. Copiosa autem circa Vindelicorum Augustam, & Ratisbonam.

Flores.

Radix. Sapor.

Locus.

Chamelæa falsa.

An de hac Gesn. de hort. Piper montanum in Italia multis vocatum, quod nostri Zyland, Dod. Chamelæam falsam? eiusdem species alpina minor superiore autumno hortulo meo commissa, viret etiamnum. Vis vtriusque caustica, omnibus partibus os & palatum non aliter quàm Euphor-

CNEORVM MATTH. SVFFRVTES.

CAP. XXXVIII.

Pro Cneoro, exhibet Math. plantam Thymelææ Monspellulanæ aliquatenus similem, ex radice crassa, nigra, plura lignosa virgulta, dodrantem circiter alta, ramola, cortice nonnihil rufescente recta proferentè: in quibus potiss. circa fastigiū folia conferta, virètia: Thymelæa multò breuiora; robustiora, glabra, neruo vno secundum longitudinem donata. Flores ramulorum extremis insident multi, simul congesti, purpurascens, ac interdum albi, quorum singuli Lilach Marthioli floribus formā non absimiles, ex oblongo tubo in quatuor



tuor laciniis radiatim dispositas facientes. Placet & diligentissimi & peritissimi Herbarii Clus. descriptione subiicere. Elegans, inquit, suffrutex, cui multi sunt rami graciles, flexibiles, lenti, furculosi, ab ima protinus tellure emergentes & humi diffusi. Folia nullo ordine disposita ramulos ambiunt, viridia, cutanea, Thymelææ veræ proxima, ingrati primum, deinde amari saporis, nullâ aut perexiguâ (quantum quidem gustanti deprehendere licuit) acrimoniâ prædita. Flores in summis furculis, sex, septem, aut plures, conferti, quatuor foliolis constantes, ex rubro purpurascetes, Centaurij minoris florum penè æ nuli, ingrati etiam & amari saporis, aspectus tamen pulcherrimi, atque odorati, caput (si diutius naribus admoueantur) tentantes: ijs succedit fructus exiguus, Thymelææ fructui haud dissimilis, non ruber quidem, sed candidus: oblongiusculus, semen continens cinereâ membranâ tectum, rotundum, Thymelææ grano par. Radix longa, minimi digiti vt plurimum crassitudine, interdum nigricans, maiore verò ex parte flauescens, lenta, supernâ parte nonnunquam gracilior, vnde rami flexibiles & humi dispersi emergunt, & subinde secundum alarum caua, latis crassis fibras flauescetes agunt.

Matth. in com. cum magnis icon. Lat. & Ital. iconem proponit huius plantæ nomine cneori Matth. ubi scribit: inuenisse se in Bohemiæ siluis plantam, quæ omnibus partibus suis cneorum candidum referat: flores in furculorû cacuminibus purpureos, odorati Testiculi odore &c: In epit. sua iconem ponit diuersam à præcedenti, pro cneoro candido: de quo agemus suo loco, nempe capit. de Ocymoide vel saponaria minore. Hanc non describit, sed tantum ait: cneori candidi, de quo meminit Theoph. hic imaginem damus, vt qui chamælæam faciunt, ad mentem redeant. Profectò in ipsomet mens requiritur, qui sibi parum constans quod affirmavit audacter in dubium reuocans, aliam plantam pro Cneoro, nempe herban, à prædicta toto genere differentem exhibeat, parum memor eorum quæ prius traderat. Certè camer. in Epitome Matthioli figuram omisit. C. Bauh. in auctis & illustratis Matth. commentarijs l. i. c. 13. Cneorum prius fruticosum posuit, addens: Cor. lum fortè nomine Thymelææ minoris exprimere voluisse: is nihilominus illustrans Matthiolum, l. 4. c. 167. cneori titulo herba iconem ponit adiectis adèò his Matth. verbis: Cneorum de quo meminit Theoph. nullis deficientibus notis misit ad me Româ vir quidam nobilitate clarus, cuius imaginem hic appingi curauimus, vt qui chamælæam & Thymelæam cneorum faciunt ad mentis sanitatem redeant. Est autem ea icon reuera Ocymoidis minoris. Vtrum

iam verum erit cneorum Matthioli? frutex ne hic descriptus, au dicta iam herba? Vt merito de stirpium historiis meritissimus Clusius in hæc verba proruperit. Matth. hunc fruticem pro cneoro albo Theoph. proponit. Cum verò quale sit difficulter indicari possit, cur huic stirpi cneori nomen accommodare voluerit, multi mirantur.

Postrema Com. editione l. 4. aliud nobis Theophrasti Cneoron adfert, nullis, vt ipsius verbis vtat, deficientibus notis. Sed cum nudam tantum imaginem, addito, cneori nomine oculis subiiciat, illiusque historiam planè subiceat, si parum fidei ipsius assertioni adhibuerimus, nemo, vt opinor vitio vertet. Cæterum, addit Clus. nisi in hac planta, (cuius & ipse satis elegantem figuram exhibet) acrimonia, quæ quidem sensu percipi possit, abeset, ad Thymelææ genera aut ipsi congenerem suffruticem referendam esse censere. Nonnulli rustici Streinroselin / hoc est, Petra in Rosulam vocant. Nos autem antè monuimus cap. de Thymelæa minore Cordi considerandum esse, an Gesnerus hanc fortè intellexerit nomine Laureola parua, cuius descriptionem ibi posuimus.

Est verò id notatu dignum, quod obseruauit Myconus, medicus Barcinonensis, rei herbariæ studiosissimus à nullis animantibus, fruticem hunc attingi aut arrodi. Et cum mille huiusmodi plantas foliis & floribus onustas viderit, nullam vnquam reperire potuisse asserit, in qua præcisum aut arrosolum aliquid fuisset.

Braun apud Tabern. ponit iconem hoc titulo: De Bellerghals aut Zeiland. Cassia Matth. Chamelæa species: subiungit duas descriptiones, & postea duas icones Thymelææ, de quibus postea Cassia, quam vocat, Matthioli, descriptionem omittit, quam inuenisset apud Matth. sub Cneoro, sic parè oculatus vno capite diuersas plantas confunde ns se & alios fallit: qui leget caput eius quod 91. est l. 2. vix intelliget an in descriptione priori intelligat Cassiam, vt vocat, an Thymelæam.

Prouenit Cneorum Matth. vt tradit Clus. in multis montibus Viennæ vicinis tantâ abundantia, vt rusticæ mulieres, dum floribus abundat, multos eius manipulos in forum venales adferant, cum aliis varii generis floribus, exornandorum tricliniorum gratiâ. Nascitur etiam in Pannoniæ siluis editiore loco sicut ultra flumen Râbum siue Arabonem. Frequens etiam crescit quibusdam sicciorebus pratis Francuforto ad Mœnum vicinis, præsertim silua quadam quercubus confita, circiter miliare infra eam urbem ad sinistram fluminis, inter Ericas, vbi illam candidis etiam floribus variantem conspexit Clus. cuius etiam manipulos rusticæ mulieres in foro venales proponunt.

Aprili plerumque florere solet, nonnunquam etiam Maio. Fructus maturus est Iunio. Adèò autem fecundus est hic suffrutex, vt sæpenumero ter eodem anno floreat, nouis floribus semen sæper consequentibus, quod probè maturum, bis eodem anno de vna eademque planta collegit idem Viennæ Austria.

Camer. testatur Cneorum Matth. sibi in horto è semine natum: sed non docet an herbaceum intelligat, an fruticosum. Duo enim Cneora habet Matth. eaque valdè differentia, si probè meministi quæ antea scripsimus. C. Bauh. suffruticem intelligit.

Toscanus Carolus pharmacopœus Burgundus in Campagniola, diligens stirpium indagator, flore albo & purpureo ad nos misit nomine Balsami

Sequit.

Fructus.

Radix.

Icon Cneorum Matth. Locus.

Matth. & Bauh. in auctis & illustratis Matth. commentarijs.

C. Bauh.

Clus. parum rari fide Matthioli tribuit

Petra in Rosula.

A multis animalibus attingit.

Braun quædam.

Pro coronaria Scand. tur.

Flore candido.

Tempus.

Satio.

alpini, quas in hortam E.C. Montbelg. plantari curauimus.

CHAMÆDAPHNE, LAVRVS ALEXANDRINA HIPPOGLOSSVM, RADIX IDÆA, BISLINGVA, SIVE BONIFACIA.

CAP. XXXIX.

Instituta-
tio.

Quandoquidem multi ad Laureolam referunt Dioscoridis Chamædaphnen, vt ex præcedentibus liquet, quam ipse subnectit suæ Daphnoidi: nos eum secuti, hoc loco trademus eius historiam, addentes & subnectentes his Laur: in Alexandrinam, Hypoglossum, Radicem Idæam, quæ à Diosc. pro quatuor distinctis plantis traduntur, ab alijs verò vna eademque stirps existimantur, ac putantur esse, vulgò dicta Bislingua siue Bonifacia. Quod si cui videatur hæc planta interrumpere nostrum ordinem, quo similes plantas, quantum fieri pote, iungere studemus: is sciat, facilioris doctrinæ & vitandarum repetitionum ergò nos quasi coactos de ea hic tradere. Habet tamen aliquid in quo conueniat cum præcedentibus: videlicet, nomina, baccas, & quòd sit fruticosa planta, constans virgìs hieme non pereuntibus.

CHAMÆDAPHNE.

Descriptio.

Chamædaphne, quam & Αλεξάνδρεια aliqui vocauerunt, autore Diosc. virgas promit singulari ramulo constantes, [μονοκλαύς: deerat in vulg. exempl. Latinum Ruell. ex Plin. Græcam vocem Sarac. ex vet. cod. adiecit] cubitales, rectas, tenues ac læues. Et huic quoque folia sunt Lauri similitudine, sed multò læuiora [λεπτότερα addunt ex veteri codice Lacuna & Sarracenus] tenuioraque ac viridióra: fructus rotundus, rubens, folijs adnatus: [τοῖς φύλλοις ἐπιπευκότεα.] Huius folia trita illitaque capitis doloribus & stomachi ardoribus [ἡ σωμαχὴ ἐν χυρῶσει vulg. codices habet. Sarac. legit ἐμπνευματώσει & inflationes vertit, ex autoritate Serap. qui est ipse Inflationes reddit.] quòd verisimile non sit, Chamædaphnen, cuius eadem est, Gal. teste, natura, quæ Daphnoidis & Lauri Alexandrinæ (quas vocat) ardoribus stomachi succurrere: quò eximio suo calore stomachi potius ardorem excitare debeat. Fuerit autem verò similis illam vt tormina à flatibus concitata, ita & stomachi inflationes discutere. Vbi nam legit Sarrac. Laurum Alexandrinam eximium calorem Daphnoidis habere? Galen. non videtur per Daphnoidem intelligere Dioscoridis Daphnoidem, sed clematidem 2. Præterea non omnes ardores sunt à causa calida, sed sapissimè à frigida: facilior potuit esse lapsus Scriptoris, vel Correctoris apud Serapionem, qui scripserit inflationis, pro inflammationis. Plinius etiam Dioscoridis lectionem comprobat. Quæ hac de re sit Aduers. sententia seu opinio, superius dictum succurrunt. Eadem pota cum vino tormina [σπρόφης] sedant. Succus cum vino potus, menses vrinaque ciet: idem quoque subditus in pello præstat. Dixerat autem Diosc. cap. præced. Daphnoidem quoque nonnullis chamædaphnen appellari, de qua Daphnoide purgante vt ab hac chamædaphne differenti, paullo antè egimus.

Diosc. e-
mend.
Folia.

Fructus.

Vires.
Cap. dolor.

Stomachi
Gel. ardor
Gel. inflatio.

Sarrac. re-
prehenditur.

Menses.
Vrina sup-
pressio.

Potio χαμαϊδάφνης germina tenera, inquit Gal. edi quoque solent. Est autem persimilis viribus

Daphnæ Alexandrinæ, sicut sanè & quod Daphnoides nuncupant. Quale igitur hoc fuerit Daphnoides Galeni? Certè Daphnoides Diosc. mordet fauces, nec existimamus eius germina à quoquam comedi posse. Quidam [Paulus & Serapio] intelligunt per Gal. Daphnoidem eam plantam, quæ dicitur clematis Daphnoides, & clematis secunda.

Daphne
Alex.

Galen. illud
Clematis
Daphnoides

Plinio Chamædaphne vnicò ramulo est, cubitali ferè, folio tenui, Lauri similitudine. Semen rubens admixtum: [annexum: melius ex vet. cod. testibus Corn. & CH.] folijs illinitur capit. doloribus recens. Ardores refrigerat: Ad tormina cum vino bibitur. Menses succus eius, & vrinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus. Quæ sanè Plinij chamædaphnes descriptio ita cum Diosc. conuenit, vt ex eo descripta videatur.

Chama-
daphne

Cæterum idem Plin. vbi de Lauri generibus scribit: Est, inquit, & Chamædaphne siluestris frutex, est & Alexandrina [videl. Laurus.] quam aliqui Idæam, alij Hippoglotion, alij Daphnitin, alij carpophyllon &c. quæ postea dicentur sub Lauro Alexandrina.

Parricidij
cili.

Merito autem Leoniceus Plinium carpit, qui l. 15. Chamædaphnen describit, & eandem l. 24. iterum: eidem plantæ differentes descriptiones afferens. Est enim prior descriptio in Daphne Alexandrina, non autem in Chamædaphne, l. 4. à Diosc. tradita. Esse verò Chamædaphnen à Daphne Alexandrina differentem non solè Plin. arguitur à Leoniceo. Chamædaphne tamen, vt à Diosc. describitur non multum ab Alexandrina Lauro differt: hodiè, inquit Cornar. non cognoscitur, si alia & diuersa est ab Alexandrina Lauro.

Plin. argu-
tur à
Leoniceo.

Chamædaphnen Græcis, quam Vincam Peruin- cam vocant, Plin. tradit l. 41. c. 11. & c. 27. de qua nos cap. de clematide altera siue Daphnoide. Fortè hæc ipsa fuerit de qua Theoph. l. 3. hist. c. 18. vbi tradit: arborem Eonymum magnitudine esse Mali Punice, atque folio eiusdem, sed maiori, quam Chamædaphnes. [ἡ χαμαϊδάφνη:] Gaza more suo audacter lasciuens Vincam peruin- cam reddit, Relinquendum nomen suo autori, in re præsertim non probè cognita: sed hoc non nouum ipsi, interpretis fidem excedere.]

Clematis
Daphnoides
siue Vinca
Peruinca.

Gaza inter-
prete fidem
excedit

Chamædaphne, inquit Apuleius, à Græcis quibusdam Daphnites, aliquibus verò Daphne, alijs Hydragogo seu Caragogos dicitur: Itali Mustellaginem dicunt, alij Lactilaginem: Galli Eugubim, Vfsben: In puluerem redacta mollissimum, & in aqua calida potui data aluum concitat. Annotat apud eundem Humelb. Qualis sit herba chamædaphne nos docet Diosc. & Plin. ex quorum descriptione faciliè intelligere est, non esse vulgò Laureolam Germ. Zyland, neque est herba quam nostri temporis Herbarij Vincam peruin- cam appellant. Hydragogos Apuleio dicitur, quali aquæ & humorum subductiua: in vetustis exemplaribus non Hydragogos sed caragogos scriptum est: sicque dici potuit, quòd caput, quòd Græcè χαμαϊδάφνη dicitur, à noxijs humoribus expurget. Mustellago nomen à Lauro sortita est, quam Pomp. Leneus, eo quòd Mustaceis subijceretur, Mustacem appellauit, vt autor est Plin. Lactilago dici potuit, quòd iucundo sapore, ceu Lac in cibi vsu aliquando fuerit, quòd & Paul. Eg. testatur l. 6. & l. 1. Apuleius porò temerè, nec ex literata scientia, inuitis aded medicis, chamædaphnen dicit aluum concitare: si ex aliquo autore id habet, cur non monet; quanquam non putandū peritum hunc Herbarium pariter ac medicum.

Daphnites
Daphne.

Caragogos
Mustellago
Lactilago.

Etyma.

Apuleius
ita.

[fi]

[si credere fas est] quicquam ab vilo autore mutasse, qui remedia, quae ciuibus suis, inuitis etiam medicis profuisse iactat, promulgat. At saltem docuisset nos, aut didicisset ipse, si nesciuit egregius Herbarius, quae in re differat à Victoriola sua, quam etiam Daphnetin, chamædaphnem & Mustellaginem silu. cognominat. Quid si confundat chamædaphnem cum Daphnoide? quod ei non nouum. Dubium igitur relinquatur nobis, quae sit chamædaphne Apulei purgans, & an eadem cum Diosc. Plin. & Pauli vt censet Humelbergius.

Hermol. fugillatur.

Hermol. dum nimium Plinianè scribere studet, obscuriorem reddit Chamædaphnes historiam ac suo nomine pronunciat, quae Plin. prodidit: Chamædaphne Diosc. & Plin. quae sit, non demonstrat Hermol. fugit hos scopulos, quemad. & Ruell. qui suo more ex Hermol. eo non citato sua decerpit & suffurat.

Ruell. ple-giarius.

Chamædaphnem Marcellus humilem & terrestrem Laurum interpretatur, aitque Latinis Vincam peruinca dici, ac eius meminisse quidem Theophrastum, sed tam breuiter, vt nihil possit ab eo intelligi, quam ferre chamædaphnem fructum folijs adnatum [vbi autè id scribit Theoph. locum sanè nondum inuenimus apud eum, & vix credimus extare: neque enim adèd alieni aut peregrini sumus in lectione Theophrasti, vt si hæc diceret non alicubi id obseruassemus: indagandum tamen etiam in posterum.]

Humilis Laurus Terrestris Laurus.

Apertè & ingenuè Anguil. fatetur, nondum sibi perspectum esse, quænam sit chamædaphne.

Amatusnot.

Amatus in Diosc. dicit, Chamædaphnem Hisp. Laureolam dictam, affinem esse Daphnoidei, non esse Vnicamperuinca, vt multi fallò rentur, sed aliam herbam cubitalis altitudinis, vt Plin. describit: interim quæ sit illa non docet, vnde satis pater ei non cognitam fuisse, præsertim cum nec doceat in quo differat à Daphnoide. Cornar. & Chamædaphnem, & Daphnoidei, vtramque, Plinii, Officinis & Herbariis Laureolam vocari tradit. Sed iam antea dictum nobis videri Laureolam Cornario ignotam fuisse. Præterea Chamædaphne videtur à Laureola non parum differre.

Laureola.

Cornar. repreh.

Et, vt tandem & nostrum iudicium de Chamædaphne dicamus, placet nobis opinio Fab. Columnæ, qui vult Chamædaphnem Diosc. Plin. & Galeni esse *Bilinguam* siue *Vulariam*, de qua paulò pòst.

LAVRVS ALEXANDRINA.

Huius Theoph. meminit l. 3. c. 17. sic scribens: Illa quoque propria Idæ sunt, Laurus Alexandrina dicta, & Ficus quædam, Vitisque Lauri Alexandrinæ hoc proprium est, quod in folio fructum gerat [ἐπιφυλλοχαρπὸν ἔστι quemad. & Myrtus silu. seu Ruscus [ἢ κερύσιου ὄρεϊνι. Vtrique enim fructus ex folijs ipsius dorso [ἐκ τῆς ἄνω ἑξ ἑσθῆτος ἐπι τῆς ἄνω &c.] enascitur. Hic obiter Theophrastum ridens Scal. Festiuum vocat εἰρανοῦς: Nam (addit) Quomodo Idæ fuerit propria Laurus ea, quæ Alexandrina nominatur? Pro Theoph. & pro se responsum habes apud Plin. l. 5. c. 30. quem consules. Idem Theoph. eadem paulò aliter circumscribit, cuius verba Græca lubet ascribere, non ad ostentationem, vt quibusdam id solemne visum, sed quia vel ipsis Latinis sint magis significantia, & nescio præ iis quam ἐνέργειαν habent.

Theoph. varie contra Scal.

sic ait: ἐν τῇ ἰδίᾳ φύλλῳ χαρπύρα περιεληφῶτα τὸν χαρπὸν, ὁσπερ ἡ Ἀλεξανδρεῖα δάφνη ἐπιφυλλοχαρπός. Quorum verborum sensum minùs fideliter expleuit Gaza, sic inquit: fructiferaque nonnulla fructum folijs interceptum vel pediculo tenus tantum gerunt, quales sunt eæ, quæ ad foliorum insertionem seu exortus angulum, fructum exerunt. Plinius ita: Quædam fructifera eo modo, vt fructum veluti sinu foliorum suorum comprehendant. Lenocinium addas cum Scal. molliusculè sic: Quorundam inuolucro, aut sinu fructus obducitur adèd, vt ipsa (folia) fructifera dici mereantur, quemad. Alexandrina Laurus, in folijs vel super folijs fructum ferens.

Gaza repreh.

Audiamus & Plin. Est inquit (& chamædaphne silu. frutex: est & Alexandrina, [Laurus] quam aliqui Idæam aliqui Hippoglotion, alii Daphnetin, alii Carpophyllon, alii Hypelaten vocant. Ramos spargit à radice dodrantes, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quam Myrti, molliore & candidiore ac maiore, semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponticam, nec nisi montosis. Id quoque quod Daphnoides &c. Dixerat autem iam priùs: accedit in topiario opere Taxa [Laurus] excrecente in medio folio paruulo, veluti lamina folii. Item alibi. Laurus Alexandrina siue Idæa partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus: secundas etiam pellit, mensesque eodem modo pota.

Laurus Alexandrina Plinio. Laurus Idæa.

Diosc. illustr. Laurus Taxa Plin.

Adeamus Dioscoridem: Laurum Alexandrinam, inquit, alij ἰδæα, alii δαφνή, alii τὸ πύλλωτον, alii ζελειαν, alii denique σεράνη vocant. Folijs est Myrti siluestris [ὀξύμυρτον] seu Rusci similibus, maioribus tamen, mollioribus & candidioribus: fructu in medijs folijs [ἐν μεσοῖς] Ruell. inter folia: maluit cum Plinio loqui, quam sibi præstare auctori] rubro, ciceris [κικέρωνος] magnitudine. Ramos verò per terram [ἐπὶ γῆς] spargit (fortè rectius è terra emittit, aut supra terram profert) dodrantes, interdum etiam maiores: radicem similem Rusco [ὀξύμυρτον] maiorem tamen, odoratam & molliorem. Nascitur in montosis. Eius radix succurrit in difficili puerperio drachmarum sex [alij quinque] pondere in vino dulci pota. Succurrit & vrinæ stillicidio vexatis, & menses educit. Pro quibus postremis verbis habetur: ἀγρίη δὲ ἡ αἰμα Sanguinem extrahit: Sarac. per quem nihil aliud quam menstruum cum Plin. & Cornar. intelligimus. Illud non omittendum: pro eo quod folijs quam Rusci maioribus diximus, in Græco haberi μεζονα.

Menses.

Danae. Hypoglotion Zalea.

Descriptio. Diosc.

Marcell. vertit minoribus quasi legisset μεῖονα: sed malè, ad stipulante etiam Cordo, immò Plin. quoque & Serapione, hoc speciatim, qui Laurum Alexandrinam & Gar Alexandrinam vocans nihil præter Diosc. & Gal. verba transcribit. Corrupti igitur codices putandi qui μεῖονα habent. Galen. Daphnem herbam vocat δαφνὸς τῆς πόας inquit, quam & Daphnem Alexandrinam appellant, temperatura euidenter est calida, & gustantibus acris simul & subamara, potaque tum vrinæ tum menses prolicet.

Difficilis partus. Vrina stillicidiosa. Menses.

Marcell. not.

Daphne herba Gal. Sapor & temperam. Apuleius taxat.

Apuleius cap. de Victoriola sua Laurum Alexandrinam cum Daphnoide confundit, ac etiam, vt suspicamur, Chamædaphnem, vt iam priùs latius ostensum.

Cæterum Laurum Alexandrinam & Laurum Taxam eandem plures esse cum Hyppoglossis & Bonifacia seu Bilingua statuunt: de qua re postea specialiùs trademus. Cornar. verò negat Laurum Alexandrinam esse Hyppoglossum, sed

diuerfas esse vult, illamque hodiè ignotam.

LAVRVS ALEXANDRINA.



Item dirimens de Lauri Alexandrina elegantissima planta ingenue proferram [inquit Lob. Adu. part. 2.] qua vidi opera Ioannis Parkinso Pharmacopœi Londinensis, qui ramulum eius non dissimilem Bislinguae mihi communicauit, delatum ex horto Medico Pisano. Hæc ramuli pars non excedebat longitudinem vnciarum quinque, septenis foliis alterno situ,

non exaduerso, ut habet effigies Matthioli & Lugdunensis, prædita; nervolis utrinque, rigidis ut Hippoglossi: inferioribus ternis, aut quaternis, vncias duas longis, & plus vna latis, in mucronem Rusci modo, fastigiatis; medio averso folii crassiore nervo, specimine flosculi pallidi gemmato, sine pediculo, & ligulato, bilinguiue foliolo, [fructus enim mediis foliis amplectitur Theoph. auctore] ubi semen Bonifaciæ, siue Hippoglossi minus profetre dicitur, donatis; ternis vero superioribus vnciam latis, & sesquiunciam longis, mucronatis, utrinque item nervosis sine flosculorum rudimentis.

HYPOGLOSSVM, SIVE HIPPOGLOSSVM.

Dioscoridi ἡ ὑπόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ, exiguus frutex, foliis Myrto siluestri [μυρσίνη ἀγρία καὶ λεπτή λευκή albæ Dal.] & tenui similis. Comam [κόμην δὲ. Adu. putant leg. ex Plin. κοιλῆ, id est, concaua] verò spinosam habet, & in summo ceu lingulas secundum folia. [καὶ ἐπ' ἄκρην ὡς περὶ γλωσσίδας, ὡς τὰ τοῖς φύλλοις. Dal. monet sic habere quædam exemplaria: ἐπ' ἄκρην, καὶ ὡς περὶ γλωσσίδας ὡς τὰ τοῖς φύλλοις: sicque legendum putat. Lacun. ex vet. cod. sic. καὶ ἀπ' ἄκρην ὡς περὶ ἐπιγλωσσίδας ὡς τὰ τοῖς μικραῖς ἐν τοῖς φύλλοις. in foliis. Quidam al. γλωσσίδα ἐκφύσεις μικραῖς. vet. addit μικροῖς. Coma caput dolentibus vtile amuletum creditur. Malagmatis radix expressusque succus admiscetur.

Diosc. dicitur lectio.

Cap. dolor.

Cæterum diuersimodè scribitur ab Autoribus. Bas. cod. & Paris. ἡ ὑπόγλωσσον habent, & Marcell. Hippoglosson. Apud Gal. & Paul. ὑπόγλωσσον. quæ lectio nobis magis probaretur, maximè cum ei consentiat etymon à Gal. simpl. s. redditum, his verbis: ὑπόγλωσσον ὀνομάσκει ἰδίῃ ἡ τῶς, ἵτι ὡς τὰ τοῖς κορυμμοῖς ποιεῖται γλωσσαίων: Hippoglosson ex eo nomen traxit, quòd summis illius Corymbis proximæ velut ligulæ innascuntur.

Diosc. cor. lectio.

Plin. Hippoglossam vocat, quamuis quidam Hippoglosson in vet. cod. legi notent. Folia habet [inquit] siluestris Myrti, concaua, spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeunte de foliis. Hæc

malè à Plinio dici Dalech. annotat, quòd id nunquam dicat Diosc. de Hippogloss. Lauro taxæ folium paruum exire de foliis, quod in alio nullo genere Lauri videatur, Quasi verò Plinio nihil aliud scribere permissum sit quàm quæ Diosc. habet. At habet Hippoglossum, saltem quòd hodiè vulgò Herbariis ita dicitur, folium paruum ceu linguam è maioribus foliis exeuntem. Aut docere debuit Dalech. in suis annot. in quo differat Hippoglossa à Lauro Taxa Plinii, aut tacere. Næ facit interdum Dalech. intelligendo, ut nihil intelligere videatur. Qui si hunc accusat, quòd linguam suæ Hippoglossæ tribuat, idem est, ac si negaret, nominis vim clarè id exprimere, quòd miramur alioqui in tanto Græco & Herbario, qualem ipsum fuisse constat. Pergit Plin. Capitis dolorem ex his [foliis] imposta minuit. Item paulò post Ideæ herba folia sunt, quæ oxymyrlines &c. ubi sanè hanc eadem intelligere videtur. Iamdudum verò Alexandrinam Laurum ab aliquibus Hippoglossion vocari monuerat. Vide sub Lauro Alexandrina.

Dalech. m. darg.

Plin. non illustr. & redib. De tech. Stud. cat.

Antirrhin. Anachan. Lychnid. presli.

Marcell. in Diosc. sua versione retinet nomina quæ postea ab alijs reiecta fuere, nempe hæc. Sunt qui (Hippoglosson νεπε) Antirrhinò, qui Anarrhinò qui & hanc Lychnidem agrestem vocent. Romani pariter Græcis Hippoglossum appellat. Idem addit Rusci, quæ siluestris Myrtus est, folia habere Hippoglossum omnes testantur. Ea non adedò grandia sunt, & præter id in cuspidem acuminata desinunt. Eam ob causam, siue magnitudinem, siue equorum linguæ figuram in ea voce [Hippoglosson] intelligas, nulla in folijs ratio eius erit. Nec si etiam, ut in Plin. adhuc legitur, Græcam præpositionem, ἡπὸ coniunctam linguæ à Græcis fuisse credideris, Dioscoridis historia respondebit: ἐπ' ἄκρην enim, id est, in summo lingulas exire hic ait ὡς τὰ τοῖς φύλλοις, id est, secus & secundum folia: quæ hic intelligit in caule suprema. At caulis desinens non folia profert, sed conferctæ lanuginis potiùs quàm foliosa coma in latitudinem se aperiens inuolucrum: non aliter quàm in spicatis aliquibus seminibus & floribus fit. Differt tamen à spica quòd rotundæ, quatuorue plerumque angulis spicæ surgunt: in hac quòd vltimum in caule exit, in latitudinem se explicat. Et quoniam humanam linguam imitatur, idedò Hippoglossum quasi grandis lingua dicta. Hæc Marcello origo nominis & causa est. Quæ licet Plinij historia aduersari videantur, (ait enim, & in ijs ceu linguas folio paruo exeunte de folijs) meminerint tamen omnes, inquit Marcell. sequi nos Græcos Scriptores, præcipueque Dioscoridem, & in vertendis, eius verbis, quam debemus illi fidem præstare, qui ἐπ' ἄκρην ὡς τὰ τοῖς φύλλοις, prodire linguas ex Hippoglosson dicit, quòd est in summo & secundum folia: non ex folijs, sed ex summo caule, qua parte desinunt folia, exire ea dixit. Id enim ἐπ' ἄκρην aperte significat. Cæteræ appellationes, ut idem sentit Marcell. ex similitudine aliqua, verum importunè, illi acruerunt. Vult igitur Marcellus, Hippoglossum neque à foliorum quæ Rusci similia habet magnitudine, neque ab Equine linguæ figura dici, neque Hippoglossum à Plin. rectè nominari, cum ἐπ' ἄκρην, id est, in summo caule proferat, quæ humanam linguam imitantur, unde Hippoglossum, id est, grandis lingua, nuncupandum.

Cer. nat. 107.

Hipp. Lug. repub.

Ruscifol. quiphyll. corpus.

Origonim. nis Hippoglossi Marcell.

Fab C. in Hipp. Lugd.

Marcellus primo.

Hipp.

Idem Diosc. Dico.

Cordo autore quædam Diosc. exemplaria Hippoglossum habent, sed malè. Nam nomen suum ab Hippoglosside inuenit: propterea Marcellus malè Hippoglosson legi censet, qui nequaquam etiam

etiam verum Hippoglosson in suo commentario indicat. Nescio enim quam spicatam lanuginem inducere conatur, cum tamen nullus unquam autor alicuius lanuginis, vel spicæ, in hac herba mentionem faciat. Mihi profectò Hippoglosson, siue Hippoglossidion, siue Hippoglotton eadem esse videtur cum Lauro Alexandrina. Hæc Cordus, cui partim cōsentit, partim refragatur Hist. Lugd. scribens: Marcelli mentem non satis intellexisse videtur Cordus, quum scribit: Marcellum Hippoglossum malè legi censere: imò Hippoglossum legi vult. Multò verius dixit ille, Marcellum nequaquam verum Hippoglossum indicare: præterea cum eodem Cordo sentio, cum præpositione Græca ὑπό scribendum esse. Ita ab eodem dissentio dicente, Hippoglossum eandem esse plantam cum Lauro Alexandrina, eam nimirum, quam pro Lauro Taxa exhibuimus [videlicet Bislinguam.] Hæc Hist. Lugdunensis.

Nos comperimus apud Marcellum ei placere Hippoglossum dici, quasi grandem linguam, sed nescimus vbi velit Hypoglossum legi. Vnde autem Marcellus opinionem desumpserit, lanuginem requiri in Hippoglossò Dioscoridis, nondum intelligimus. Hist. Lugd. exhibenti Polygonati genus pro Hypoglossò assentire non possumus, vt copiosius dicemus, suo loco.

Cornarius approbat Cordi lectione, cum scribit Vetus noster codex apertè Hippoglosson habet, & non Hippoglosson, velut ferè vulgata Diosc. exemplaria. Anguil. hic rursus apertè profiteatur qualis planta sit Hippoglossum dicere se non posse: nullam plantam sibi visam quæ respondeat descriptioni, nulloque modo respondere Bonifaciam. Penæ & Lob. in Adu. Laurus Alexandrina Diosc. quæ Theoph. Ruscifolia ἰππογλωσσῆος siue super folio baccifera, ab Hippoglossò differt, vt in promptu esse dicunt ex Theoph. & Diosc. noscere: quippe fructum siue baccam coccineam medijs in folijs hæere, nullius ligulæ facta mentione vterque asserit: foliaque molliora, maiora, & albidiora quàm Rusci inesse Diosc. subdit, viresque diuersas reddit, & radicem maiorem, odoratam. At Hippoglossi radix minor &c. Vide postea de Bislingua.

Fabius Columna in Hist. Lugd. inuehitur, quod existimet Hippoglossum ab Hippoglossò differre, inque doctiores insurgat, malè illos Hippoglossi etymon intelligere asserens. Nullam quidem aliam inter illarum historias esse differentiam, nihilque ad plantæ cognitionem facere, vt ἰππο vel ὑπό dicatur, cum sciamus Plin. Diosc. & Galenum eandem plantam designare voluisse. Quod verum quidem est: sed interest tamen Dioscoridi classico & probatissimo autori genuinam & veram, non adulterinam lectionem restitui. Si ἰππο & ὑπό nihil facit ad plantæ cognitionem: at facit etymon, ad quod & Gal. respexit, exactam cognitionem, atque aded ad ipsam aded plantæ formam. Nam quicquid ille dicat, aliud est si sciam ὑπό, id est, infra folium linguam esse: aliud, si sciam τὸ ἰππο γλωσσόν, quasi equi linguam esse. Quid enim aliud denotet ἰππο, nostri magistri nos non docuerunt. Sed hæc ad pædortibus Grammaticos releganda.

Vt tandem concludamus, hoc Hippoglossum multis idem videtur cum Bislingua, de qua paulò post specialius differemus: alij negant.

RADIX IDÆA VETERVM.

Idæa radix Diosc. Descriptio. E Thanc quoque distinctam facit Diosc. à prædictis, distinctoque capite de ea tradit. Idæa

radicis, inquit, folia Oxymyrsinen (Ruscum) referunt: iuxta ipsa verò exigui sunt veluti capreoli seu pampini [ἐλακκῆς] ex quibus etiam flos emergit. Radix valdè astringens est, iis proinde conueniens quæ adstrictione indigent. Bibitur & aduersus alui profluvia, fluxumque muliebrem, & omnem sanguinis eruptionem. Sunt autem ἐλακκῆς, vt censet Fab. Columna, viticulæ parua seu petioli, ab Hist. Lugd. (cuius autorem, ἰπποχρόν, Autorem plantarum passim vocat, quasi nemo ante eum de plantis scripsisset) perperam γλωσσῆος putati, verborum proprietatem suæ opinionis impropriate extorqueute, vt planta ab ipsa depicta Hippoglosson videri potuisset.

Plin. non Idæam radicem, vt Diosc. à parte potiore, sed herbam Idæam vocat, eademque dicit: nempe Idææ herbæ folia esse quæ Oxymyrsines: adhærere his veluti pampinos, in quibus flos. Ipsam autem aluum, nescisque, [scilicet pro ἰππο γλωσσῆος, hoc est, fluxu mulierum transcripsit] & omnem abundantiam sanguinis sistere. Spissandi cohibendique naturam habet.

Idæa radix, inquit Gal. gustu admodum acerbata est: ac, si opere periculum facias, eandem vim præferet, nimirum sanguinis profluvia, alui fluxus, Dysenterias, profluum mulierum, & quæcunque eius sunt generis, tum pota, tum foris imposita curans. Quibus sanè verbis, vt annotat Columna, Gal. Idæam radicem non cognouisse videtur, cum taceat vim calefaciendi & frigefaciendi, quarum aliquam præditam esse hanc plantam necesse est: nec quod ordine, siue excessu, scribat, vt in alijs solet, calefaciat, refrigeret, & an moderata sit, vel contrarijs constet facultatibus.

Conqueritur Clusius Idææ radicis descriptionem apud Diosc. valdè multilam esse, vt difficile sit certi quippiam statuere. Quapropter non abs re alicubi maximorum ingeniorum æmulus Scalliger Dioscoridem aliquantum negligentem fuisse prodidit.

Fab. Columna Bislinguam, de qua paulò post, vult esse Radicem Idæam. Sunt alij qui velint esse plantam Viti Idææ quibusdam dictam affinem, de qua antea egimus titulo Radicis Idææ, cui vires melius conuenite videntur: non item figura folij Rusci.

Téperam. Alui fluxus: Menses imperijus.

Herba Idæa Plin.

Sapor

Dysenteria.

BONIFACIA SIVE BISLINGVA.



Neotericis Bonifacia siue Bislingua nuncupata septicubitalibus, lentis, hilari virore perfusis, striatis viminibus multis à radice adolescit, per quos alternata ferè folia, interdum plura veluti ex geniculo radiata visuntur, nunc latiora, nunc angustiora, pulchre virentia, crassiuscula, neruosa, veram

Descriptio

Folia.

Cordus nota- tur.

Hist. Lugd. vrb.

Ruscifolia epiphylla- carpor.

Fab. Colum. in Hist. Lugd.

Bislingua.

Idæa radix Diosc. Descriptio.

Flor.

Bacca.

Turiones.



Flor.

Hippoglosson.

Laurus.

Alexandri-
na.

Alexandri-
na Laurus
Snde.

Varietas.

obsequiosa, acuminata, quorum unicuique, mirabili naturæ industriâ, in medio enascitur aliud foliolum, consimili formâ, non item magnitudine, cuius è sinu flosculi ita exigui ac ita dissecti, vt veluti muscoli videantur, micat, colore herbido dilutiore, & in flauum seu pallidum inclinante: quibus delapsis bacca succedit maiuscula, quam

semel tantum vidisse meminimus Romæ in horto quodam, vbi coli à multis solet, quæ primulum rubere incipiebat. Fab. Columna paulo specialius describens Radicem Rusci similem dicit maiorem verò, à qua plures turiones, Asparagi, vel Rusci modo exeunt, cibo apti, qui postea in virgas distenduntur, cubitales ferè, vel cultu maiores, læues, virides, flexibiles, à medio ad summum vsque folia habentes formâ acutæ Myrto, Rusci scilicet, similia, maiora verò & formâ parum angustiore, ad nouella Rusci folia accedentia, viridiora & molliora: nec ita pungentia, etsi acuta sint: alternatim virgas circundant, sed quæ proximiora sunt terræ, Rubiæ modo terna circum virgas hærent. In ipsis folijs viticulae parua seu petioli enascuntur, tenues, breues, sed Rusco longiores, in quorum extremo vere flos exit herbaceus, stellatus, sex foliolis constructus, medium habens purpureum, non dissimile Rusci flori. Fructum edere minimè vidit, sicuti & amici multi, qui plantam viginti annis coluere, nec vnquam nisi florem edere animaduertent. Quod solo & cælo imputandum est: alibi enim fructus persicere rubros ciceris magnitudine, vt Ruscus asseritur. Ligulam è folio exeuntem etiam alij non obseruarunt.

Hermol. quoque acinos rubentes Rusci modo sibi visos testatur. Hippoglosson & Hippoglossam vocat. Corolla genus Hypoglottidas vocari ait, aut ex Lauro Alexandrina, quam & Hypoglottida appellabant.

Marcel. Laurus Alexandrina est: ἐπιφύλλοκαρπος, vt ait Theoph. Idea Laurus etiam dicta. Stephanon idem, id est, coronam, quod pro Lauro ad coronas fortè vterentur, dictam ait: censetque Alexandrinam Laurum dictam quod Alexander victor ea vsus fuerit, etsi Plin. Daphnoidi id tribuat.

Sciendum illud etiam, inueniri aliquando in ea simplicia folia, quæ super natum illud folium minus non habent: Sed sterilia ea sunt, manifesto argumento supernasci illud folium fructus causa.

Hypoglotton & Hippoglossidion à quibusdam vocari eandem Diosc. ait: idem monuit Plin. factumque id nomen à lingua est: nec aliud significat quam quod sub lingua habetur aut huiusmodi quippiâ. Credit Marcellus potuisse quondam sic dici, quod ad siccandam linguæ nimiam humiditatem in pueris fortè vterentur. Idem Laurum Alexandrinam non separat ab Hippo-

glossio Diosc.

Hippoglosson hodiè vulgus italicam Bonifaciâ vocat: multi paginam Linguam, autore Ruell. Hippoglossum Vuularia Brunf. Laurus Alexandrina Theoph. & Epiphyllocarpos eidem: cuius duo genera constituit: vnum quod duplici folio constat: aliud quod simplici folio est: duas quoque figuras habet distinctas, nomine maris & feminae.

Tragus quoque Laurum Alexandrinam Diosc. dicit, & à Theoph. ἐπιφύλλοκαρπος eleganter dici ait: Hunc secutus est Euritius Cordus in colloquio suo de herbis: Ruellium notans quod non cognouerit Laurum Alex. cum Hippoglossio eandem esse: à foliolo, inquit, Lingulae aut Vuulae appendicæ simillimo apud Germ. nomen inuenit Zappflintraut, hoc est Vuularia: dicunt etiam Zappfenblat & Rockenblat. Suspicitur etiam eandem esse Chamædaphnen Diosc.

Fuchsius quoque Daphnen Alex. & Idæam vocat, Germ. hauefblatt / & Aussenblatt / Theoph. ἐπιφύλλοκαρπος & Apulei Victoriolam: quod od mirum eâ pro Lauro in triumphis & victoriæ signum vterentur, quanquam in eo capite Apul. Daphnoida cum Victoriola confundat.

Cornar. nimis audenter pronuntiat in Vuularia nullum fructum comparere, alij viderunt, vt Tragus, nos & c:

Hippoglossum, tradente Turnero, Offic. & Herbariis Vuularia vulgò dicitur & Bonifacia. Accedit multam ad Laurum Alexandrinam dictam: sed illud lingulas & semen habet in folijs: Hæc verò duntaxat fructum inter folia, non autem lingulas. Videntur ergo in hoc differre. In monte Athos, vbi Hippoglosson frequens, teste Bellon. dicitur Coraco Varano, id est, Gallicè herbe de la Corneille: Herba cornicis.

De Lacuna quoque opinione, Hypoglossum, seu ἐπιφύλλοκαρπος, vt legi ait in quibusdam codicibus, non est idem cum Lauro Alexandrina, vt quidam putarunt, quia, inquit, ea non producit ex folijs parua folia, sed tantum fructum. Is duas icones proponit ex Matth.

At Amato Hippoglossum, Hisp. Lengoa de Caualhor est idem, nisi, inquit, quod plerumque in Hippoglossio ex maiori & verò folio minus folium è medio non oriatur: quod si illi inesse aut nasci contigerit, nunquam inter illa duo folia, fructum illum rubrum gigni videbitur, qualem in Lauro Alexandrina oriri percipimus. Eâ de causa Laurus Alexandrina à Theoph. Epiphyllocarpos nominatur, quam nonnulli masculum. Hippoglossum verò feminae dicunt. Lauri Alexandrinae folia longè quam Rusci sunt maiora, quamuis in nonnullis exemplaribus Diosc. per Marcellum versis non sine mendo legatur minora folia quam Rusci.

Guiland. quoque suam opinionem habet: Laurum Alexandrinam (infit) fructum inter folia serere contra veterum autorum sententiam dixit Matth. Diosc. ἐν μέσσοις φύλλοις nasci cum rectè tradente, atque Theophrasto ἐπιφύλλοκαρπος asserente, quicquid dicat Plin. Non modò non differt, quod Matth. negat, Laurus Alex. & Hippoglosson, sed nec Chamædaphne. Hippoglottidis coronæ mentionem fecere Plato comicus in Ioue: Theodotus in Atticis dict. & Pamphylus in libris de nominum compositione, quam ex Hippoglossi folijs constituisse satis apparet. Nec me mouet Gal. Paul. & Diosc. separantes. Dod. duas species tradit reperiri, nempe præter Hippoglossi, Bislinguae alia adhuc species, in qua ex doctorum testimo-

nio

nio foliolum non accrescat folio: hanc hippoglossum fœminam, illum, marem dicit: tamen vnam tantum figuram habet. Idem ὑπὸ γλώσσῳ, Recentioribus Victoriolam, & σαρκῶ ἀλεξάνδρειαν & σαρκῶν ἰδαίων ab Ida Troadis monte, quæ & Alexandri Troas dicta est, eandem iudicat. Nec referre ait, quod Diosc. de Hippoglossō vno loco, alio verò de Lauro Alexandrina scripserit. Nam de vna stirpe quandoque sub diuersis appellationibus separatimque locis agere Dioscoridem & alibi à se ostensum, veluti cap. Tussilagine. Nec etiam refert (addit) quod Ruell. verso habet femina inter folia exire, aut quod talem iconem Ruellianæ interpretationi respondentem Matth. exhibuerit, fructu videlicet & longis pediculis. Ruellii autem conuersionem non esse fidelem & ipse Matth. postea agnouit. Mirum tamen tam falsam & imaginariam iconem in suis commentariis relictam fuisse. Hæc ille. Verum de hac Matth. icone plura dicemus cap. de Polygonato ramoso.

Lonicer. in sua historia more suo duas icones Bislinguæ ponit pro diuersis plantis, nimirum priori titulum faciens Zapffenfraut / quam dicit Laurum Alexandrinam & Victorialem: alteri capit. seq. Jungenblat / Hippoglossum. Idem in comment. l. 4. c. 127. in Diosc. euidenti repugnantia dicit Hippoglosson, id est, equinam linguam sibi incompetam: & c. 142. tradit Laurum Alexandrinam Germ. vocari Zapffenfraut & Hohenblat. I nunc si lubet, & eiusmodi varianti Scriptori vel potius nugatori nescio, fidem adhibeto.

Ryffius quoque in Diosc. bis ponit eandem iconem, sed non pro diuersa planta: scribit se Laurum Alex. Diosc. eandem putare cum eius Hippoglossō. Verum nescimus quid sibi velit cum ait, Nec me fugit nullam in ea qua vna medeatur familiaritatem inueniri, à qua tamen ei inditum nomen, vt hinc etiam Germanis Vuulæ folium dicatur: immò ne aliquem quidem foliorum vsus. Quid hoc est? quomodo conueniunt cum his quæ sequuntur? Sub lingua teneri solita sunt folia, vel hodiè, non tantum apud Insuabres vt Marcell. ait, aliasque alibi Gentes, sed etiam in Germania nostra fit, quoties abundantem puorum saliuam & distillantem in fauces humiditatem, vnde vel prolixa columella, id est, vuulæ, vel fauces balbutie linguæ impedimentum oritur, cohibere & siccare opus est. Sanè, vt ipsa locutio satis obscura, sic contradictio satis manifesta apparet.

Gesnero melius Hypoglossus, quam Hippoglossus scribitur, quam & Laurum Alex. vocat, & cum Rusco aliquid cognationis habere censet. Ceterum Laurum Alexandream Diosc. quæ Ruscifolia Theoph. (vt annotant Aduer.) aliam esse ab Hippoglossō, cuius in promptu est: De Theoph. & Diosc. nosce: Hippoglossi siue Linguatæ radix minor, gracilior, breuior: foliū tenue, paruum, cui medio quasi cauo aliud foliolum, linguæ instar, insitum: aculeo rigido, infesto, mucronatum vtrumque, inter quæ bacula etiam rubra Rusci visitur, suspiciendo naturæ, propter raritatem, opere. Quare versionem Plinij legenti, satis liquet, diuersas esse plantas, lectionemque Hippoglossi apud Diosc. luxatam fuisse: videturque Plin. legisse, non κομῆν, sed κοιλῆν, id est, non comosa, sed caua folia, siue inflexa, cuiusmodi planè sunt etiam nostratis Bislinguæ siue Bonifaciæ.

Senensis quæ ingenij est opulentia & liberalitate, vbi ceteri Scriptores putarant descriptio-

nem, nomenclaturamque geminam esse, duxerat vnius & eiusdem plantæ, non solum dedit, vt par fuit, Bonifaciam pro Hippoglossō, sed insuper duas commentus fuit. Alteri nempe affixis affabrè lingulis, quam postea, prudentior factus, delendam curauit: Alteri datis in petiolis longis baccis, quam Sigillum Salomonis merito suspicantur, in illumque quæsi impostorem ignarum debacchantur isti Critici, quod toties, totque annos, cum versarit aut versare debuit diligenti, ac fidei manu, oculis, ac ingenio hæc plantam, tandem non animaduertit Theophrasto & Diosc. Lauro medijs in folijs fructum, non in petiolis inesse: sed illam demptam, quasi foret à se fictam commentarijs penultimis, commodiorem multò fuisse: quippe cui similibior est ea, quam quidam Herbariorum peritissimi in hortis colunt & veram affirmant Alex. Laurum.

Sed argumenta quibus negant Aduer. Bonifaciam seu Hypoglossum esse Laurum Alexandrinam, nobis videntur parui momenti: & quod aiunt, folia Hippoglossō esse spinosa, quod & Clus. dicit, id negant Cæsalp. Dod. & Fab. columna: Verum hi fortè describunt cultam, illi siluestrem & spontaneam, cuiusmodi fere cultis solent esse rigidiores aut hispidores. Lectores videant, quæ antea de Lauro Alex. tradita.

Anguillaræ iudicio Laurus Alex. nihil aliud est quam Bonifacia: & alibi tradit Hippoglossum non conuenire vilo modo cum ea quæ dicitur Bonifacia & Bislingua: nullam ferre comam spinosam, nec ex corymbis prodire vllas linguas. Matth. in com. in Diosc. l. 4. c. 142. Bonifaciam seu Bislinguam scribit non esse Laurum Alex. aut Idæam, vt existimat Fuchs. in suo comm. de plant. historia. Quippe Laurum Alex. è foliorum umbilico nullam exerere linguam: sed tantum fructum rotundum, Tiliæ modo, longiori pediculo appensum, proferre. Idem postea c. 142. Si, inquit, Laurum Alex. & Hippoglossum vnam & eandem plantam esse sensisset Diosc. vt quidam existimat, superuacuum erat de iisdem diuersis & proximis capitibus differere: diuersas quoque vtrifquenotas assignasse. In Lauro Alex. nec linguarum meminisse nec aculeorum è folijs prodeuntium: ferre fructum rubeum inter folia, non autem in medijs folijs. Ex his notis, tum ex viribus, quæ in hisce duabus plantis maximè pugnare deprehendantur, omnibus abundè constare arbitratur, hallucinari eos, qui putant vnam & eandem plantam esse. Se equidem illam, cuius dat figuram, legitinam Laurum Alex. censere. Huic alteram adiecit, quam & ipsam haud dubiè Laurum Alex. fore: si huic fructum in medijs folijs innasci concedatur. In Epit. primò pro Hippoglossō ponit, & postea pro Lauro Alex. Sed sciat lector primam omnium iconem Matthioli pro Lauro Alex. positam esse Polygonatum ramosum, de quo alibi trademus. Secunda similis est Hippoglossō, sed in ea fructus appingitur sine foliis, quam in comment. cum magnis fig. Lat. & Ital. omisit, fortè quia contrariari videbat suis verbis, quibus dixit, Laurum Alex. non ferre fructum in medijs folijs, sed inter folia, contra manifestum textum Diosc. & Theoph. Plinium potius & Ruell. sequi maluit, vt tueretur suum Polygonatum ramosum, cui malè in hist. Germ. tribuit nomina & vires Vuulariæ, seu Bonifaciæ. Camer. in epit. eiusdem Matth. omisit quoque alteram Laurum Alex.

C. Bauh. in vltima Matth. editione tradit Hippoglossum duplex esse, alterum in quo fructus pediculo, alterum in quo folio insidet: quod etiam

Idæa vnde.

Matth. falsam imaginariam.

Lonic. not.

Lingua equina.

Ryffius taxat.

Rusco cognata.

Laurus alia diuersa ab Hippoglossō.

Bislingua spinosa.

Matth. impostura.

Pena & Lob. opinio reiecta.

An folia spinosa.

Bonifaciam non esse Laurum Alex. Fuchs. not.

Matth.

Hippoglossum duplex C. Bauh.

ponit in sua Matth. editione nomine Lauri Alex. 2. Idem insuper in Animaduers. in Hist. Lugd. monet Laurum Taxam cum Lauro Alexandrina vera non confundendam esse, cum diuersæ sint, vtramque se à D. Agerio habere: aliam fructum habere cum pediculo, in altera fructum insidere folio. Sed num Bilinguæ vulgari, quia pediculum habet fructus, iccirco folio non insidere dicemus? Cæsalp. & Clus. meminerunt quidem Hypoglossi siue Bilinguæ sine medio folio aut glossario, fructu ex petiolo pendente. Glossaria nobis videntur facere differentiam, non pediculi.

C. Bauh. not.

Cæsalp. opinio rescit.

Polygonatum ramosum.

Laurus. Taxa. Manardus not. Laurus Fraxinea. Manardus repreh.

Taxa unde dicta.

Chama-daphne.

Laurus Alex diuersa à Bilingua. Hist. Lugd. error.

Alter error.

Tertius lapsus.

Laurus Alex esse Hypoglossum.

Dalech. not.

Cæsalpin. equidem, vt industrium Botanicum, mirari satis non possumus Laurum Alex. Diosc. à Lauro Alex. Theoph. & Plinii distinguentem, ac putantem polygonatum ramosum eam esse, atque aded Rusco affinem dicere, quam longè differentem alio loco trademus. Paulò antè dictum Penæ & Lob. Bilinguæ folia esse pungentia, quod negat Cæsalpinus.

Manardus, vt obseruauit Hist. Lugd. pro Lauro Taxa Plin. Laurum Fraxineam vel Fraxinum Lauream (vtrum enim velit non satis explicat) legendum esse censet, quoniam Lauri folio Fraxineum simile sit. Sed cum inter tot Lauri genera nemo vnquam Fraxinum retulerit, nec Lauri Fraxineæ vllus vnquam meminerit, percutari debuerat, quamnam esset illa Laurus Taxa, potius quam Plinii lectionem sine ratione mutare.

Laurus Taxa Dalechampion ca est, quæ Matth. & Dod. Hippoglossum. Lauri & Taxæ appellationes optime conueniunt: Lauri quidem à Laurinis foliis figurâ: Taxæ verò à colore, figurâ, magnitudine fructus, qui Taxi baccas omninò refert. Dalechamp. chamædaphnem esse non sine multis & validis rationibus arbitratur. Ex eiusdem sententiâ, Hippoglossum Diosc. ac Galeni & Hippoglossa Plinii est frutex diuersus à Bilinguâ: (intelligit polygonatum) Laurus Alex. Diosc. & Theoph. etiam diuersa. Hæc Hist. Lugd. vel eius confarinator Molinæus: qui pro Lauro Alex. ponit iconem matth. in qua fructus sine ligulis foliis appicti: nescimus an Dalechamp. fuerit eius sententiæ quam ei attribuit: si ita est, indigna pfectò opinio tã docto viro: aliquid statuere ex sola iconè à Matth. proposita, cuius nulla extat descriptio, ac ne loci quidem notatio, vbi vel à Matth. vel à Dalech. visa, temerarium iudicamus: quamuis fortè possemus. Nolumus tamen ex umbra metiri rem, quod aiunt. Præterea Hippoglossum illud quod exhibet, de quo cap. de polygonato agemus, non est frutex. Argumenta eius contra Cordum putantem Hippoglossum & Laurum Alex. eandem esse plantam, cum F. Columna parui facimus: quandoquidem pro iis proponit icones plantarum sibi incognitarum, vt suam struat opinionem.

Clusius veram Laurum Alex. nunquam vidisse ingenuè fassurum se scribit, si ab eâ quæ vulgò Bilingua dicitur & Hippoglossum Dioscor. esse censetur, diuersa sit. Theophrastus enim nusquã Hypoglossi meminit, sed Lauri Alex. duntaxat. Eidem Clusio Dalechampii Laurus Alex. quam baccis in medio foliorum impressis, nec vlla epiglottide tectis exhibet, valde suspecta est: an ipse similem viderit dubitare videtur, sibi sanè nusquam inspectam fatetur. Memorat in vlt. sua historia, anno 1596. misisse ad se virum eruditissimum Sim. de Touar Hispalensem medicum, speciminis gratiâ veræ Lauri Alex. folia cum suis baccis, ad Theoph. descriptionem paulò supra memoratam ad amissim congruètia: atque postea

ab aliis qui ex Italia redierunt, istuc in quibusdã hortis satis frequentem eam plantam admonitus fuit.

Tabern. quoque Hippoglossum & Laurum Alex. eandem censet, duplicem faciens marem & feminam, quæ mari valdè similis sit, nisi angustioribus & acutioribus esset foliis. Duas icones habet satis bonas c. 137 & 138: Nostre sunt ex Guarnianis emptis.

In quo differat familia à matre.

Nic. Braun apud eundem Tabern. posuit iconem Bonifaciæ sine foliolis ex folio, addens hæc verba: Cur Autor (Tabern.) hanc herbam Laurum Alex. Matth. nominet scire non possumus, quandoquidem ille improbat eorum opinionem qui hanc herbam Laurum Alex. vocant. Matth. Laurum Alex. posuit Tabern. inter Polygonata, weis wurtzel.

Sed notari poterunt, ait Marantha, qui Bonifaciam vulgarem pro Lauro Alexandrina depingunt quando hæc ramos in terram spargere debebat, at Bonifacia in rectum magis ramos profert, ac propterea Hippoglossum potius censenda.

Calumnia medicæ Anginæ.

Tandem & industrium herbarum exploratorem Fab. Columnâ paucis audiamus. Is tradit nullam sibi repertam plantam, quæ ad radicem Idæam Diosc. folio Rusci referri queat, quam illam quam depictam exhibet: [est autem Bilingua: eandem nimirum cum eâ quæ à nobis proposita.] Eandem, inquit Vereres, Diosc. & qui sequuti sunt ipsum Gal. & Plin. Hippoglossum appellarunt. Hippoglossum autem, Laurum Alexand. Laurotaxam, & Chanædaphnem eandem plantam cum Radice Idæa censo: nec nisi nominum diuersitatem habere à Scriptoribus diuersis impositam, quam Diosc. & qui sequuti sunt cum non animaduertent. Valerius Cordus in eâ est opinione, vt Hippoglossum & Laurus Alex. eadem planta sit, quam etiam Hist. Lugd. autor reicere conatus sit, non tamen suum consecutus est finem.

Radix Idæe Diosc.

Valerius Cordus in Silecia manaribus Bobo p. lent. Radix laica. Partus filis. Menstr. Calcei. Pueri. Pulatiz. Herni.

Gaudet vmbrosis & montanis: frequentissima in Liguria alpibus, Vrbinati agro, & quibusdã siluosis montibus, Matth. spontè etiam nascitur montosis, saxosisque & asperis, incultis Genuæ, Portus Lunæ, Sauonæ, Nica, aliisque alpinis sterilibus calidiorum tractuum: Aduers. Est & in monte Athos frequens: Bellon. Apud Germanos non prouenire Brunfels. scribit, causam suspicatur cœli qualitatem illi contrariam. Ex Vngaria adfertur. Clusio autore, in montibus nascitur, & abundanter quidem in monte imminenti oppidulo cui nomen D. Georgij, in Transdanubiana Pannonia, tribus ab vrbe Posonienfi miliaribus, inuenitur: vnde Rhizotomi plurimam adferunt Viennâ, & eius vrbs mulierculis vendunt: nam magno illis est in vsu, præcipuè autem ad vuz procidentiam. In Silecia hortis viret ex collibus Pannoniæ Danubianæ allata: teste Schuencckf. Patauni quidam in hortis colunt: Romæ abundant hortu, vt notat Lacuna, vbi & à nobis visa sub Maij finem baccula iam rubere incipiebat. Visa nobis etiam Florentiæ florens April: Ferrariæ in horto Monasterij S. Dominici al' Angeli: Bononiæ in horto di S. Saluator alijque. Habuimus aliquando in horto Illustriff. Cels. Wirtemb. Montbelg. missam cuidam industrio Botanico & Pharmacopoeo ex Burgundia: verum non diu durauit. Gesnerus refert in hortis satam prouenire quidem, sed pumilam manere neque fructificare. Radix quidem satis crassa, carnosa & geniculata cum sit herbam viuacem ostendit. Rarò tamen si Camer. credimus vltra annum vel alterum in horto, vt pote nimis montana, durat.

Locus.

Vind. modus. Ceteri. In Olyma. Entero. pueri.

Tempus.

Dysuria. Radix. pusa.

Satio est plantam.


Quæ

Vires & vius.

Quæ Veteres de Lauri Alex. Hypoglossi, & Chamædaphnes virib. tradidère, licebit vidère in præcedentibus. Libuit enim ibi particulatim cuique suas, vt illi fecerunt, tribuere, ne in re dubia & tam controuersa, vt patuit, temerè & præter mentem illorum Veterum scripta, quod plerique magna securitate facere solent, temerè dispensemus.

Sed quid Recentiores de Bonifacie viribus tradiderint, nunc videamus. Est ei, teste Marcello Virg. acrimonia & calefaciendi vis, ideòque Priscis ad siccandam linguæ nimiam humiditatem in pueris adhibebatur, vnde Hypoglossi dictam putat. Insubres aliqua Gentes aliqua eodem autore, in balbutientibus pueris vtuntur eâ: iubentque sub lingua habere mares duplex eius folium & sæcundum: simplex verò & sterile illud fœminas: quod superstitione carere vix credimus. Germani, vt obseruat Tragus, in faucium Vlcerebus & humectâ supra modum Columellâ & anginâ duntaxat hodiè vtuntur. Herba & radix in puluerem redacta, exsiccat manantia & fluentia vulnera ac vlcera, quemadmodû vulgaris Aristolochia. Cornu usum eius ad Columellam prolapsam leuandam prædicat. Constat, inquit Cordus, certissimis vulgi experimentis Vuulariæ radicem etiam si cæcâ bubones in peste maturare. Hinc est, quod macticam vim Hippoglossi radici Autores tribuunt. Vuularia difficulter parientes epota adiuuat, menses cit, & calculos pellit, quæ licet omnia vulgi experimenta sint, tamen easdem etiam facultates Lauro Alexandrinæ Autores ascribunt. Tradût ex vino potam strangulatibus vteri succurrere: herniis ab prolapsu interaneorum extuberantibus mira celeritate mederi: siquidem dissiliencia iungit protinus, sed infibulandus est æger, aut fasciandus primis diebus, ne rursus foras intestina prorumpant, suadente Ruellio. Ergo Recentiores, vt annotauit Matthiol, longè pluribus cõmendant viribus Hippoglossum, quàm fecerint antiqui Scriptores: nam vt illi tradunt, in vteri affectibus magno datur iuuamento. Quo fit vt strangulatu vuluæ laborantibus mulieribus radicis aut herbæ puluis cochlearis mensurâ ex vino vel iure haustus præsentaneo remedio operam ferat. Est & ad puerorum enterocelas, si eidem & Cæsalpino credimus, præstantissimum medicamentum, si diutiùs diluculo hauriatur puluis idẽ sesquidrachmæ pondere ex maioris Symphyti decocto. Verùm id fumentibus euenire scribit, quòd primis tantùm diebus ad eò ramicem pulsare percipiant, vt intestina foras prolabi velle videantur: quare subcingulis, fasciis & fibulis reprimentibus, roborantibusque primis diebus vtendum esse. Mira sanè eius vis, si his Autoribus habenda fides, ita protrudi intestina. Suspicamur bonos hos viros ex malè intellectis Ruell. verbis ita dixisse, cuius tamen nec is nec alius meminit, quod legerimus. Huius etiam tam rare facultatis non meminit Dod. qui ex Baptista Sardo recitat vires huius stirpis ad suffocationes ex vtero, & intestinorum ramices vehementer commendatas. Pen. & Lob. vires eius ad calculum dysuriâsq; eximias celebrant.

Nonnulli appendunt hanc herbam pueris, vt nimia illorum humiditas exsiccetur.



RVSCVS.

CAP. XL.



Ruscus duorum drantum, nonnunquam etiã duum cubitorum altitudine densis viminibus, lentis fractuq; contumacibus, & striatis fruticat, iisque in multos ramulos diductis in quibus confertissima folia, Myrtinis paria, rigidula, nervosa, mucrone infesto pungentia, nullo pediculo ramis hærentia, parte

Descriptio

Folia.

Fructus. Semina.

Asparagi.

Radix.

prona ad latus inflexa, vt non sursum & deorsum, sed dextrorsum sinistrorsumque spectare videantur, dura & robusta: sapore amara, & adstrictoria vi efficacique pollentia, ad quorum medium flos minimus, per breui pediculo hærens, enascitur, qui vbi primùm oritur, aciculæ nodulum figura sua exprimit: expansus verò trina latitudo foliola, inferiore quidem sui, auersaque parte, folium, cui quasi stragulo incumbunt, respicientia, lintris in modum excauata, sinuataque ostentat omnia, reliquis interim tribus, quæ trinorum instar radiorum sunt efformata, in angustum apicem desinentibus. Florem deinde fructus sequitur rotundus [non item folium] Asparagorum baccis maior, rubescens, subdulcis, sub cuius pellicula bina latent semina magna, fulua, alterâ parte gibbosa, alterâ plana, insignis duritie, ita vt si in pauimentu coniciantur resultent, & vt ait Lob. vix vlli frangenti ictui cedant. Succrescit quotannis noua Asparagorum simillima prologo, aromatica aliquantulum, amara, vt annotat Lob. Radices crassæ, obliquæ, implexæ, fibras demittunt crebras, Asparagorum fibris similes, albas, longas, & amaras: Trago: Dod. verò gustu dulce quiddam respicientes.

Hanc ipsam plantam Dioscorid. μυρτις ἀγείας, Myrtus Myrti syluestris nomine describit: Quidam & Lyla. Oxymyrten dicunt: folium inquit, fert Myrti, sed latus, ad formam lanceæ mucroneatum: fructum rotundum, medio folio inhaerentem, qui per maturitatem rubet, nucleumq; ossis instar durum completitur. Ramuli ab vna eademque radice numerosi exeunt, vitilium modo lenti, fractu contumaces, cubitales, foliosi. Radix Graminis similis, gustanti acerba, & subamara.

Ruell. in sua Dioscor. versione minùs appositè conuertit, baccæ à medio folio pendentes, cum Græcè legatur, χαρπών δὲ ἐν μέσῳ τῷ πετάλῳ περιφερῆ, id est, habet in medio folia rotunda: neque enim ex foliis pendent, sed ipsi adherent, vt αὐτοῦ λία τε μενά. docebit. Aut quid si cum doctissimo Saraceno legamus περιφύη: alioqui ex his vocibus, περιφύη & περιφύη alterutram redundare necesse fuerit.

Scrapio verò, postquam fructum hunc itidem

Ccc

Calumella

lucetia.

Angina.

Radix illa

Dysp.

Pulueris

ac Siccis

manantibus.

Tubo pesti-

lentis.

Radix ma-

lactica.

Partus dif-

ficilis.

Menses.

Calculus.

Vteri strã-

gulationis.

Hernia.

Locus.

Vtendi

modus in

retri sus-

tu & Her-

ma.

Enterocelo

pueror.

input

Dysuria.

Radix

pena.

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

input

rotundum esse scripsit, addit insuper, aliquantulum depressum & latum: quod tamen neque apud Dioscor. legitur, neque veritati est consentaneum. Sed longè fallitur idem Serapio. dum existimat Carpesium Galeni, quod vocant Cubebas, idem esse cum Myrto agresti Dioscor. quam etiam Cubebam vocat: quod facillè deprehendit, qui conferent verba Gal. de Carpesio cum Diosc. Myrto filu. seu Rusco. Ut mirum sit Serapionem eò oscitantæ lapsus, ut diceret: descriptionem Galeni Cubebarum esse eandem cum descriptione Myrti agrestis Diosc.

In Vet. Diosc. titulo habetur: *ἡ μύρτινος ἀγρία, ἢ ἡ μύρτα κἀνδρῆς*. Exordium verò capituli, tale uterque Vet. Sarac. codex habuit: *μύρτινος ἀγρία ἢ ὄξυμύρτινος ἢ ἀσπάζαζος* & *νεοδαλῆς δὲν ρηπικὸς ὄν καρπὸν ἔχει πειριεῖν, ἔρῳ δ' ἐν τῷ πεπαιωμένῳ, τὸ ἐν τῷ ἔρῳτα ἐστὶν δὲ καρπὸς ἀπορώτερος τῆς ἡμέρας, ἢ ἀπαρακτώτερος κλωνία κυρτοῦ δὲ & c.*

Inter reiectanea Diosc. quæ tamen aliqui retinent, sunt hæc nomina: *μύρτα κἀνδρῆς*, *ἰερόμυρτος*, *ὄξυμύρτινος*, *μυάκωνδα*, *ἀροῖος*, *σάκκος*, *μίνθη*, *καταγγέλλος*, *ἀνδρόγελος*, *ἀκαίερος*, *ὄκνηρος*, *κίνη*, *λαχλῶ*, *χαμαιπίπτος*, *χαμαικόρη*, *βοιωπία*, *ἰσορῖνῆς*, *πρωφίται*, *ζήθος*, *ἡρακλέος*, *ρωμαῖον ῥόσκον*. Confusa sanè nomina, ut sono ita significatione, differentiarum farrago, sine dubio ab ineruditorum barbarie & inconsiderantia inueta, alioqui dissimilibus admodum plantis, si pauca quædam eximas, quæ huic quadrare queant, conuenientia. Proinde non malè, nostro quidem iudicio, quorundam doctorum calculo, [quamuis id alicubi, ut & hic fortè, citra delectum factum videatur] expuncta atq; reiecta.

Idem Diosc. c. statim sequente Lauro Alexandrinæ tribuit folia Oxymyrtsines, sed maiora, [quamuis quædam exempl. pro *μείζονα* habeant *μείζονα*.] molliora & albidiora. Radicem eidem quoque similem, maiorem tamen, & odoratam & molliorem. Item cap. de Phu: Adulteratur [inquit] Rusci [ὄξυμύρτινος] radicibus admixtis. Sed facilis est cognitio. Duræ enim sunt hæ, & ægrè frangi possunt, citra omnem odoris gratam iucunditatem.

Idem denique Hypoglossum, Myrto sylvestri [*μύρτινος ἀγρία*] similem ait. Quin & Theoph. hanc apertè satis insinuasle videtur, *κεντρομύρτινος* nomine, sic scribens: Lauri Alexandrinæ illud proprium, quòd in folio fructum habeat, sicut & Ruscus: [*κεντρομύρτινος*] utriusque enim fructus ex folii ipsius dorso enascitur. Idèδ *ἐπιρροδικάρπα* dixit, quia fructus ex circumplectente folio velut conceptaculo emicat, ἢ, *ἢ πῶς ἀπορροῦσιν τὸ ἀλλοῦ δὲ πῶς ἐστὶν*. Gaza circumscriptio quæ nobis non placet: eam vocem expressit, fructum foliis interceptum gerentia. Nililo felicius, ut dicebamus, Marcellus Virg. folia inter se fructum amplexa. Nam quid sibi vult illud: folia inter se? Nec vocis vim, nec rem graphicè designat.

Virgil. *horridam Ruscum*, & *aspera Rusci vimina* dixit: & *cuspidatam vertice Myrtum*. *Horridam* quoque *Ruscum* dixit Colum. in suo Poëmate Geoponico. Porro Myrti sylvestris acceptio ambigua, quæ nunc veram Myrtum spontè nascentem, nunc Ruscum denotat, in errorem non semel adduxit Plinium, ut nōn distingueret. Idem quoque parum scitè Ruscum Latinorum ab Oxymyrtsine Græcorum diuersum esse putauit, ut abundè cognoscat qui ea considerauerit, quæ lib. 23. cap. 9. prodidit. Hic rursus Ruscum quæ & Oxymyrtsine dicitur, manifestè cum sylvest. Myrto, spontè passim nascente confundit.

Ruscum, inquit Verrius apud Festum, amplius

paulò herba est, exilius virgulto, fructibus non dissimile Iunco. Huius colore mulieres uti solitas, meminit Cato.

Scio, inquit Hermol. fructum huius Cubebas Maurice vocatas credi: quod quàm verum sit, diligenter animaduerti cupio, præsertim ab iis dissentiens, qui id affirmant. Nondum inuenimus apud Serap. Oxymyrtsinem esse arborem ferentem Cubebas, ut dixit Leoniceus. Minori, inquit Leoniceus, errore dubitauit Plinius, nunquid Oxymyrtsine esset Ruscus, an alia arbuscula, tanquam sylvestris à Myrto fatua differens, quam Serapio Arabs affirmauerit, Oxymyrtsinem esse arborem ferentem fructum, qui apud Arabes Cubebe vocatur. Neque eo tantum fallitur Serapio, quòd Oxymyrtsines fructum, de qua scripsit Diosc. putet esse Cubebas, sed ob id etiam, quòd Carpesium, de quo Gal. non autem Diosc. facit mentionem, Cubebas esse opinatur: nam neque idem est Carpesium atque Oxymyrtsine: & licet Arabes, in quorum numero etiam est Auic. pro Carpesio Cubebas accipiant, aliud tamen significare Carpesium apud Græcos, quàm grana illa minuta, quæ Arabes Cubebas vocant, indicat Gal. in lib. suo de Theriaca ad Pisonem. De Carpesio plura alio loco scribemus.

Marcellus Ruscum propter usum aduersus mures *Myacantham*, id est, Murinam spinam dictam fuisse censet: Theophr. culpdatam Myrtum dicit notat: sicque potius dicendum iudicat, quàm spinosam.

Mirum Oxymyrtsinem, à Gal. Paulo, & Actio in simplicium censu præteritam, id quod & Cornar. obseruat.

Multi [inquiunt Monachi in Mes.] decipiuntur credentes Myrtum agrestem esse Cubebas, inter quos Simon Ianuensis, Pandectarius, & Luminare maius, dum volunt Myrtum albam, Myrtum agrestem siue Ruscum esse Cubebas, Burungi, Abrungi & alia plura. Myrtus alba non est Myrtus agrestis: Diosc. separat. Ex Serap. apparet Myrtum agrestem non esse Abrungi: duo enim habet capita. Cubeba autem apud Græcos Carpesium vocatur. Miramur fatuitatem quorundam Iuniorum, qui conantur probare Myrtum sylu. esse Carpesium, id est, Cubebas. Capiti Serapionis de Myrto agresti ab indocto & malo interprete inscriptus titulus de Cubebis; quæ in calce capituli Serapionis scribuntur, interpretis iudicantur verba: quia interpres, scilicet Simon Ianuensis, in sua clauis in ltera Kubebe, eadem verba ad literam [falsè tamen cum autoritate Serap.] ponit. *Hæc Monachi*. Quod si verum est, ut ipsimet quoque fatentur & asserunt, Cubebas esse Græcorum Carpesium, certum est Serapionem Myrtum sylu. siue Ruscum vocasse Cubebe, quicquid fatagant Monachi, non distinguentes Galeni Carpesium à Myrto sylu. Diosc. ac proinde temerè culpam in interpretem reiicientes.

Matth. quoque, Lacuna & Camer. consentiunt Arabes Cubebas vulgò dictas cum fructu Rusci confundere.

Ruscum Anguillara opinabatur esse Serap. Cubebas, & secundum eundem Galeni. Sed & hic ipse error ex Arabum confusione ortus, ut sentit Camer. Nullum enim dubium, apud Serap. ut dicebamus Ruscum & Carpesium Galeni vocari Cubebe, si communis versio vera, & quod plus est, inter se confundi.

Eucharius Bruscum spinosam arborem dicit, ut de re sibi ignota temerè pronuntiasse videatur, nisi fortè intelligat Agrifolium, quod Ruell. & Ryffio

Cubebe Serap. Myrtus filu.

Lectionis Diosc. & Oxymyrtsine.

Myrtacantha Myrtus sacer. Oxymyrtsine. Myacantha. Agonos. Scipius. Mimtha. Catagelus. Anangelus. Acaros Ocyros. Cine. Lichens. Chamapity. Chamamyrtus. Cyrenia. Genus Heraclæi. Ruscus.

Diosc. superflua nomina sæpè citra delectum reiecta. Centromyrtsine Theophr.

Gaza & Marcell. cuspidat.

Horrida & aspera Ruscus. Pliniterrores.

Ruscum Verrius.

Rusci fructum non esse Cubebas Hermolao.

Plin. nos.

Serap. tab. xat.

Alter Serap. erro.

Auic. repreh.

Cubeba Arabum.

Murinam spinam. Cuspidatam Myrtum.

Ianuensis Pandectarius & Lumin. erro. Burungi. Abrungi.

Serapio cuspidat.

Monachi exploduntur cum Serap. eiusque interpretis defenditur.

Ruscus boreus Agrifolium Ryffio. Lanicer. Matth. prob. T. urum. Turner. Hill. L. Jugillat. Murina. Cuspidata Myrtus. Synon. Lingu. Scop. g. Myrtus. Corn. gatur. Locu.

Ryffio dicitur Rusci 2. genus, & Ruscus arbore-
scens, de quo suo loco.

Apud Ryffium est falsa icon: nec vnquam eum
vidisse talem Ruscum certum est. Et tamen au-
sus est Lonicerus eandem iconem ponere sub ti-
tulo Rusci Officinarum, & ignorantia maiori ad-
dididem, Ruscum quo Pharmacopœi apud nos v-
tuntur, differre à Rusco vero, non enim ferre fru-
ctus, vt ille ex foliis, sed ex particulari pediculo:
quanquam vbi hunc pediculum viderit, incom-
pertum habeamus. Profectò ridiculum quod ait,
Ruscum horrendo suo aspectu Vespertiones abigere
seu arcere, qui non considerauit id accidere,
ab infesto foliorum densè hærentium spiculo,
quorum punctu abiguntur.

Turn. conqueritur Matthiolum Ruscum nimis
angustum, Myrtum nimis latum foliis pinxisse.
Sed in ipsa quoque Turneri historia error com-
missus, in qua figura apposita nomine Sabinæ,
videtur ad Myrtum referenda, quamuis parum
bona.

Fab. Columna apertè testatur, nullam aliam
Myrtum sylu. apud Dioscor. atque Plin. esse præ-
ter *μυρτιν ἀγρίαν* & *δένδρον μυρτινόν*, à Romanis Rus-
cum dictam, vt idem Dioscor. ait, & Plin. etiam
testatur, sic à Castore dictam, atque nominis tan-
tùm varietatem esse, et si plantarũ historia Lugd.
compilator aliter somniet.

Pro Rusco apud Dorsth. malè ponitur icon Vi-
tis Ider angulose, malè etiam Ruscum Germ.
Heydelbeer vocat.

Porò Ruscum, quem ineptè officinè *Bruscum*
vocant, à nonnullis *Scopam regiam* vocari scribit
Marcell. empiricus vetus autor: Scribonius Lar-
gus quoque sic vocat, & *Myrtum syluestrem*. Germ.
Neusdorn / à muina spina nomine mutato:
Item *Ruschfen* / *Brusch* & *Brusefen* / *Myrtens-
dorn* / quasi Myrtum spinosam dicas.

Had. Iun. *Beerbesien* Belg. id est, Scopas vocat.
Cordus apud Germanos nomine carere tradit,
vt mirum sit Cornar. iisdem *Wilde Myrtens-
dici*, asserere audere. Vbinam audiuit? Belg.
Steeckende Palm / Autore Had. Iun. quod nomen,
nostro iudicio rectiùs *Agrifolia* competet
& aliàs iisdem *Neusdorn*. Gallis *Brusco*, inquit
Matthiol. fortè quia ita à quodam nouitio Phar-
macopœo nomine à Latino de flexo audiuerat. A-
lioqui hic sonus Gallorum non est, qui potiùs
du Bruscus aut *Brusc* dicerent, sed Itolorum, qui
Rusco vocant. Sunt tamen qui iisdem Gallis *Brusc*
dici notent. Item *Meurte sauage* : *Frellon*. Qui-
busdam *Bouys piquant* : id est, *Buxus* pungens. He-
truscis *Pungitopi*, eo quidd circumligatus à carni-
bus mures arceat. Hisp. *Brusco*, teste Had. Iun.
Sed Lacuna notat Castil. *Iusbarba*, Portug. *Gil-
barbeya* dici. Amatus scribit Lusit. dici *Sfrendro*.
Angl. *Bneholme* vel *Bnehull*: aliis *Bucher brow-
me* / vel *Bochers Browme* : quibusdam *Peti-
gre*. Bohem. *Geblicerylaka*. Burgundi *du Fri-
con* vocant.

Dioscor. prodidit, nasci in asperis & præruptis
locis. Cordus notat in Germania nascentem à
se non visam, nec ab aliis ibidem nasci audiuisse:
propterea nullum eius Germanicum nomen ex-
piscari potuisse. At in Italia facilè & spontè sua
gignitur multis in locis, secus itinera aspera & se-
pes præcipuè propè Bononiam.

In Germania nostra seri se quidem patitur, & à
satu profilit. Semen eius & obseruauit *Tragus* per
triennium sæpe intra terram delitescens, tandè
erumpit, & in mediocrem euadit fruticem, sed

Tom. I.

fructum non profert, quod rigidiori apud nos
hyemi ascribi debet.

Norimbergæ hiemem nisi clementiorem non
ferre, inquit Camer. sed locis subterraneis asser-
uata & ineunte vere loco vmbroso collocatam
baccas rubras in hortis suis producere. Ruscum
plantauit Tiguri Gesnerus: qui cum fructum non
ferret, & multi ab vna radice coliculi prodirent,
diffraxit in quinque plantas, & partim loco vmb-
rosiore, partim magis aprico posuit. Crescut
autem [inquit] omnes, & nullum videtur solum
aspernari. Ideoque suffruticem viuacissimum di-
cit alibi, additque: Plantam vnã ante 18. annos
è Sabaudia horto secum attulisse, nescire cuius tũ
ætatis. Ab eo tempore in hortulo suo pulchrè vi-
ruisse per totum annum, [quamuis bis aut ter in
hortos translata diuersos fuisset] Vere germinasse,
& veteribus arecentibus coliculos novos prom-
psisse: floruisse etiam aliquando, & florum rudi-
menta vel hyeme in mediis foliis ostendisse. Fru-
ctum quidem toto illo tempore nullum ne in-
choasse quidem. Radicem videri talem esse, qua-
lis ferè *Hypoglossi* & *Polygonati*: ideoque tam
diuturnam pedis altitudinem non excessisse: nec
minutam nec multiplicatam, nisi vt dictum. Re-
fractos à radice coliculos seorsim germinaturos
arbitratur.

Copiosè etiam prouenit in Angliæ *Essexia*,
Cantio & *Barcia*, teste Turnero. Nos *Montpelii*
passim crescentem obseruauimus, etiam ad altitu-
dinem duorum cubitorum, maximè propè castel-
lum nouum. Inter *Lugdunum* & *Viennam* *Al-
lobrogum* spontanea frequens, & toto etiam tra-
ctui *Narbonensi*. Vidimus & plantas è semine
natas Tiguri in horto D. Io. Funckii. In Burgun-
dia quibusdam montibus asperis & saxosis nihil
frequentius, potissimùm circa *Clareuallam*, op-
pidum elegans E. C. *Wirtemb.* vnde in hortum
Montb. plures transtulimus, quæ à multis annis
iam durant: sed rariùs florent: fructum nunquam
protulere: Et quasi in eodem semper statu perman-
ent. In Italia sepibus & saxosis passim obserua-
uimus, in *Euganiis* montibus cum baccis Februa-
rio vidimus. In Belgio non nisi hortis colunt, vt &
Basilea D. *Platerus*. Floret hyeme, & fructus ser-
uat (vbi ferre solet) vsque ab alterum prouen-
tum.

Primo vere virentes & teneros admodum tu-
riones promit, qui edi aliorum *Asparagorum* mo-
do possunt, vt dicitur mox. Autumno semen per-
ficitur. Radix & tota adeò planta *Patauii* & *Ve-
netiis* copiosè vendi solet.

Folia & bacca in vino potæ vrinæ cient, men-
ses pellunt, & calculos vesicæ frangunt. Morbo
quoque regio, vrinæ stillicidio, & capitis dolori
medentur. Sed & radicis decoctum in vino po-
tum, eosdem illos præbet effectus. Porò & cau-
liculi pullulare incipientes *Asparagorum* vice ac-
olerum modo in cibo sumuntur: sunt autem ama-
ri, vrinæque cient. Dioscor. Rusci radix deco-
cta (inquit Plin.) bibitur alternis diebus in calcu-
lorum valetudine, & tortuosiore vrina vel cruenta.
[Sic *σπαργακίου* reddit. Tortuosiore igitur cum Dal.
intelligimus molestam, torquentem, quæ velut
tortuosa exit ac procursu veluti diuiso, ob crassum
humorem impactum vrinario meatui, vel ob hyper-
sarcolin in vrinæ via extumescens, lotiq;
meatum impediens.] Radicem pridè erui o-
portet, postero manè decoqui: ex ea sextarium
vini *Cyathis* duobus misceri. Sunt qui & crudam
radicem tritam ex aqua bibant, & in totum ad vi-
rilia, [virilium morbos, præsertim vrinæ difficul-

Coliculi

Act. 80.

Tempus

Vires &
Vfus.
Vrinæ
ciet.
Menses.
Calculus.
Isterus.
Vrina stil-
licid.
Cap dolor.
Cibus.
Strangu-
ria.

Collectio.
Dosis, &
tendi mo-
dus.

Nephritis. Urina fetens. tates & calculos. D.] cauliculis eius in vino & aceto tritis: nihil vtilius putant. Radix eius in honore est, decocta vino ad renum dolores pota, & difficili urinae, praecipueque crassa, & graue olenti: morbo regio, & vuluarum purgationi trita cu vino. Cauliculi quoque incipientes, Asparagorum modo in cibo sumpti, & in cinere cocti: semen cum vino potum, aut oleo aut aceto calculos frangit. Item in aceto & rosaceo tritum, capitis dolores sedat: & potum morbum regium.

Plin. error. Ceterum vehementer errat idem Plin. quando Chamamyrsines siue Oxymyrsines eandem naturam tradit, cum Oleo Myrteo, nonpe adstringentem, nimirum nominum similitudine deceptus, in quem errorem bis & diuersis locis impigit, nempe lib. 15. cap. 7. & lib. 23. cap. 4. Cum prorsus diuersa sit ac potius contraria natura Oxymyrsines seu Rusci, quae aperiens & Diuretica: & Myrti, quae cohibens & adstringens. Praeterea ex Oxymyrsine oleum fieri à nullo alio Authore proditum, non leui argumento ignoranter Plinium hanc inter se confudisse, de qua re & supra plura dicta sunt. Idem Plin. Herbis sponte nascibus inquit, vtuntur in cibis: In Italia nonimus, Fraga, Tamum, Ruscum &c. veriùs oblectamenta quam cibos. Potuit, [infit Marcellus Virg.] in vsu medicinae aliquo & sanitatis quondam, vt Dioscor. ait, fuisse. Nunc in nullo honore est. Aliquibus locis tamen scopae ad purganda pauimenta ex ea fiunt. Pueri etiam rubentes baccas ex foliis eius decerpentes ceu Ceratiis per ludum se illis ornant.

Aduersus mures. Rustica postremò plebs in carnario suspendit: tueturque eo à murium iniuria pernas & casei sui fiscellas: neque enim acuminata in cuspidem foliorum eius cacumina penetrare animalia illa audent. Sed dicat quicquid velit Marcellus, qui cum Medicus non fuerit, non mirum sensum nobilissimae, huius stirpis vel nesciuerit, vel hodie nullum esse crediderit. An igitur si ab eo aut Italia in vsu non vocetur [de quo tamen vehementer dubitamus, qui scimus Italos ad seligenda vtilissima quaeque medicamenta solertissimos esse: ecurr enim hanc negligenter, quae tam praestanti tantoperè abundant?] idè in nullo vsu ac in nullo honore esse dicemus. Amatus sanè Lusitanus radicem vsu quotidianum praedicat ad infarctus & obstructions tollendas, in quo casu & ipsi non parum conferre multoties experti sumus. Harum quoque praecipuum vsu celebrat Dod. Temperatè calidae sunt, ac essentiae tenuitate mediocriter quoque resiccantis. Vt non in Ictericis modò, secundum Veteres, sed ipsis adè hydropticis obstructionibus, magna vtilitate praescribi posse & solere sit certum.

Experimentum in Ascite, vel potius hydropis vteri. Dignum profectò notatu Bartholom. Cabrol non ignobilis Chirurghi Monspelienensis experimentum. Is Rusci radice copiosè insula in aqua, potaque manè & serè per se, & in pastu vino permixta, aliisque cibis, vt iusculis, ipsique adè panis, vnus mensis aut quinque septimanarum spatio ascitem curauit Ioannam Ianinam filiam Mospeliensem. Nam sub finem praedicti temporis ad aperta & hiante vuluà magno impetu profuxerunt aquae circiter librae [vt ille scribit] octoginta, sine vlla intermissione. Eodem morbo & remedio curata Catharina Turle, & simili planè euacuationis modo. Ac ita perfectè sanata, vt viginti etiam annos sospes & incolumis superuixerit. Sic ille notauit. Nos ex vacuationis modo ac impetu potius hydropem matricis diceremus, cum vix credibile nobis videatur tantam aquae

vim ex abdominis capacitate impetuoso & continuato fluxu, sine immensa virium ac fortè etiam vitæ iactura euacuari posse. Iudicio tamen & fidei senis ac ferè octogenarii Chirurghi nihil detractum volumus. Ipsam interim rationem Medicinæ quae τελευταιον obiter inspicere par fuit. A nobis verò eiusdem radice & Iridis atque feniculi decocti ex aqua continuato vsu, [exhibitis interim etiam eradicatiuè purgantibus aliquoties, administratisque ceteris ad rem pertinentibus, potissimum omni praeteriam dicto, interdicto potu] Textorem Seluncurtianum [pagus est Comitatus Montbelg.] sexagenarium, cui pedes & abdomen totum in immensam propemodum tumebant, ipsūque adè scrotum capitis pueri amplitudinem aequaret, vnus tantum mensis [spatio D. G. tanta felicitate persanasse, vt ipsemet, sub mensis finem pedes ad nos, & saepius postea gratiam habiturus & relaturus profectus sit. Sed per urinas pariter ac sedem ordinatis propemodum interuallis exhausta fuit aquae moles, & viscerum infarctus reseratus. Aliquot tamen annis post, satis salubriter transactis, cum ad genium rediret [erat enim homo apprimè deditus vino] eodem morbo correptus, sed tam graui, vt iam ingrauescente senio, & calore natiuo propemodum suffocato, nec his, nec aliis esset remediis locus: quod in iuniorum gratiam hic annotare placuit.

Turionum quoque propago, viscerum & ductuum sarctui vstitatissima, nec secus ac in Officinis Asparagi vsurpari solita. Semen etiam miscetur eodem scopo Benedictae laxatiuae & Lithontribis, monente Lob. Verum quia Asparagi non obscurum amaroris gustum relinquunt, in medicamentis potius quam in cibis expetuntur: sunt enim ciendae urinae aperiendisque obstructionibus perquam idonei, teste Matth. In Italiae passim ipsum fruticem in scopas concinnari vidimus: deinde fronde eius de industria carnibus, caseis, & ceteris eiusmodi circumligatà glires, mures ac vesperiliones arceri, qui vsus & Pungi topi, vt dicebamus, apud Hetruscos ei nomen dedit. Eiusdem lentis ramulis ad colligandas vites vtentur Antiqui, vt discimus ex Virgilio. Serapio ex Serapio autoritate Pauli dicit bonum gutturi esse, & adstringere ventrem: vbi autem Paulus id dixerit de Rusco siue Cubebis, vt vocat Serapio, non dum obseruauimus: fortè confundit ex Paulo plantam aliquam cum eodem Rusco, vt confundit, quod antè dictum, Carpesium Galeni.

CHAMÆLÆA.

CAP. XLI.

TAm obscura, tamque intricata est Chamælae historia, ab Autoribus tradita, vt coacti sumus, euitandae fallaciae & obscuritatis gratia antequam ad plantas nobis cognitae deueniamus, primùm ex Veterum placitis, & in genere, de ea tradere, & quidem hoc ipso loco, ob nominum affinitatem & confusionem in praecedenti cap. plus satis expositam: quanquam alias Laureolis quoque haud insubidè subiuncta fuisset.

Dioscoridi χαμηλαία [inter reiect. aliis χαμυραία μέλανα: aliis πνεύς ἀχνη, aut ἀκνήσος: aliis κόμη, νίδειο: aliis ηἰράλλειοι: aliis ἐλάυρα: Romanis Citocacium: aliis Eleago: aliis Oleastellus.] frutex est è cremiorum genere, ramis do drantalibus, foliis Oleae similibus, sed tenuioribus, densis & amaris, gustu

gustatu linguam mordentibus & arteriam lancinantibus. Idem ait Thymelæam aliquibus Chamelæam dici: ex Thymelæa esse granum Cnidiū, fallique eos, qui id Chamelæa fructum censent: foliorum similitudine decepti.

Plin. iucō-
stant.

Plin. quoque Chamelæam similitudinem foliorum Oleæ habere tradit: esse autem amara, odorata (quidam Codices legunt nigra, odorata: alii amara & odorata Herm.) in petrosis, palmum altitudine non excedere: hæc lib. 24. capite 15. At *alibi*, nempe lib. 15. cap. 7. dixerat: Oleum fieri ex Oleastro, tenue id, multoque amarius, quam Oleæ, tantum ad medicamentum vile: cui simillimum sit ex Chamelæa frutice saxoso (samentoso Cornar.) non altiore palmo, foliis Oleastri, baccisque. Hic Dalechamp. scribit: Oleæ similitudine, quæ Baccifera est, Plinium deripi: baccas non gignere Chamelæam. Verum Dalechampii censuram nobis nullius ponderis videri, indicabitur capite de Chamelæa tricocco. Plinius lib. 13. cap. 2. de Thymelæa agens, eam aliis Chamelæam dici scribit. Unde manifestum videtur, cum lib. 25. cap. 7. per Chamelæam herbam intelligere Thymelæam, de qua pōst. Multum, inquit, infra hunc succum [Euphorbii] est qui in Gallia fit ex herba Chamelæa granitum Cocci ferente. Fractus Hammoniaco similis est, etiā leui gustu os accensum diu detinens, & magis ex interuallo donec fauces quoque siccat.

Thymelæa.

Placet & Dalechamp. iudicium: ex Chamelæa foliis tasis succus exprimi potest: verum quod legitimus, præter Plin. alius nullus autor id prodidit. Eum existimat idem noluisse id vertere quod Dioscor. scribit: Thymelæam fatinam vix acerbæ succo excipi & in pastillos digeri.

Hermolai
fragmenta.
Oleastellū
Olea Cili-
braca.

Ex his Plinii placitis suum illud signum prodidit Hermol. quando ait Chamelæam fruticem esse petrosam, simillimum ei Oleum inesse ut Oleastro, ob id à quibusdam Oleastellum & Oleam Gibracam vocari, auctore Columellā, Sirapam (Oliuarum conditura antiquum genus) inde cōdi solitam scribente. Addens paulò pōst, nostri & hæc, & Thymelæam præcipuè Castam videntur appellasse Theophrast. Cneoron, Higino id apud nos Castam interpretante, cuius duo genera feruntur &c. Hæc Hermol. Ut videat & aduertat lector in quanta pericula se aliosque coniciant, qui tantā securitate aliorum scripta pro suis venditāt, nec illa tamen probè intellecta, aut suis interfuta, quod passim Hermol. facit. Quis ferat eum simillimum Chamelæa oleum facientem cum Oleastri Oleo. quanquam quid oleastrum vocitarit, eum nesciuisse facillè deprehendimus. Sed longè periculosior eiusdem error, quando putat Chamelæa esse Oleam Cibracā Colum. lib. 12. cap. 49. quamuis in nostro Basil. codice legatur Calabricam, quam scriptor ille propter similitudinem Oleastellum quibusdam vocari ait: quem Hermolai errorem, doctè sanè & solidè refutat Marcellus.

Casia.
Cneoron.
Hermol. se-
in castig.

Eiusdem
periculosus
error refut.

Heracliam, (inquit idem Marcellus) id est, Herculeam vocari etiam Chamelæam ex Dioscoride dictum, credimusque nos factum id nomen ex antiqua fabulā fuisse, quam ex Pindaro in Oleastro suo loco retulimus, quod scil. Hercules ex Scythia Coronatus Oleastro in Græciam redierit: & quoniam similis Chamelæa Oleaster sit, & Oleastro Chamelæa: idè similitudine decepti aliqui non Oleastrum, sed Chamelæam Herculeam vocauerint fruticem & Coronam.

Chamelæa
Herculea.

Adiecit quod alii omittunt, & hoc nomen, *χονοειδία μέλαινα*: chamelæa nigra: error tamen is

Tom. I.

eorum est, qui Græcarum vocum similitudine decepti, chamelæonem cum chamelæa miscuerunt. Neque enim nigredo chamelææ competit: qui colore nigro à candido discernitur, chameleon est. Et quoniam nihil in chamelæa id causā haberet, inutiles eas voces & Marcell. & plerique interpretes expunxerunt.

Chamelæa
nigra.
Quorundā
error refut.
Chamelæo.

Errasse autem in duabus his plantis non Græci tantum, sed & Arabes, & hi quidem inter medicos probatissimi Serap. & Auic. videntur: qui Mezeleon, quæ Chamelæa hæc Barbaris est, describentes, multa quæ Chameleoni debentur illi attribuerunt: & è diuerso: Poteruntque volentes id certius in Chamæleonis & Mezerei historiis videre.

Græcorum
& Arabū
error refut.

Sunt chamelææ huius appellationes aliæ quoque adductæ, sed improprie, & ex aliis plantis importunè ad hanc relata, ut specialius quoque in Thymelæa historia patebit.

Nomina
rescissis.

Ruellii errorē, chamelæam cum Laureola folio deciduo confundentis, in huius historia deteximus, quem, licet grauissimum, more suo ex Hermol. iuxerat: & ex Ruellio Tagaultius, doctus alioqui medicus. Tam lubrica solet esse securitas sui, & oscitans confidentia in alios, ut quæ primum data porta est, testis oculorum & rationis facibus, præcipites agamur in hiatum erroris.

Ruell. er-
ror.

Item Her-
mol. & Ta-
gaultii.

Sic autem hic ait: Mezeleon Serap. indubiè chamelæa est Dioscor. Mesue verò, ut pleraque omnia chamelæam cum Thymelæa & utramque cum chameleone nigro pudendo errore commisit: in quo etiam grauius peccauit eius præceptor Auic. Itaque nihil certi de Mezeleo ex eorum scriptis statui potest. Theophrast. verò chamelæam Cneorum & Cnestrum vocauit: ita à Cneoro, ut puto, deriuata est vox Mezeleon, quam vocem factionis Arabicæ Scriptorum & Barbarum eorū officina quasi lethalem & viduificam interpretatur. Veneno enim proximum esse Mezeleo scribit Mesue, quod tamen de chamelæa vel Thymelæa nusquam, quod sciam, legitur. Sed de chameleonte nigra scribit Gal. quod radix eius habet quid venenosi. Falluntur qui Granum Cnidium vocatum ex hoc furculoso frutice, chamelæa inquam, nasci autumant, foliorum similitudine decepti. Thymelæa namque fructus est, quæ folia habet chamelææ, angustiora tamen. Quo fit, ut Mes. turpiter lapsus, si per Mezeleon, ut quibusdam videtur, chamelæam intellexerit. Scribit enim folia eius similia esse foliis Oliuæ, sed maiora. Hæc Tagaultius. Qui dum Mesuem erroris insimulat, ipse quoque parum oculatus reprehensionem meretur. Confundit quippe plantarum diuersarum nomina & descriptiones, quas ex aliis ut ex Ruell. transcribit, speciatim Chamelææ, quam dicit cum illo lacte manare: vbi autem talem lactisfluam chamelæam viderint non demonstrant. Ruellii Chamelææ descriptionem posuimus antè cap. de Laureola decidua. Aut potius ex ipsomet Mesue hunc errorem vterque hausisse videtur, qui Mezeleon Lactariarū maximam dixit, quod hi ad chamelæam, cui neutiquam id competit, ex Veterum historia retulerunt.

Mesue er-
rores.

Cneorum
Theoph.
Cnestrum.

Granum
Cnidium.

Mesue er-
ror.

Tagaultii
repreh.

Monachi etiam Chamelææ & Thymelææ tribuunt lac, ut suo loco dicetur. Mesuem longè aliter interpretatur Casalp. ut annotatum cap. de Mezeleo. Syluio Mezeleon Serap. est chamelæa Dioscor. Mezeleon autem Mes. est Thymelæa Dioscor. cum verò differentias eius describit Mesues, Mezerei nomine utramque & præterea chameleontem utramque comprehendere videtur cum Auic. Cordus quoque testis est chamelæam

Monachor.
lapsus.

Mezeleon.
Chamelæa.

ab Arabibus & Pharmacopolis Mezereon appellati.

Cornar. ex-
plod.

Clamitat Cornar. esse hodie qui cum Daphnoidem Chamelæam confundant eundem Zeilantem appellantes: vulgi in eum morem secutus, quod publica delicta carpens ipsum tamen remedia adferre nescit. Nam nec ipsum eas plantas probe distinguere potuisse, sub Laureola decidua dictum.

Brunfels.
derisus.

Iactat se Brunfels. in Exegesi sua simplicium, Diosc. Chamelæam, id est, Mezereon herbam vidisse se in Officina aucuparia, ne per latum quidem vnguem discedentem à Diosc. descriptione.

Nihil ei restabat, quàm ut clamitaret, *ἐπιψηχ*, *ἐπιψηχ*. Sed sibi vidit, nec cuiquam alteri, dum qualem & quantam viderit, propria descriptione non declaravit, quod optassemus sanè: alioqui suspecta nobis ab eo pro legitima Diosc. Chamelæa habita, qualis certè, quæ ad amussim eius descriptioni in omnibus satisfaceret, nondum nobis hæcenus innotuit.

Qua sit genuina Chamelæa Diosc. ad huc dubitatur.

Pyros Ochne.
Belyra.
Crococium.

Lonicero Chamelæa etiam Pyros Ochne dicitur, si [inquit] *πυρὸς ὀχνη* scriberetur, esset Titiusi palea. Belyra quoque dicitur, id est, execrabilis. Crococium ab esse scilicet laxandi. Hebraicè dici possit *Saith scaphla*, id est, humilis Olea.

Humilis olea.
Aequiuoc.

Ceterum Chamelææ vocem multis plantis attributam manifestum est. Alicubi enim pro Oleæ genericæ specie loci tantum differentiâ distincta, posita: ut Olea Calabrica Colum. ut dictum. Item de Olea Aethiopica & Ligno Rhodio, ut notatum lib. 3. Hæc autem plantæ nihil habent commune cum Chamelæa de qua hoc capite. Sunt verò & aliæ, quæ in quibusdam accedunt, ut Laureola folio deciduo, quæ quibusdam Chamelæa dicitur, ut ostensum. Chamelæa hæc ut nomine fruticem proposuimus à vera Chamelæa tamen diuersam. Daphnoidem confundi cum Chamelæa per Arabes, existimant aliqui, ut antè declaratum.

Olea Calabrica.
Lignum Rhodium.

Chamelæa hirsuta.

Thymelæa.

Chamelæa tricoccos.
Chamelæa incana.
Sesamoideis minus Nerium alpinum.

Substitut. Fuchsi absurdus error.

Fuchsi absurdissimo errore Chamelæa substituit Polypodium, secutus auctoritatem suppositi libri Galeni de succedaneis, quem errorem ante nos & Sylius reprobauit. Camerar. & ante eum Dod. substituunt Laureolam folio deciduo, ut dictum iam suo loco.

Vires & v. sus.

Noxa.

Purgantes pillula.

Mira pillularum ratio.
Vlcera sordida.

Vini Chamelaites.
Bius vsus.

Vires Chamelææ ex Veterum præscripto hæc sunt. Folia gustu linguam mordicant, & arteriam abradunt. Eadem per inferna pituitam bilémque detrahunt, maximeque si in catapotio assumantur. Vni siquidem Chamelææ parti duplum Absinthii adiicitur, ex hisque aqua aut melle exceptis catapotia finguntur: & ea quidem in ventre non liquefcunt conficiunturve: sed prout deuorata fuerint, ita per aluum egeruntur. Eadem folia trita melléque excepta sordida & crustosa vlcera repurgant. Hæc Dioscor. apud quem & vinum chamelaites sit, si, vbi floret, chamelææ fruticem cum foliis contusum cribratúmque duodecim drach. pondere in musti congium mittas, & post duos menses vinum transfundas. Hydropicis, hepaticis, delassatis auxiliatur: itémque sceminis, quæ à partu ægrè purgantur. Alius & ab isto discrepans chamelææ vsus est apud Plin. quando ait: aluum purgat, detrahunt pituitam bilémque, foliis in duabus Absinthii partibus decoctis, succoque eo cum melle poto. Foliis impositis & vlcera

purgantur. Aiunt, si quis ante Solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, adalligatâ discuti id vitium. Quoquo modo collectam iumentorum pecorúmque oculis salutarem esse. Sed superstitiosum & vanitatis plenum est remedium Plinii ad albuginem, ut mirum sit, tam grauissimum virum eiusmodi nugis fidem adhibuisse. Gal. chamelææ amaram qualitatem prædominantem tribuit. Quare & sordida valde vlcera, & quæ maximas crustas habent, cum melle repurgare posse. Paulus drachm. quatuor chamelææ in aqua mullâ cotylis duabus coctas, donec quarta pars supersit, dat: & catapotia ex duabus Absinthii partibus & vnâ chamelææ dicit purgare, ut Elleborum.

Pois.

Albug. Ocularis pecorum.

Plinij vanitas.

Vlcera crustosa.

Dosis.

CHAMELÆA TRICOCCOS.



FRutex est Chamelæa tricoccos cubitalis ac bicubitalis, minor quàm Thymelæa Mòspeliaca, magis sarmentosus, rugosus, lignosus, intortus, in ramulos plures diuisus: foliis retusioribus, latioribus, viridioribus, & tenuifoliam Phyliream referentibus: inter quæ flores parui, luteoli, foliolis tribus constantes: quibus succedunt semina tri-

cocca, primùm viridia, maturitate verò ruborem induentia, in frutice suo perennia, ut sunt Lathiridis, Tithymali, siue Heliotropii verrucosi, dura, dentibus fractu contumacia, medullam albam continentia. Dentibus si angenu apparet manifesta amaritudo.

Lob. rubentes bacculas tricoccos dicit, officulis præduris, lignosis, gustanti medullam feruidam & præscicam exhibentibus. Radix lignosa.

Clus. sic depingit: Surculosus est frutex, ramis palmaribus, interdum minoribus, præsertim calidis regionibus: foliis perpetuò virentibus, Oleæ similibus, minoribus tamen, nec incanis, sed viridibus, gustus in initio amari, deinde linguam vellicantis: flores habet exiguos, pallidulos aut flavos, tribus foliolis constantes, ex foliorum alis prodeuntes: fructum tricoccum Tithymali modo, pellicula primùm viridi, deinde per maturitatem rubrâ, amari & feruidi gustus, obductum, durum, & vbi exiccatus fuerit, fuscum.

Monachi in Mel. fortè hanc Chamelæam tradunt his verbis. Chamelæa quæ etiam Mezereon est, & vulgò Oliuella & Oleastellum dicitur, & non remota ab vrbe [fortè Româ] versus mare plurimùm prouenit. Folia Oliuis simillima, minora tamen & quasi decurtata habet. Rami eius multi, tenues, duri, non recti, sed per terram circumquaque ut plurimùm deiecti, foliis pleni sunt, omni tempore. Videntur è longinquo monticuli foliorum speciosi, quasi arte parati: hodie quamplurimis cognita est. Hæc illi. Mirum est eos

nihil

nihil de fructu & floribus tradere, ac ne saporem quidem foliorum dicere. Nostra etiam non ita humi deiecta procumbit, ut de sua tradunt. Quæ difficultates cauent, quominus confidenter atdeamus asserere eandem esse cum hac nostra.

Matth. in suis com. in Dioscor. Chamelææ huius fructus tricoccos appinxit Thymelææ, euidenti fuco, sed sibi non insolenti. In post. com. & hist. Germ. reiecit totam figuram, vel nullam ponit, fortè quia pœniteret figmenti.

Camer. in epit. Matth. & historiam eius Germ. ponit iconem Chamelææ tricocceæ ex Gesnerianis figuris depictam ad meam plantam missam Gesnero ante 40. annos, quod non placet, vbinam de ea aliquid prodidit Matth.? Idem in horto Chamelæam veram aliis tricoccon & Mezereon dici ait. At apertè in hist. chamelææ lac denegat, quod tamen Arabes in suo Mezereo expetunt.

Nec probatur nobis Casp. Bauhin. in Matth. Comment. nouissimè sub incudem reuocatis pro Matth. icone Chamelææ supposuisse iconem Tabern. in qua fructus tricoccos: (quæ fictitia nobis videtur, ut postea dicitur) maximè cum idem nihilominus retineat Thymelææ iconem absurdam cum fructu tricocco. Item addit hæc verba: Inter Chamelæam & Thymelæam Dioscor. differentiam fecit: at Serapio vtramque Chamelææ, sic Mes. Thymelææ, & Arabes Mezerei nomine expresserunt. Chamelæa latifolia alba Serapionis. Thymelæa foliis magnis & tenuibus Mesuræ: Chamelæa Matth. Lac. Cordo in Dioscor. Dod. Gal. & in fol. Lugdun. qui duas habet figuras: Chamelæa 2. Catalpin. Hæc ille à quo in pluribus dissentimus, apud Serap. enim cap. 353. de Mezereone ex Dioscor. & Gal. referuntur quæ illi de Chamelæa tradiderunt, neutiquam verò quæ de Thymelæa. Mesues quidem de Mezereone scribit, quam vocem Syluius Thymelæam interpretatus est quod multi docti improbant: non enim de sola Thymelæa eo cap. scribit. Cordus Chamelææ tricocceæ nullam fecit mentionem apud Diosc. cap. de Chamelæa. Lacuna quoque hanc non habet, sed tantum iconem fictitiam ex Matthiol. & præterea malè eiusdem iconem Thymelææ cum fructibus tricoccis. Vtrumque errorem & Lonic. commisit. Sic vnus error plures parit errores. Præterea Hist. Lugd. non habet duas icones Chamelææ tricocceæ: vna est Dod. altera autem Matthiol. quæ non vera icon tricoccos. Quare non admittenda Casp. Bauh. reprehensio in eius Animadu. quæ autumat duas figuras & totidem descriptiones vnus plantæ ab eadem positas. Matth. scribit, suam chamelæam fructum ferre Myrti bacis similem, longiorem quadantenus & Oliuæ formam referre. Quod vel ex Plin. verbis fortè extorsit, de Matth. verò Chamelæa pòst.

Apud Amatam quidem in Dioscor. satis apta huius Chamelææ tricocci figura quamuis hanc non intelligat Amatus cum apertè Mezereon vocet, & quæ huic competunt tribuat illi.

Meritò quidem Aduersa. increpant Matthiolū, quòd hæc planta illi non fuerit cognita: ipsi interim carpenti qui flores quinis foliis fingunt & pingunt, cum sint tantum ternis.

Inquirendum an sit Chamelæa Bellon. quam in Cretæ monte Ida vulgò Psiloriti dicto cum Thymelæa vidit, cuius meminit Obs. lib. 1. cap. 16. Item an de hac Maranth. Meth. lib. 2. cap. 5. scribat. Idem lib. 1. cap. 8. vult Cneorum Theophrast. esse. Nec pro certo asserere ausimus Fuchium l. c. 4. de comp. med. de hac scripsisse, cum ait: Chame-

læa Seplasiis Mezereon nominatur. Paucis autem hodiè vera chamelæa cognoscitur: Seminata quidem nobis est aliquoties, verum nunquam prodit.

Dalechamp. apud Plin. annotat eum decipi, neque enim chamelæam baccas ferre, ut ille ait, sed fructum triangulum: Bellam verò, mehercle, & oppidè festinam subtilitatem: quasi verò non & tricoccos queat esse bacca. Sed esto non esse bacca: quæ scit hanc Plinium intellexisse? aut quo autore nos docebit chamelæam Plinii quæ & Dioscor. est, baccas non gignere, sed fructum triangulum. Sed videtur nobis nimiam quadam confidentiam præsupponere hanc nostram esse Veterum chamelæam, de qua tamen est, quod dubitemus, quamuis Dod. omnia Veterum nomina, etiamque reiecitia superius ex Dioscor. posita huic tribuat.

Idem ait in hist. Gal. folia valdè similia Oleæ, sed minora. In hist. lat. scribit oleæ similia, minora & nigriora: fructus decerptos nigrescere, oleosamque pinguetudinem contrahere Oliuarum instar, fauces exurere veluti & folia ac cortex.

Auic. & Serap. Chamelæam Mezereon vocant, sub quo tamen nomine Chamelæonem vtrumque complexi quoque sunt: ita Chamelæam cum Chamelæonibus, atque vnà etiam Thymelæam confundentes.

Mezereon Mesuræ Dod. Chamelæam, Syluius Thymelæam reddit, ut antehac annotatum. Ita vides & huius historiam satis confusam apud auctores. Tabern. sensibus nostris imponit, quando Chamelæam Arabum tricoccon vocat, quamuis huius rei etiam Lobelium auctorem citet, addens Mezereon quoque esse Arabum in Aduers. Sed ubi locorum Arabes Chamelææ tricocceæ meminerit? Aut vbinam locorum vidit Tabern. Chamelæam qualem pingit, compositam ex frutice olim à Matthiol. picto pro Chamelæa, [nunc autem reiecto] & nescio quibus figmentis, granis tricoccis, floribus quinque partitis? Aut quæ fronte suæ quoque Thymelææ eademmet grana tricocca, qualis Thymelæa nunquam in rerum natura exiit, appingere est ausus. χαμῆλαια, siue ut alii scribunt, χαμῆλαια τεῖνονα Græcè non malè dicitur. Quidam Hispani Oliuellam vocant: Prouincia Narbonensis Garoupe, teste Clus. Germ. Seidel past, si Tabern. credimus: sed addendum frembd vel Welsh, id est peregrina.

Chamelæa tricoccos feruidi squalidique soli, maritimique amasia, vbiunque suæ sponis est, saxosa amat. Proinde in collibus Narbonæ arentibus, saxosis, Monspelii & Frontignana vberè fruticat: in cultis etiam Oliuetis, potissimum ad margines, aut si ipse ager paulò saxosior fuerit, inter alias stirpes. In Galloprovincia, vbi tamen nascitur, haud multò prodire prouentu, Lob. obseruauit. Nascitur etiam [inquit Clus.] Hispaniæ Valentini & Arragonum regno, totaque Catalonia: verum multò breuior & candidior, quam in Gallia Narbonensi. Certè Monspeliano agro circa Mirauanx, & vicinum illi collem, viæque ad Frontignanum oppidum, Setio monti, quod vulgò cap de Sete dicitur, in ipso mari sito, proximam, frequens est, vbi multò vegetior & viridior quam in Hispaniis. Nunc etiam à rei herbariæ studiosis in Germania & Belgio colitur. Sed in locis frigidioribus difficulter feruatur, idèò subterraneis per hyemem habenda.

Geneuæ à nobis semine sata altero primùm anno prouenit, ac non recondita asperam hiemem pertulit. Basileæ in hortis D. D. Plaeri & Zuingeri

Plin. de. fend. contra Dalechamp.

Arabum error.

Tabern. & Lob. ac confusantur.

Tabern. icon fictitia explosa.

Locus.

Cultus. Satio.

Matth. er. rat.

Camer. ut.

C. Bauh. ut.

Chamelæa latif. Sel. alba Serap. C. Bauh.

Syluius re. preb.

Lacuna taxat. & Lonic.

Hist. Lugd. excusat.

C. Bauh.

Preu. Lob. respch.

Cneorum Theophr. Chamelæa Fuch.

plures & pulchras plantas obseruauimus, sed hyeme reponunt. Ad frugem peruenisse scimus & Basilea & Pfortzeimii, & utrobique semina probe matura decerpimus mense Nouembrii. Propagatur etiam furculis teste Camer. Floret Aprilis, Clus. estate, aestuque summo, Lob. Nos utroque tempore florentem, ac certè etiam Augusto partim florentem, partim fructus ferentem vidimus. Augusto fructus perfici solet, subinde per totam hyemem planta lux adhærens: nam & Aprilis mense semina precedentis anni colligimus. In Italia reperitur culta in hortis instructioribus.

Vires & v-
sus.
Purgat.
Hydrops.
Causio da
noxa eius.

Chamelæa
correct.
Exhibendi
modus.

Catapotis
Adesum.

Hydrops.

Succus ex-
siccat.
Dosis.

Haec a loco
noxium ef-
se succum
denotatum.
Arthritis.

Hydrops.
Exterius
impositus
Urinas cit.

Calida est, iudice Dod. & sicca tertio gradu, accedens ad quartum. Folia purgant per inferiora magna vi & violentia pituitam & humores biliosos, maximè serofos: Vtilia sunt hydropicis, si cum iudicio & ratione exhibeantur. Huius enim qualitas accedit ad vim veneni, nocua & praua homini multis modis: lædit ventriculum, hepar, partes omnes nobiles, eas calefaciendo, erodendo, & vlcera inducendo intestinis, tandem vacuat aluum ad sanguinem vsque. Hæc Dod. quæ vitia huc cum Thymelæa facit communia: postea tradit Chamelææ correctionem cum ait: Folia viridia Chamelææ maceranda per 24. horas in aceto generoso, deinde exiccanda & in vsum reponenda. Acetum autem melius esset ad hanc præparationem, si antè in eo macerata essent Cotonea mala, aut Berberis semina. Folia autem præparata exhibenda sunt in puluere cum semine Anisi & Mastice, aut decoquenda in sero lactis potissimum caprini, aut in iusculo caponis, deinde propinandum serum aut ius. Mesues ex Mezereon, [id est, Chamelææ, vt vult Dod. Syluius verò, vt dicebamus Thymelææ reddit] foliis catapotiorum descriptionem habet, ex corticibus Myrobalarum & Cepularum, & Tereniabin, id est, melle aëreo [Manna] & Palmulis acidis, quas Tamarindos vocant, in stillatio liquore dissolutis efformat: ipsaque folia prius in aceto acerrimo temperata resiccati præcipit. Commendantur catapotia hæc ad hydropicorum purgationes: aquosus enim humores educunt. Sed violentiam naturæ inferunt, idcirco ab iis quantum licet abstinendum. Bacculæ tricocæ medullam habent seruidam & præsiccam, inquit Lob. Radix lignosa inutilis. Magnus tamen succi totius plantæ vltus, etiam hodie, præsertim Monspelii, vbi Pharmacopæi pressum siccatumque habent, monente primùm Rondel. cuius imitatione & nos sapius densati succi recentis dr. i. & dr. ii. dedimus per se, & sapius aliis Catharticis hydragogis mixtas, per bono sanè euentu. Sed non admodum multum excetnit, nec vlllo effreni motu, vt solent Laureola, Mezereon Germanica, Gratiola, & alia. Quin perparum aut nihil interdum mouet Chamelææ succus concretus, nisi remixtus quibusdam lenientibus, aut similibus catharticis. Cuidam arthritico habitiori, toroso, procero homini, tres drachmæ nullum excrementum mouerunt. Pueris etiam datus, nec tormina nec vomitiones facit, sed aquas educit & serum. Admotus pubi & abdomini hydropico, non vllum præstantius ad vrinas proliciendas, quo modo lubentius utebatur Rondel.

CHAMELÆA INCANA ET LANUGINOSA.

CAP. XLII.

ANNO 1594. Cl. D. D. Casp. Bauh. frater ramum pulchelli huius fruticis ex Italia acceptum

nomine chamelææ speciei, Neapoli Mezereon dicti, ad nos misit. Folia sunt aliquatenus similia Laureolæ folio semper virenti, multò tamen minor, vncias duas ferè longa, alia multò minor, ad Vitis Idææ semper virentis dictæ folia accedentia: latitudo maiorum vnciæ vel digiti, in acumen non desinunt: crassa sunt, vt in Laureola dicta, supernè viridia, infernè lanugine candicant.

Eandem quoque in horto D. Cortusi vidisse suspicamur, ante 40. annos, nam hæc inter nostra

annotata scripta inuenimus. Chamelæa à Cortulo vocatur frutex cuius folia viridia, vt in Laureola semper virenti, oblonga, multò minor, quæ summè acra dicit, ac baccas ferre. Differt à Chamelæa Monspeliana tricocco.

Eandem Clus. diligenter descripsit, his verbis: Aliud Chamelææ genus nobis ex Italia defertur, à prædicta planè diuersum. Id re-
cto stalone fru-



ticat, ramòsque habet admodum flexibiles, tenaci cortice, & qui difficile dirumpi potest, obductos: folia admodum conferta, carnosa, Daphnoidis foliorum formam imitantia, multò tamen minor, & incanè lanugine, infernè præsertim, pubescentia: flores simul congestos, quatuor foliolis constantes, dilutissimè purpurascens, ex lanuginosis, colorisque argentei, calyculis prodeuntes. Fructum non tricoccum, vt superior, sed vnicum, oblongiusculum, tenui miniata membrana tectum, succulenta carne, & seruidum nucleum in se continente præditum. Eum fruticem duntaxat apud nos videbam, in Belgio in hortis cultum, bisque interdum eodem anno florentem. Viennæ Austria aliquoties illius semen terre credidi, & natas plantulas diligenter summæque curâ conseruare volui, sed sublequens hyems semper corruptit. Pena & Lob. in Aduers. huius iconem exhibent titulo chamelææ Alpina incana, ex qua & nostra facta. Cæterum ignoramus adhuc quonam sit referenda Chamelæa incana Bononiensium Lob. quam proponit in Obs. in eorum agnis maritimis proueniens, facie & vultu Dorycnii Monspel. cubitalibus virgulis, quam reperit eruditiss. D. Hermes le Clerc M. Neruiensis, qui eidem plantam aridam impertiuuit.

Considerandum etiam an Cæsalpin. chamelæa vulgò in Alpibus Oliuella prior, flore purpureo ex Sicilia, non sit eadem cum hac nostra incana. Cæsalp. descriptio posita est cap. de Laureola folio deciduo, quam Lectores considerent, & quæ ibi annotata. Fortè de hac intelligit Matthioli. in Com. in Diosc. in hunc modum scribens: Chamelæam pariter & Thymelæam Arabes confusè factis ac perplexè Mezereon appellant, cuius etsi faciant duo genera, vnum album, alterum nigrum: tamen iis etiam Daphnoidem admiscunt, & hæc omnia confundunt & implicant. Illarum plantarum vis furiosa, quare non temerè eas Maurita-

Chamelæa
species.
Mezereon
Neapol.

Folia.

Chamelæa
Cortusi.

Descriptio
Clus.

Flores.

Fructus.

Locus &
tempus.

Satis.

Chamelæa
alpina incana.

Locus.
Chamelæa
incana Bononiens.

Lob.

Chamelæa
Sicula.

Chamelæa
Matth.
Arabum
erronee.

Cautio.

Leones terra. ni terra Leones, & plantas viduificas cognominant. Proueniunt hæc planta numerosa in vallis Anania montibus, Tridentino agro: & vtræque, licet hoc in Chamelæa præterierit Diosc. fructum ferunt Myrti baccis similem, quamuis Chamelæa quadantenus longior sit & Oliuæ formam representet: vtrique fructus initio sui exortus virefcit, mox per maturitatem rubescit, denique exiccatus niger conspicitur. Cæterùm baccam, quæ ex Thymelæa decerpitur, quoniam siccata Piperis faciem præ se ferat, actimoniâque non obsecuram gustantibus relinquit, rura Ananiensia vnâ etiam cum Laureolæ semine Piper montanum indifferenter nominant: Theoph. *Cnidium granum.* Frequenter vtuntur incolæ in suis putgationibus aduersus omnes ferè morbos, ita medicos & pharmacopolas fallere credentes: sed sæpè euenit vt sibi mortem consciscant. Et certè hoc testari possum, quod ex montani illius Piperis assumptione plures periissent, nisi antidotis nostris succurrisse. Habentur tamen passim in Pharmacopoliis Catapotia, quæ de Mezereone appellant, quibus aliquando medici vtuntur ad aquam inter cutem extrahendam. Verùm ea non audent exhibere [quamquam medicamenta simul receperint, quibus eorum malitia reprimatur] nisi robustis ac fortioribus hominibus. Chamelæa Germ. dicitur *Zylander*: Gallis *Bois gentil.* Hæc Matth. Sed nec chamelæa, nec Thymelæa eius adhuc nobis perspecta est: confundere eum cum Laureola folio deciduo, quam Daphnoidem fecit, ostendunt nomen Germ. & Gallicum. Icon chamelæa Matthiol. accederet non nihil ad nostram plantam, nisi paulò acutiora viderentur esse folia. Eandem habet in epit. sine descriptione. In com. cum magnis icon. Lat. & Ital. iconem habet, quæ paulò melius placet, quæque planè demonstrat plantam à Laureola folio deciduo diuersam, licet ibidem adhuc retineat nomina prædicta. In hist. Germ. eandem hanc iconem habet nomine Germ. *Seidelbass*/ nec tamen monet an & vbi viderit in Germania.

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

Thymelæa Matth. Piper montanum. *Cnidium granum* Theoph. *Lupiperis montanum* sive pericula. *Cataporia de Mezereone*

speciei pallent flores è lagenulis argenteis: phlegmaticis vim deiciendi retinent.

Chamelæa cum lagenulis argenteis.

MEZEREON ARABVM.

Aliquoties Mezerei Arabum mentio incidit, sed obiter tantùm & per accidens: Nunc qui hi aliique Autores ex professo de eo tradant videndum.

Auicena. Mezereon est *Lacticinium magnum*, idque duum generum. Vnum, magna folia habet & subulia: [aut angusta, aut tenuia.] Alterum foliis exiguis, sed spissis, quod posterius deterius est priore: nigrum est & perniciosum. Melius Mezereon est, in quo plurima folia exigua. Pessima notæ in quo crispa. Sed quando malitia Abnezereon frangitur cum resolutione. Calidum est & siccum, ordine quarto. Mundificat, excoar, & potenter adurit &c: in viribus. Nigrum Mezereon lethale est.

Lacticinium magnum.

Mezereon autore Mesue, Persis *Vitam rapiens* dicitur, aliis *Faciens viduas*, multis *Leo terra*, planta est Lactariarum maxima, caule cubitali, foliis Oliuæ, sed maioribus, fructu nigro: Myrtarum magnitudine: eaque multiplex. Vna foliis magnis, tenuibus: Altera, foliis quidem paruis Oliuæ modo, sed multò spissioribus: Alia foliis crispis, asperis. Ex his item quedam foliis virentibus, alia nigricantibus, colorem pauonis referentibus. Præstantior quæ foliis est magnis, tenuibus, virentibus, in loco libero nata, prope alias, speciei eiusdem. Quæ verò sola (fortè spontanea.) in magno agri ambitu oritur, perniciosa est: vti etiâ quæ prope thermas, & quæ foliis est paruis & spissis: item quæ nigricantibus. Calida est ac sicca ordine quarto potius quàm tertio, vt filius Zazar censuit. Vis enim inest valenter acris, ignea, vlceraans, mordens, inflammans.

Temperamentum. Mezereon nigrum. Vitam rapiens. Viduas facien Lactariarum maxima. Vires. Nigricans. Delictus.

Apud Serap. ita legimus: Mezereon, id est, chamelæa Dioscor. & Gal. Bedigoras ait proprietatè eius esse, purgare melancholiam & aquam citrieam, quemadmodum faciunt species Lacticiniorum, (Tithymallorum.) Liber venenorum habet, pondus drach. minùs occidere deficcando humiditatem hepatis. Paulo verò Mezereum nigrum purgata aquam & album similiter, & educit ascariides: melius est nigro &c: Dixit Cuzenu siccum esse in quarto gradu, & facere hydropysin. Aben Mesuai quoque duas species dicit: vnâ folio grandi: aliam folio paruo sed crasso rugoso, quam itidem deteriorem ait: eam verò cuius folia sunt grandia, meliorem, nec intelligi vult vtrumque foliorum genus ex vna eademque arbore colligi, sed ex diuersis speciebus. Reliqua in viribus.

Qualitas.

Venenum.

Hæc ille. Ita habes sanè obscuritatem magnam, non sine barbarie, quam vt potuimus, re inuiolata, non nihil absterimus. Dicat nobis nunc egregius quidam & festiuus Botanicus, quænam sint hæc species Mezerei?

Manardus in annotat. in Mes. Mezereon, inquit, est absque dubio chamelæa Dioscor. A Mesue autè describitur Thymelæa: quum Mesue scribit, folia eius sunt similia foliis Oliuæ sed maiora, est error manifestus. De Thymelæa siquidem scribit Dioscor. angustiora: licet Mes. voluisse visus sit describere Thymelæam, tamen per verba, species sunt plures, putare videtur Mezereon esse genus ad Thymelæam & Chamelæam: & quod magis absurdum, ad album & nigrum Chamelæon;

Chamelæa Diosc.

Mesue rôn. prob.

Alter Mes. error.

Auic. ta-
sas.

ta : quem errorem & Auic. commisit in 4. & ali-
quatenus in 2. maximè ubi vires enumerat.

Chamelæa
Thymelæa.
Laureola
vulgo Daph-
noides
Mesue cō-
fusa.
Pandelæar.

Monachi in Mes. Arabibus [aiunt] Mezereon
modò videtur Chamelæa, modò Thymelæa, mo-
dò Laureola vulgò dicta, id est, Daphnoides, &
aliud diuersum ab istis. Serap. per Mezereonem
non intelligit Laureolam : quippe ea non lacte-
scit, vt Arabum Mezereon. Et licet Mesue confu-
sè Mezereonis plures describat species, nulla ta-
men ipsarum potest esse Laureola, vt Pandelæa-
rius & alii volunt: ea lacte caret. Arabes prædicti
omnes cum cæteris Mezereon in numero Lacti-
cinarum ponunt, quod quidem à Diosc. de Cha-
melæa & Thymelæa minimè scribitur: licet Fuchf.
Leoniceum secutus dixerit Serap. non scripsisse
Mezereon lacte fluere. Dixit enim id ex autori-
tate Bedigoras, & cap. de Tichymalis, & 2. breuiar-
rii cap. 16. & c. 24. iidem folia maiora eius quàm
Mes. cæteris præfert, longiora interpretantur : &
addunt: pluries collegimus Chamelæam & Thy-
melæam, & obseruauimus non carere lacte,
quamuis paucum habeant. Thymelæa tamen lac-
te magis abundat, potissimum in ramulis : ali-
quando in foliis non videtur.

Fuchf. &
Leonice
lubes.

Chamelæa
& Thymelæam
habeat lac-
tem.

Lacuna tradit Medicos Arabes Chamelæam &
Thymelæam vocare Mezereon, hocque confusè
diuidere in album & nigrum : hanc enim diuisio-
nem neuiquam competere Chamelææ & Thy-
melææ, sed soli Chameleonti.

Goræus
arguitur.

Goræus in Definit. Medicis *γαιουαία* Offic.
Mezereon appellare scribit, verùm non demon-
strat, quam plantam intelligat: si vulgarem in-
telligit, nempe Laureolam folio deciduo, dupli-
citer errat: quippe hæc nec Chamelæa est, neque
Mezereon. Sed quid Casalp. Arabes [inquit] Me-
zereon vocant omnes has plantas, scilicet Cha-
melæam, Thymelæam, & amplius ipsam Da-
phnoidem, & fortè Cneorum.

Mezereon
multas plu-
tas denota-
re.
Cneorum.

Mezereon
Luminari
maiori.
Brn. felf.
error.
Circa in-
stans ar-
guit.

Iac. Manlius in Lum inari maiori supra Hieram
Hermetis scribit: Mezereon s. semen ipsius, [apud
Brunfels. T. 2. pag. 285. malè legitur 1. Semen Allii.]
quod appellatur Coccus Cnidius. Diosc. Chame-
læa, non est semen Laureolæ, vt dicit circa in-
stans, cap. de Laureola. Alexander cap. de Hy-
drope Chamelæam dicit, ex qua colligitur Coc-
cum Gnidium, esse lacticinium folio Oliuæ, vt
est: & propterea multis dicitur Oliuella. Item
supra Confect. de Mezereon ex sua inuentione,
scribit: Confectio apud nos in usu est: Mes. aliam
habet similem: Almezereon vel Mezereon est
Chamelæa vel Coccus Gnidius: Auic. c. 4. fen. 6. vi-
detur distinguere: Mesue est planta vocata apud
Persas, Rapiens vitam & c. Christoph. de Hone-
stis errauit, dicens, confectionem de Almezereon
esse de Laureola. Idem supra Oleum de Mezereon:
Mezereon, inquit, est Chamelæa Diosc. Quid
multis? miram hanc & discordem barbariem in-
uexit profectò bene fundatè medicinæ, & potissi-
mùm stirpium omnisque materiæ medicæ igno-
rantissima schola Arabica, quæ vtinam non & hoc
nostro seculo adhuc duraret, cum magno vitæ
hominum periculo. Nimirum hic Manlius existi-
mans arti Pharmaceuticæ lucem se restituisse ma-
gnam, [nam idèd opus suum Luminare maius vo-
cauit] eam ita perplexam & confusam suis ineptis
coniecturis & scriptis reddidit, vt potius
Barbaræ tenebræ, quàm Luminare magnum sit
vocanda. Mezereonis folia & Oleum in sua con-
fectione imponit per os exhibenda, cui vel dictu
extumescenda fastidiendaque ex Mesue nomina
attribuit, ac Lacticiniam plantam esse concedit,
interim cæco & periculoso errore nihilominus

Coccus
Gnidius
vel Cha-
melæa
Ausc.
Christoph.
de Hone-
stis error.

Arabum i-
gnorancia
& barba-
ries multas
confusiones
& obscuri-
tates pepe-
rit.
Manlius
Luminaris
autor ex-
plosus.

vult esse Chamelæam Dioscor. quum apud hunc
nulli lactis fiat mentio. Et quoniam alios carpit,
qui volebant esse Laureolam, ipsum demonstra-
re par erat, quam intelligeret plantam per Meze-
reon, quo utebatur.

Ex Fr. Alexand. quoque radiato Apolline non
possumus intelligere quam plantam existimet
pro Mezereone imponendam in Hiera Herme-
tis & Pilulis, licet de Mezereone multa scripti-
tetur, vt in præcedentibus dictum: nimirum ma-
luit tum prudentis quàm scientis aut docentis
munus subire, quando tam sollicitè, tam cautè &
oppidè circumspicere, ceu Apollinis edicto, pro-
mulgat: ei qui omnis inscitæ & calumniæ occa-
sionem refugit, ac ægri salutem oportunè tueri
cogitat, maturo vtendum esse iudicio. Dictum
puta. Id nos antea latebat.

Apollo in-
crepatur.

Salutare
Apollinis
consilium.

Altomar. de Medend. morbis cap. 91. mirabiliter
extollit ac prædicat suas Pilulas de Mezereon, que,
vt ait, serofos purgant humores citra aliquod no-
cumentum notatu dignum, seque iis intercute
laborantes perfectè curasse: confici autem ex fo-
liis plantæ, quam communiter Seplasiarii Meze-
reon appellant, & propriè eius quam Diosc. cha-
melæam nuncupat, & c. Verùm insignis Medicus
Altomarus nobis valdè imprudenter hic de Me-
zereon scribere videtur. Mezereon communis vsus
Seplasiariis, quantum obseruare possumus ex
plurimis Autoribus, & Herbariis doctissimis, est
Laureola folio deciduo, hanc si per Mezereonem
intelligit, grauius errat, dum Chamelæam putat:
si intelligit aliam, decuisset sanè tantum virum
in tam generoso medicamento graphicè designa-
re quam plantam per Chamelæam intelligat,
quod nomen non minùs dubium est, & vagum
apud Autores quàm Mezerei: variæ enim plan-
tæ eo donantur. Qui Neapoli degunt Medici &
Pharmacopœi rem gratam & nobis & posteris
facient, si doceant, qualis herbæ Mezerei loco
apud eos sit vsus. Sic & ab Antidot. sine Dispensario
Italico à Clus. Latinitati donato non doctio-
res redimus, dum tantùm dicit: Mezereon aut
Diosc. Thymelæa, quo nomine aliqui etiam cha-
melæam complectuntur, vtraque nota: cætera que
addit, sunt ex Diosc.

locus.
Pilula de
Mezereon
Altomari.

Altemari
ballucina

Nec probamus Schvvenckf. in suo Theaur.
Pharmaceutico scribentem, Mezereonem esse
Chamelæam Diosc. & Oleastellum: nec iudicare
possumus, quam plantam intelligat, atque adèd
nec ipsum quidem sciuisse facilè patet ex eo, quod
priùs de Laureola folio perpetuo dicit: Laureola,
Diosc. Chamelæa Germ. Pharmacopœorum. Quam igitur plantam assumet im-
ponendam Pilulis de Mezereon ex Mesue? cuius de-
scriptionem ipse Schvvenckfeldius ponit lib. 2.
cap. 10.

Mezereon
Neapolitanum
quod
Antidot. Ita-
licæ not.

Schvvenckf.
opinio vici-
atur.

Aleer
dum lajja.

Trincauel. lib. 1. c. 19. de Comp. meminit Pilula-
rum Mesuæ ex Chamelæa, quam Mezereon ipse
vocat, in suo Grabadin: verùm nec is docet,
quam plantam intelligat. Nec Foesius in sua
Pharmacop. quicquam docet scribens: Rec. folio-
rum Mezerei aut Thymelææ: quasi verò hæc
duo sint vnum, aut earundem profus virium.

Trincauel.
& Foesius
accusat-
tur.

Brassauol. in Exam. catapotiorum pro Mezereon
censet sumendam Thymelæam, minimè verò
Laureolam: in Exam. herbarum scripserat: Non-
nullos Mezereon & Laureolam confundere, Lau-
reolam lacte carere, Mezereon eo abundare, vt
Arabes imponunt: eosdem vno cap. confundere
Chamelæam & Thymelæam: iubet suum senem
Pharmacopœum ex monte [fortè vbi Ferrariensi
si proximo,] colligere Chamelææ folia: Thyme-
læa

læa

laxa autem folia & semina condere : interea non docet quas plantas intelligat : quinimò nec quam Laureolam putet, declarat, quam ante scripserat malè à D. Florentino in Mef. commentanti esse Mezereon.

Cordus, diligentissimus alioqui Scriptor quæ planta Mezerei nomine intelligenda imponendæue fit, non monet.

Fachf. de comp. med. Pilulas dictas vocat catapotia ex Thymelæa Io. Damasceni. Annotans, Arabes Mezereonis appellatione Thymelæam & Chamelæam confundere. Thymelæam à paucis agnoscit: eius semen esse Coccum Gnidium, pro eo tamen officinas fructu seu semine Daphnoideis uti, quod Seplassariis Laureola nuncupetur: [eam quæ fol. deciduo est intelligit] ac eius etiã foliis Germ. officinas uti. Audimus hæc quidem. At his non docemur quid iniiciendum in pilulis pro Mezereone: nec etiã, ut priùs monuimus, Daphnoideem censemus quam ille putat.

Et, siquidem Adolph. Occonis institutum, ut ipse ait, fuit, docere, quomodo tutè parari debeant compositiones medicamentorum, ecurr non declaravit suis Augustanis quam plantam pro Mezereone fumere debeant?

Apud Cronemburg. de comp. med. multa dicuntur de Mezereone, ut ostensum cap. de Laureola fol. deciduo: inter alia dicit, eleganter depingi à Trago vulgarem Mezereonem, [quam alii Chamelæam, alii Thymelæam volunt] sed an ea ipsa, vel qualis imponenda sit, ne verbulo quidem insinuat. Weckerus pro Mezereone scribit Thymelæa: quod nomen cum æquè ambiguum sit apud Autores ac illud, quam velit nemo intelligat.

Ex dictis apparet incertus, temerarius, & periculosus vsus Pilularum de Mezereone. Monemus igitur iuniores, & seniores Medicos, [quibus hominum vita in manu est,] eos præsertim quibus exacta stirpium, & potissimum eiusmodi periculosarum cognitio non est, [ut sanè paucis est,] ut abstineant ab his Pilulis & similibus medicamentis compositionibusque, quæ recipiant simplicia pharmaca, ipsis incognita, donec perspecta & probè cognita habeant ea, quæ Pharmacopœi iniiciunt, ne horum vel sua etiã graui ignorantia miseris ægris venena exhibeant pro medicina: & dum sperant à x̄, iis adferant à x̄: quod [eheu] nimis crebrò euenit, uti nos multoties sumus experti ouenisse medicis, alioqui non indoctis, sed imperitis botanicis, ut suã negligentia & imprudentia, in præscribendis iis, quæ ne minimo quidem cognita habeant, cum ingenti infamia decepti, deceperint, ac etiã in funesta pericula coniecerint alios.

Speciatim, ut ingenuè fatemur, Pilulæ de Mezereone non placent, ob adstringentia admixta, quimòs est Arabum pro correctione acrimæ, violentium & malignorum purgantium: idque nostro iudicio contra rationem, atque ad eò cæco & periculoso errore. Quod si cui tamen libeat his uti, suaserimus potiùs lubricantibus quàm adstringentibus emendanda esse, probè gnari, quòd citius è corpore exeant, eò minùs nocitura, quòd diutiùs hæreant [nam moram sanè adstringentia faciunt] eò periculosiorem futuram vacationem simul ac læsionem. Aut si quis etiã Altomari experientia tantum tribuens iis uti velit: saltem priùs certior fiat quo Mezereone vel Chamelæa is sit vsus, sed eo modo curet preparandam, quo ille præparauit: vel utatur Chamelæa tricocco Monspeliensi, consideratis iis quæ superiori cap. ex Lob. anno-

tauimus, qualis eius succi inspissati vsus sit apud Monspelienses. Caueant interim à Mesue Vitam rapiente, viduas faciente, & Leone terra, quod nunc semel monuisse sit satis.

Ceterum Mezereonis nomine, ut dictum, plures plantæ obtruduntur: in primis Laureola seperuirens & folio deciduo, de quibus paulò antè. Chamelæa tricocco, ac etiã aliã plantæ pro Thymelæa vel Chamelæa. Quinetiam Lathyris posset dici Mezereon, quum dicitur Lacticiuorù maximum. Talis enim illa est. Chameleon niger & albus, ut dicebamus, confunduntur cum Thymelæa & chamelæa. Bene igitur nostro iudicio Camer. apud Matthioli. in hist. Germ. ait: non facile licet colligere, quid Mezereon sit apud Mes. iuxta Græcos medicos, quia dicit habere lac, quod non reperitur nec in chamelæa, nec in Thymelæa, nec in Daphnoide nostrate.

Aequinoct
Laureola
folio perpe-
tuo & de-
ciduo.

Quid Me-
zereon sit
adhuc ne-
scitur.

THYMELEA.

CAP. XLIII.

Veterum placita de Thymelæa & Cocco Cnidio, & quædam in genere præmittamus, antequam de Thymelæa Monspeliaca specialius tradamus.

Thymelæam, autore Dioscor. alii Chamelæam, alii πρὸς ἀχλὺν, alii κέστρον [sic cod. Bas. habet: Hermol. fretus autor. Hipp. & Gal. & cod. vet. legit κέστρον.] aut Cneoron vocant. Ex hoc granum Cnidium, quod semen ipsius est, colligitur. Hoc Euboenses Ætolium [αἰτόλιον cod. Bas. Corn. Apollinon vertit.] vocant, alii Linum, eò quòd satiuo Lino [σαρτῶ λίνω] frutex natura similis sit. Virgas edit speciosas, numerosas, [Vet. addit λεπτάς, tenues.] bicubitales: foliis chamelææ, sed angustioribus & pinguioribus quæ inter mandendū quadantenus viscosa & glutinosa percipiuntur: floribus candidis: ac inter ipsos fructu, ceu Myrti paruo, rotundo, inter initia quidem viridi, tandem verò rubente: cuius inuolucrum durum ac nigrum est, medulla autem alba.

Chamelæa
Diosc. cor-
rect.
Pyrosachne
Cnestron.
Cneoron.

Folia.

Flores.
Fructus,
seu granum
Cnidium.

Et mox sub finem cap. addit: Nascitur in montosis & asperis. Fallitur qui Granum Cnidium fructum esse putent, per foliorum similitudinem decepti.

Gal. in gloss. κέστρον exponit τὸ κέστρον. Plin. quoque Cnestron legit: sic enim habet: in principio cap. 21. lib. 13. Et in quo nascitur granum Cnidium, quod aliqui Linum vocant. Fruticem verò Thymelæam, alii chamelæam, alii Pyrosachnen, alii Cnestron, alii Cneoron. Est similis Oleastro, foliis angustioribus, gummosis si mordeantur, Myrti magnitudine, semine, colore, & specie farris, (foris. Vet.) ad medicinæ tantum vsus.

Cnestrum
& Cneoro-
rum Ga-
leno.
Thymelæa
Plin.

Hermol. quoque Cnestron legi vult, & foris pro farris. Liparonis herbe meminit Aetius, ex Alexandria sic vocante, quam aliqui Cnestron, inquit, nominant, ad vlcera capitis manantia vehementer utilis. Nec indicatis autor, qualis ea sit, utrum uè à Thymelæa siue Cneoro diuersam an eandem putarit.

Plin. emēd.
& Hermol.

Liparonis
Herba.
Aetii.

Recentiores ut pleraque omnia, chamelæam cum Thymelæa, & utramque cum Daphnoide turpiter confundunt. Theophrast. [inquit Marcell.] Cneoron Thymelæam vocauit, furculosi generis herbam & carnosæ folii: quæ in Dioscor. conicienda magis quàm manifestè intelligenda, siquidem virgas in ea dixit, & Lino comparauit, & folia pingua gummosaque descripsit: Quod totum

Recentio-
rum error.
Cneoron
Marcel.
Thymelæa.

Cocum
Gnidium.

Fachf. ar-
guit.
Occo sugill.

Cronemb.
sphreb.

periculo-
sus vsus
Pilularum
de Meze-
reo.

Autores
planc im-
pudent
Pilulas de
Mezereone.
Arabum
cæco &
periculoso
errore.
Correctio
Mezereonis
& mali-
gantium
medicam
secundum
autores.

Cnidium granum Theoph.

Pyrosachne Gnde. Dios. illust.

Thymelæa Gnde.

Pauli inepta opinio, vel potius Marcelli

Plin. not. & correct.

Oliuellæ. Leo terra. Lignū siliu.

Mezereon Mes.

Vires & v. fus. Purgat.

Sudorificū.

Cneoron Diosc.

Praparatio.

Pastilli. Noxa.

Plin. ex Theoph. acceptum eodem loco retulit, similem Oleastro Thymelæam faciens. Theoph. l. 9. Cnidium granum vocauit, Et hæc nominum diuersitas in Theoph. Thymelæa est. Quibus addiderunt alii alia, vocaruntque Pyrosachne ab vrendi vi, quam habet: nec aliud Pyrosachne compositum ex igne & tenui stipula nomen indicat, quàm quod egregiè vrit. Chamelæa eadem dicta fuit, quoniam vt Plin. ait, Oleastro similis fit. Cnestron postremò eandem hanc Thymelæam vocarunt Hip. Gal. & plerique alii. Nobis tamen ignota eius vocis origo & causa. Sed quando Dioscor. Thymelæam *λίνο σπάρτο* comparat, quærendum Linone satiuo simpliciter, an furculoso frutici, quem Sparton omnes vocant. Nobis in hanc partem inclinatus animus, etsi aliorum Interpretum modo & nos satiuum Linum verterimus: Genistæ enim similior, quàm Lino, ex historia descriptioneque eius videri potest. Vniuersæ plantæ nomen factum videtur ab Olea cui similis est, & à Thymo herba, cuius habet flores.

Idem Marcell. addit: Præter ea quæ in Dioscor. leguntur, Paulus radicem eius contra sanguinis profluvia commendauit, sapore acerbissimo: eique malo prodelle potam & foris impostam. Sed vbi nam Paulus hoc ait? quod si fecit, confundit sanè cum Thymelæa aliam plantam aliquam: quis rationis compos credat plantam Dioscoridi vrentem, purgantem, stomacho incommodam, vel noxiam, vt vertit Marcell. vtilem contra sanguinis profluvia. Imò ipsemet Paul. lib. 7. Cocco Cnidio fructui Thymelææ tribuit facultatem vrentem & purgantem: & eodem libro priùs de Thymelæa tradens, ei non tribuit eiusmodi vim, imò dicit similem grano Cnidio, vt apparet ex verbis à nobis citatis de Grano Cnidio. Neq; audiendus Plin. qui Cocco Cnidio alium sistendi vim tribuit, nisi fortè mendum subit, legendumque sit ex Vet. Cod. quod facit Dalech. alium ciendi.

Herbatii, inquit Ruell. Thymelæam nunc Oliuellam, vt Chamelæam, nunc Leonem terræ, aut Linum siluest. granum vocant Cnidium, vel Coccum. Sed docere debuit Ruell. quam plantam per Oliuellam intelligat. Ruellium sequitur Tagaultius. Syluio Mezereon Mes. Thymelæa est, vt antè dictum c. de Chamelæa. Sed Mes. nomine Mezerei cum Auic. comprehendere videtur & alias plantas.

Thymelææ semen, Authore Dioscoride, bilem, pituitam, aquasque detrahit, si viginti granorum pars hæc interna bibatur: verùm fauces adurit: atque idem cum farina polentæ, aut in vix acino dari debet, aut cocto melle obducta deuorari. Quibus autem ægrè sudores eliciuntur, eadem trita cum nitro & aceto inungitur. At folia, quæ peculiariter Cneoron appellantur, per menses colligi debent, & siccata in vmbra recondi. Sed si cui exhibere placet, priùs ea tundere, ac ipsorum quoque fibras eximere conuenit. Vno diluto inaspera, acetabuli modo aquosa detrahunt: sed moderatiùs purgant, admixta lenti coctæ, & contritis oleribus. Eadem trita vix acerba succo excipiuntur, & in pastillos coacta reponuntur. Herba stomacho infesta: partus subdita necat.

COCCOS SEV GRANVM CNIDIVM.

K *Νίδιον κόκκον*, quod est granum Cnidium Theoph. rotundum est, colore rubrum, maius Pipere, sed multò validiore caliditate. Quare

in potu dantes, [exhibent verò ad alui solutionem, *περὶ κοιλίας λύσην*: Gaza Plinii vulgati codicis periculosum potius errorem secutus, quàm Theophr. lectionem, nisi fortè ea corrupta fuerit, conuertit: dari enim contra alui solutionem solet.] in pane aut farina subacta obductum exhibent: nam alioqui fauces adurit. Ex quo & Plin. transcripsit: Cocco Cnidio color cocci, magnitudo grano Piperis maior, vis ardens. Itaque in pane deuoratur, ne adurat cum gulam transit. Huic vis præsentanea contra Cicutam. Sicit [ciet. Vet.] alium. Dalech. scribit Plinium fœdè lapsum, quod de ipso Plinio dicere non possumus, quandoquidem in Vet. Cod. Plinii legitur ciet, vt ipsemet Dalech. annotat: id scribendum erat aduersus Gazam. Quis fieri potest, inquit Casalpin. vt quod vehementer soluit, alium sistat?

Galeno quoque *κόκκον κνίδιον* purgat, facultatiueque est acris & causticæ. Et Paulo, Thymelæa ex qua granum cnidium est, similem ipsi [grano] vim habet. Et postea: coccus cnidius, fructus est Thymelææ, non chamelææ, velut quidam putarunt: estque acris ac vrentis facultatis. Potum autem aquam deorsum purgat.

Euchar. Roslin more suo variarum plantarum nomina confundens, hæc habet: *fellers halß: zeiz delpast: zeiland: Coccognidium: Coccum Gnidium: Thymelæa: Daphnoides, Grana Gnidia: Mezereon: Laureola.* Pingit tamen Laureolam flore deciduo, sub titulo *fellershalß*.

Gesl. in suo libello de herbis Lunariis: Miror, inquit, quæ granum Gnidium gignit, ignorasse Plinium. An ignorant Plin. vel non cognouit Plin. Thymelæam, iudicium suspensum tenemus. Illud scimus, satis manifestè apud eum legi, fruticem, ex quo Granum Gnidium gignitur, appellari Thymelæam, quam etiam sub chamelæa tradit. Rob. Const. apud Amatium: cocci nomine, inquit, apud Græcos, res duæ admodum diuersæ significantur. Nam vt Author Galen. in Hipp. *κόκκον* sine adiectione vocant Granum Gnidium, siue Cnidium, & Granum insectorium. Tamen & separatis distinctisque nominibus efferruntur. Siquidem Gal. apud ipsum Hip. *κόκκον* ex Diosc. [apud quem tamen hanc vocem nondum legimus] exponit Coccum Gnidium: Et per *κόκκον* apud hunc ipsum Scriptorem, idem Gal. intelligit commune granum, hoc est, tinctorium. Idem in Lex. *κόκκον* apud Hip. Granum Cnidium, *κόκκον κνίδιον* Diosc. & *κόκκον*, fructus Thymelææ: Coccus Gnidius Plin. Item *κόκκον* apud Hipp. Granum Gnidium.

Cæterum Coci Cnidii nomine, variarum stirpium fructus exhibentur, vt ab Antiquis fiebat, qui fructum Chamelææ malè pro Thymelæa perhibebant, quod hoc & præced. cap. ex Diosc. annotatum. Thymelææ autem fructum ita dici, patet etiam ex hoc & præced. capite: & cap. de chamelæa tricocco, & de Thymelæa subtus incana. Quosdam etiam existimare coccon Gnidium colligendum esse ex frutice Laureola folio deciduo, videre est antè cap. proprio. Trago & Dod. *κόκκον* Theophr. est Tithymalus paralius, de quo alibi. Anguillaræ verò est *Peplis*. Apuleio coccus cnidius est *Lathyrus*, aliis *Chamelæa*. Humelb. in Annot. ad Apul. *Lathyrus*, inquit, videtur esse, quæ nunc Cataputia minor. Coccus Gnidios ex Thymelæa propriè est: huc adcreuit ista appellatio, quæ causa fuit, vt Chamelæa diceretur. Trag. & Dod. tribuit quoque chamelæoni nigro nomenclaturam cnidii cocci, de quo suo loco.

Vulgati codicis Plinij, ex Gaza periculosus error.

Plin. excusat: contra Dalech.

Temperat.

Euchar. Roslinum.

Plin. not.

Cocci ambigua. Cocci simpliciter. Granum insectorium. Coccus.

Cocconi.

Aequiuocum Chamelæa.

Laureola folio deciduo. Tithymalus. Peplis. Lathyrus.

Chamelæa niger.

THYMELEA MONSPELIACA.

Descriptio



Thymelea Monspeliensis dicta, frutex est plerumque procerior, quam chamelea tricoccus vnum aut duos circiter cubitos altus, odore grauis. Folia per ramos, molliora & acutiora quam Chamelæ. Flores in virgularum extremis duntaxat aceruatim fert paruos, candidos, succedentibus eodẽ ordine baccis: in quibus non obseruauimus

Folia

Flores

Bacca

Enallior descriptio

Folia

Flores

Fructus

Semen

το δὲ ἀελιόφρονον σκληρὸν ἔχει μέλαν, quale Dioscor. Thymelææ fructum tribuit.

Diligentiùs paulò Clusius sic describit: Frutex pollicaris interdum crassitudinis, cubitalis verò altitudinis aut amplior, & in multas virgas diuisus cubitales pulchras, tenues, rectas: quas sepiunt perpetuò virentia folia, Liniferè, sed maiora, lauiora, non obtusa cuspidè vt Chamelæ, neque adeò fragilia, sed mucronata, lenta, & gũmosum quiddam, si dentibus atterantur, præbentia: flores fert in extremis virgis copiosos, quatuor foliolis constantes, Olex ferè similes, candidos, racematim fermè propendentes: deinde fructum baccarum Myrti interdum magnitudine, paulò longiorem, inittid viridem, postea Corallii modo rubrum, carne succi plenà Ceraforum instar, sub qua latet vnicum semen, nigra fragilique pellicula, albam & feruidi saporis medullam obuoluens. Radix lignosa est & dura, in tenellis plantis Raphani modo efformata, crasso cortice testà, sed quæmadmodum tota planta, lento, & admodum tenaci.

De hac ipsa ni fallimur, Monachi in Mesopotamia sic scribunt: Serapioni, Auicennæ, Mesue, Mezereon siue Mezerion, magis commendatum est Thymelæa, cuius semen est granum Cnidium siue Gnidium, id est, Coccognidium, testimonio Dioscor. Gal. & aliorum &c. Non longè ab vrbe, [Roma fortè] vbi maxima copia: incolæ Tribiscum vulgò nominat, ac in virgis siue ramulis visum lac asserunt iidem, vti cap. de Mezereo monuimus.

Videtur quoque esse Thymelæa Bellon. quam ait prouenire cum Chamelæa in Cretæ monte Ida, vulgò dicto Psiloriti.

Quæ Matthiol. in suis com. in Dioscor. de Thymelæa prodidit, retulimus sub Chamelæa incana: vbi ait vocari Piper montanum, nec interim describit plantam: iconem quidem proponit, quæ representare videtur, vt dicebamus, Thymelæam Monspellulanam, exceptis fructibus tricoccis, secundum ramos sparsis, qui sunt Chamelææ Monspellulanæ: flores etiã per ramos sparsi non conueniunt cù Thymelæa Monsp. quæ eos in summitate gerit: vt meritò nobis ea icon à Matth. effi-

ta videatur ex duabus illis dictis plantis, & nesciuisse quid scriberet, vt manifestè apparet, quòd in com. Lat. & Ital. cum magnis fig. eam reiecerit substitutã aliã nouã, multum à priore differentè, [quam tamen & in epit. sua retinuerat] in qua fructus singulares per ramos sparsi, quam figurã iidem fictitiã censebimus, donec aliquis similem nobis plantam ostenderit.

Matth. inconstans & signum aliud.

In hist. Germ. eandem habet iconem sub titulo Bellerßhals / Zeiland / Thymelæa, Granum Cnidium, Coccum Cnidium: nomina autem Germanica sunt Laureolæ fol. deciduo: florem ait album aut carneum, qui colos conuenit quoque eidem Laureolæ.

Camer. reiecit Matth. [quem alioqui sequi magna ex parte consuevit] iconibus in epit. eius, & in hist. Germ. reponit iconem genuinã Thymelææ Monsp. ac dicit: fructum siue baccas dici propriè Coccum Gnidium, licet ita denominetur vulgare Bellerßhals, qua occasione & Matth. denominarit hanc plantam Bellerßhals.

Casp. Bauhin. apud Matthiol. posuit iconem falsam ex Tabern. in qua pro baccis tricoccis per ramos sparsim appiçti fructus simplices.

C. Bauhin. not. Tabern. signum am.

Picturam quam antè diximus Matthiol. non esse veram, apparebit etiam ex seq. Marantii verbis, lib. 1. cap. 8. Meth. sic scribentis: Cneorum

Cneorum Theophr.

Theophrast. per quod Thymelæam & Chamelæã intelligit. Et lib. 2. cap. 15. In Thymelæa historia summi Viri prolapsi sunt, cuius fructus inuolucrum cum Dioscor. dicat foris esse nigrum, intus album: illi nigras baccas per maturitatem in Thymelæa quæsiuere: non animaduertentes ibidem Diosc. Thymelæam fructu Myrti depingere, qui inter initia viret, & tandem rubescit: vnde plantam quandam nigro fructu pro Thymelæa ostendunt, quæ tamen ipsa non est, licet ei congenitè esse negari non possit, tum ob foliorum & ramorum similitudinem, tum etiam ob easdem facultates. Sed veram Thymelæam vidimus nos vberimè prouenire in campis inter Caietam & Fundanum oppidum, in maturitate rubicundos fructus ferentem: vidimus etiam in Apulia prope Barum: & in Sicilia inueiri scio: fructus autem, & flores in summis virgis racematim proueniunt, non, vt pictura Senenũs ostendit, per virgas ab infima earum parte ad summum. Verum quod in hoc erratum præclaros hosce viros induxit, inter alia est minus proba Græcæ dictionis versio: nam vbi habet Dioscor. το δὲ ἀελιόφρονον σκληρὸν ἔχει μέλαν, τὸ δ' ἐστὶ λευκόν: ita verti debet: fructus inuolucrum durum & nigrum, pars autem interior alba: non, vt omnes sepe interpretantur, inuolucrum fructus durum, foris nigrum, intus album: quia illa dictio, foris, non est in Græco: neque per pericarpium intelligere possumus carnem fructus exteriorè: quia illa rubicunda est, & tenera: hoc autem Dioscor. vult esse durum & nigrum, sed intelligemus nucleum carne nudatum, &c.

Vera Thymelæa.

Matth. carpitur.

Diosc. versio correctæ

Amatus notat Hisp. dici Thurnisco: Ital. Pepe montano: Gall. Lin Sauvage: Germ. Bellerßhals, sed nec nomen Italicum, nec Gal. nec Germ. placet. Placet verò iidem ex Dalechamp. figuris apponi Thymelææ Monspellulanæ iconem.

Erroris causa

Amatus repreh.

Lacuna, qui falsam figuram Matth. habet ait Castil. Toruisco: Portug. Tronisco: Ital. Trenisco dici: Piperis verò montani nomen omittit.

Lonic. quoque fictitiã Matthiol. figuram habet, cui tribuit nomina Bellerßhals aut Zeiland / aut Zebast: addens Thymelææ Dioscor. descriptionem in omnibus conuenire cum Germano-

rum fellerßhale, se aliis suam opinionem de Daphnoide relinquere, cum eo non conuenire. Sed facile imperitiam suam in re herbaria prodit, quando iconem Matthiol. quæ nihil habet cum fellerßhals siue Laureola folio deciduo commune, etiam pari ineptiâ ponit sub nomine Scidelbaff, assumpta Chamelææ Matthiol. icone.

Loniceri geminus error.

Gesn. vt supra dicebamus, miratur Thymelæam suffruticem, qui granum Gnidium gignit, quamque in Gallia vidisse ait, & in Italia nasci, ignorasse Plinium.

Thymelæa Dod. est semper virens.

Dodon. Thymelææ fructum similem dicit spinoso albo, vbi maturuerit, rubro, & in eo granum album obductum pellicula nigra, feruidum & vrens linguam: hanc stirpem non amittere folia, sed semper virentem remanere: grana eius officinaria esse. Hæc in Hist. Gallica. In Lat. addit, Theophr. à Thymelæa differre, nisi nigrum Cneoron Thymelæa sit.

Cneoron.

Pena & Lob. cognatæ figuræ & naturæ dicunt Chamelæam & Thymelæam, quam dictam æstimant quasi Tithymelæam, id est, Tithymali & Oleæ mixtâ facie: Corticose describunt amictu, tenaci, cinereo, à summo ad imum deglubenti sequaci, instar Laureolæ corticis: grana Antiquis Gnidia vocata, nouena aut dena, primùm viridia, deinde ex flauo rubentia, tenella cuticula, succo aqueo turgida, vnum gygartum amiciente.

Thymelæa Sæd.

Perperam edoctus [addit idem] cum Pharmacopœorum plebe Commentator [Matth.] qui hanc non nouerat. Mezerei Germanici granum feruidius multò & planè crustas inurens, tum foris, tum intus nobis, quâ solet fiducia, sugillatâ tum Dioscor. tum Recentiorum omnium Doctorum sententiâ temerè obtrusit. Nam non coccum ipsum rubrum dat, aut purgare asserit, cui vni [albam nuncupat, vim deiiciendi attribuit, & abundè explicat, vt ex eius verbis liquet. Vnde nec ipsas plantas, nisi superba animi inductione à Senensi insertas, & codicis Dioscoridei, nulla nisi triuiali lectione, cuius tamen admodum accuratum vindicem se fore voluit videri initio, asserit, magno multorum detrimento, qui illius freti commentis ad Hydropem sunt vsi, rati esse Diosc. veras Thymelæas, Chamelæas, Daphnoides, & Chamædaphnes, quarum nullam nec legendo quidem, nedum facie, vel viribus cognitam habuisse tantum hiatorum Senensem, cuiuslibet vel Pharmacopœo iam liquet.

Matth. repreh.

Matth. de sibi inco. gnitis scribit.

Clus. huic omnia prisca nomina, quæ apud Veteres leguntur attribuit, eandem sine dubio cum Veterum Thymelæa faciens, quod vt temerè negare nolimus, ita etiam pro indubitato habere nondum ausimus. Caip. Bauh. existimat chamelæam Anguillare eandem esse cum ea de qua hoc loco agimus: quod nec ipsum adhuc pro certo asserere velimus: ait enim folia infernâ parte alba, quod non obseruatur in Thymelæa Monspefulana: fortè meliùs respondet illius Thymelææ.

Chamelæa Anguil.

Irradiemur parumper Apollineis Fr. Alexandri radiis. Is inter alia hæc habet.

Thymelæa forte spec. et ser.

Quandoquidem Chamelæa Apulis Græcisque cognita, suffruticem æmulatur, ramos tenaci viscidoque libro conuestiens, Oleaginis foliis exiguis, tenuibus, duriusculis, floribus candidis, in furculorum cacumine aggestis, è quibus nigra bacculæ exteriùs, carne videlicet nudata semina Berberorum instar, Myrtorum figurâ, & rubentia continentes, radice inutili, foliis, floribus & fructu amaris, acriterque fauces vellicantibus. Thy-

Thymelæa.

melæa, è qua granum Gnidium, Chamelææ similima, hoc tantùm differt quòd virgis bicubitalibus, reëtis, ab vna radice multis, non furculosis: nec fructu ab imo ad summum, vt Matth. fallitur. Folis angustioribus constat, pinguioribus, viscosisque, radice cubitali & crassa, Raphani magni instar, cortice crasso vestita, & venenata. Granum verò Gnidium Theoph. lib. 9. cap. 22. Piper montanum appellari potest. Huc vsque radiat Apollis. Verùm nihilò elariùs videmus quid velit per Chamelææ duplicem plantam, quæ baccis est Thymelææ creditæ, [id est, nostro iudicio, Laureolæ folio deciduo] quæ montanum Piper vulgò dicitur: præterea non intelligimus, quantum ea Apollinis planta differat ab illa Thymelææ creditâ. Præterea si ipse veram Chamelæam tradidit, cur alterius meminit, nempe Apulorum & Græcorum, quam descripsit ex Anguill. sicuti etiam Thymelæam Raphani radice, quæ fortè, vt antè dictum, eadem cum nostra Monspefulana. Rogamus peramanter peritos Botanicos Italos, vt nos ex his Labyrinthis extricent, quòd erit illis facile.

Matthiol.

Piper montanum.

Apollis sic re. benfus.

Thymelæa Casalp.

Casalp. Thymelææ folia mediâ quadam magnitudine dicit inter Oleam & Linum, dura & tauces exurentia. Baccas oblongas, tenuiores Myrto, flauescens ex rubro, semine intus nigro, sed medulla candida & oleosa: radicem crassam. Dioscoridis & Plinii Thymelæam dicit, dubitatque an etiam sit Chamelæa granum Cocci ferens. Idem Coccum Gnidium vocat colore Croci. Hist. Lugd. Thymelæam [inquit] hic appinximus. Mezereon quidem ille [Matth.] Germanicum ponit, eiusque semen Piper rusticum seu montanum appellatum, quàm Thymelæam veram eiusque granum Gnidium nobis proposuit. Geminam Thymelæam descripsit Dod. & Clus. Hæc illa, quæ tres figuras habet: poterat sufficere vna.

Chamelæa.

Matthiol.

Camer. Thymelæam foliis Lini vocat.

Cæterùm præter Thymelæam Monspefulensem, de qua longa & satis tædiosa hac narrationis serie agimus, aliæ sunt etiam plantæ, quæ id nomen obtinere: vt Sanamunda glabra existimatur Thymelææ species, quæ sequetur. Quæ sit Thymelæa minor Cordi nondum nobis constat. Quapropter antea cap. peculiari de ea egimus, eidem capiti obscuram historiam Tragi de Thymelæa subiungentes, Chamelæam Anguillare quidam Thymelæam existimant, quod asserere non audent, vt antè dictum. Cneoron suffrutex Matth. à quibusdam Thymelææ species existimata ob foliorum quandam similitudinem: destituitur tamen acrimoniâ. De eâ priùs, Tartouaire siue Sanamunda prima Clus. Thymelææ congener existimatur. Item, Sanamunda eiusdem secunda, de quibus paulò post. Item Sesamoides minus Dalecham. siue Sanamunda tertia Clus. Multi Laureolam folio deciduo malè existimant Thymelæam. Sunt qui Laureolam folio perpetuò virente eandem cum Thymelæa Tragi existimant, quod nobis non videtur.

Aequiuo.

Sanamunda glabra Thymelæa minor Cordi.

Cneidon suffrutex.

Tartouaire.

Sanamunda Sesamoides Dalech.

Laureola Gerquet.

Substitut.

Scribit Adolphus Occo supra Hieram Logad. non multùm peccaturum, qui Lathyridis grana pro Thymelæa acceperit. Idem præterea dicit: pro semine Thymelææ se Laureolæ Germanicæ, quam zeiland vocant, accepturum: Thymelæam enim & Chamelæam Germanos carere.

Substitut.

Thymelæa non modò in Galloprovincia & toto Narbonensi litoreo tractu, sed etiam Italicis montibus longiusculè à mari Tyrrheno diffitis, vt sunt mons D. Iuliani, & Pisani Lucensisque col-

Locus.

col-

colles, vbi nusquam Chamelæ iam vidimus. Quin etiam in Occiduo Oceano Gallæ Xantonicæ ad Rupellam insulam, *des Ratz* vocatam, id est, murium. Lob. Clus. per totam Hispaniam locis asperis nasci tradit. Floret Iulio, & toto nonnunquam Autumno, semênque subinde profert. Camer. circa Neapolim ad vlnæ vnius & semis crescentem obseruauit. Talem & nos copiosè circa Montpelium.

Thymelææ succus, inquit Aduers. difficiliùs premitur & elicitur quàm Chamelæ, propter glutinosum virus: nec nisi tepente affuso vino, aut consimili quopiam liquore, vt factitant dum succû Brassicæ marinæ educunt, quo quilibet vti poterit, eo modo quo & de Chamelæ succo dictum est. Tunduntur tenella folia, flores, & diu, & vehementer, sapiùsque tantillum tepentis vini asfunditur inter tûdendum: tunc prælo ligneo vehementiùs vrgentur, dum trans colum expiret: tunc igne lento aliquandiu bullit, dum Lach crassitiem assequatur. Demùmque Soli feruido obiectum durefcit, addito Saccharo, ne mucescat, sicque coctum reconditur. Cortices Thymelææ feruiunt pro ligandis scopis & fasciculis. Fructu maturo rubro Perdices & auiculæ auidissimè vescuntur. Rustici Hispaniarum singulis annis propè insaitas auiculas hoc semine curuatis virgis & quibusdam lineis dispositis venantur, testibus Amato & Clusio. Cauet Camer. ne quis radice vtatur, quia paucis horis perimat. Thymelææ vires ex Veteribus antea diximus.

que ramus exit palmaris circiter & breuior [tenellus, vt apparet, & primulùm se renouans] foliis ornatus positu & formâ foliorum Sanamundæ, qualia appinguntur Alypo Matthioli, vel etiam Apio primùm protuenienti, vt à Dod. pingitur.

De hac planta, ni multùm fallimur scribit Hist. Lugd. hoc modo: Fruticem & iconem ex Hispania misit Myconus, quem Thymelææ speciem esse suspicatur: folia Myrti: flos luteus: radix crassa: cortice à nigro rufescente, crassitudine pollicari, flexili gustu valdè ingrato, cum acrimonia, amaro, & fauces abradente. Totius fruticis odor grauis & sapor insuauis. In Hispaniâ Monteferrato & locis vicinis frequens, & Cataloniâ Arragoniæ finitimis. Hispani agricolæ vocant *Herbam de Monteferrato*: Catalani *Brisalagiam* & *Ciegegar*.

Casp. Bauhin. in Animadu. in Hist. Lugd. Thymelææ speciem dicit, & describi Myconi verbis: sed proponi aliam ex Clus. Sanamundæ primæ nomine. Nobis verò Thymelææ hæc species diuersa est à Sanamunda Clusi, idèd prudenter Hist. Lugd. utrâque posuit descriptionem & dixit, videtur: nihil temerè asserens.

Sanamundam igitur hirsutam planè aliam plantam ab hac glabra censemus, de glabra & Matth. scripsisse suspicamur in hæc verba: Tithymalo Parasio similis planta, quæ in Hetruria vulgè appellatur *Herba mora*: cuius radicibus priùs contusis, ac deinde fluminibus demersis pisces protinus enecantur. Sed caret hæc lacteo succo: quapropter eam inter Tithymalorum genera iam non esse annumerandam cognoscimus, etsi aliàs aliter senserimus, quòd aliis notis neglectis, Lini folia viderentur & caules subrubentes. Si hæc defuerit, Platyphylli radices sumunt, quò vniuersa regio scatet.

Mycono autore, vis purgatoria ei vehemens, & quàm in Chamelæa valentior: nam drach. dimidia pondus potentissimè aleum soluit: ac aquas potentissimè vacuat, non sine torminibus & magno cruciatu. Datur in iure aut vino. Hoc remedio Hispani agricolæ vtuntur.

SANAMVNDÆ GLABRA.

CAP. XLIV.

Descriptio



FRutex què in tractu maritimo Narbonensi, prope Agdes oppidû collectum hoc nomine donare placuit, Lentis & obsequiosis est ramis, cortice testis flavescente, in fila Mezerei Germanici in morem ductili: per quos agminatim conscendunt folia crebra, Myrteis similia, vnciali plus minus longitudine, vix semunciam lata, in acumen desinentia, glabra: è quorum sinu, per integrum ferè ramum flores oblongi parui, ex luteo herbacei, quatuor foliolis decussatis constantes. Succedit granum rotundum singulare.

Eadem nostro iudicio videtur planta, quam inter siccas nostras inuenimus à Valerâdo Dourez: radice dodrantali, digitalis crassitudinis, foris fusca, intus candida, lenta, & Xyli instar quodammodo in fila ductili, quemadmodum cortex Mezerei Germanici, siue Laureolæ folio deciduo: infima parte in fibras crassas finditur. Superius itidem in capita multa diuiditur, è quorum vnoquo-

Tom. I.

TARTONRAIRE MASSIL. SANAMVNDÆ I. Clus.

CAP. XLV.



VOCANT Massilienses, apud quos vber eius proventus, Tartonraire suffruticem quèdam cubitalem, valdè ramosum, radice nitentè altè actâ, crassâ quem cortex tegit, mirè obsequiosus & lætus: in minima stamina non sine floccis quos lanam dicas carptam, ductilibis, quali etiam cortice vestiuntur rami, sed superstrato denso tomento albido, & quasi argen-

Descriptio

Radix.

Ddd 2

Folia luteo. Folia numerosissima, Myrti Tarentinae magnitudine, nisi quod per extremum sunt paulo latiora, in acumen tamen obtusius desinentia, vndique lanuginosa, & tactu mollia, alba vel argentea, lucida: inter quae flores exerunt, Olea similes, ait Clus. oblongi, in quatuor foliola per extremum diuisi, colore luteo. **Fructus** [quemad. ex relatu accepit] Thymelaeae ferè, sed nigri, tricante colore.

Idem Clus. folia carnosa dicit, aliquantulum hirsuta, gummosa, si mordeantur amara in initio, deinde actia & adurentia. Ramos cortice exteriori nigrescente obduci, alio interiori lento.

Quoniam verò Lob. Tartonraire separat à Sanamunda Clus. lubet eius descriptionem hic subnectere, quae eiusmodi est. Noua nostra aetate iuxta aelegans aspectu fruticat: virgas edit rectas, crassiores, vicenas, tricenas, aut plures, cubito longiores, incana lanugine obsitas: foliis candidis, nitentibus: floculos in summo pusillos, & [ni labat memoria] pallidulos ex albo, semine pullo, rotundo, Arthemisiae aut Ambrosiae. Radix proluxa pedem, simplex, cortice albicante foris, intus candida, lineo aspectu & fibris dura, lignosa, gustu non admodum calida, nec amara, nec ingrata, non nihil tamen caloris impressi postremo relinquente, & quadantenus Turbith Alexandrinum siue vulgare referente, inodora, tota lactis expers.

Sesamoideis maius quorundam Perulti, inquit, Hist. Lugd. opinantur Sesamoideis maius esse eam herbam, quae in tota ora Massiliae & Liguria, Corsica ac Sardinia gignitur, illicque vernacula lingua Tartonraire appellatur. Eadem sic depingit: Fruticosa est, pede non altior, radiculis subflauis, gracilibus, tenuibus, si totam spectes plantam, superuacuis: ramis multis, rotundis, densa lanugine villosis, surculosis: foliis Rutae simillimis, numerosis, hirsutis: candidis: flore in summis ramis copioso, exiguo, candido, densius congesto, intra lanuginem delitescente: semine paruo, nigro, gustu tam feruido, ut si quis herbam mandat, diutius ardere fauces videantur, tam pertinaci vredine, ut nulla oris collutione deleri possit. Minor sanè est in Chamelæa, Thymelæa, Laureolæque generibus acrimonia, ac vrendi vis, quam in hac planta.

Porro quod pede non altiorem dicit, pusillas tantum aut vidisse aut habuisse Hist. Lugd. Autorem oportet, nam & cubitales habemus, & eas quidem non integras. Sunt nobis & pede breuioribus, sed non tenuibus radiculis. Idem fallitur dum putat Sanamunda tertium genus Clus. de quo paulo post: nostro autem iudicio est Clusii Sanamunda prima differens à Thymelaeae specie Myconi, in quo à D.C. Bauh. dissentimus vtramque plantam vnam eandemque putante.

Pena & Lob. tradunt Tartonraire dici Galloprovinciae & Massiliensibus, ab exuperanti purgandi vi, ob eandemque causam Mierdacruz Hispan. dicit Clus. Autor est.

Sesamoideis maius Scaligeri, ut vult Lob. de quo tamen apud Scalig. aliquid legisse non meminimus.

Nec placet icon Lob. qui non agnouit Tartonraire idem esse cum Sanamunda Clus. qui probam iconem habet, qualem & nos proponimus.

De hac planta aliquando scripsit Solerius haec verba: Chamelæa, Massilitanis & Beterrensibus [qui Berro & Barsegue locum vocant, ubi praenit] dicitur Tartonarrayro, id est, tarde aluum lubricans: Arelatensibus Retumber: Aquafextianis,

Herba-luarino, Montanis Buellii, haud procul à Ni-

cea Reniro Patous. Semina quoque ab insigni Medico Belgiae D. Jac. Vtenhouio, cum esset in Gallia Narb. Retumber nomine nobis missa. Neapoli Sporichina Gallina dicitur. Jac. Rainaudetus Pharmacop. nobis misit hunc fruticem in littore maris Massiliae natum, scribens Tartonrayre ibidem vocari, quod aluum mirifice soluat.

Circa Massiliam locis ad mare deuexis, praesertimque collem vulgò Mont-roné vocatum, squalidum, aridum, glareolum, plurima fruticat, ut ante nos Lobelius annotauit. Nihil iucundius aspectu quam colliculi aut areolae argenteo huius herbae nitore vestitae. Neapoli quoque nobis missa. Frequens quoque, inquit Clus. regnis Granatensi & Valentino, in apricis & Sole illustratis locis. Verò tempore floret, hoc est, Martio & Aprili. Aestate fructum perficit.

Folia sunt adurentia, ut dictum: ob purgandi facultatem rusticis Hispanis magno in usu. Sed estrenis & exuperans eius purgandi vis, inquit Lobel. non raro Dysenterias fluxusque immoderatos accersit. Praesertim si quis minus peritus, huius folia in puluisculum reducta, vel quopiam liquore diluta, propinavit: ut factitabat ille necator Tmisio, qui nobis primum eam, eiusque vires, ut dicebat arcanae detexit. Hodie impostores, ac quidam ignari, notante Dalechamp. quanta sit huius plantae vis, & corporibus nostris noxia, ex vino albo, vel Cicerum decocto, vel elixae carnis iusculo bibendam propinant drach. i. vel ii. in validissimis naturis, tanta purgandi potestate, ut saepe ob hypercatharsim sanguis erumpat. Educt autem sic sumpta biliosa, pituitosa, aquosa, id quod & Diosc. testatur de suo Sesamoide: ut mirum non sit, eodem teste, in Anticyra dictum olim fuisse Elleborum, admiscerique solitum potionibus ex Veratro albo paratis, ut facilius & citius Veratrum, quod vomitiones magis ciet quam deiectiones, aluum commodius detraheret. Hoc idem Dalechamp. Elleborum suspicatur, quod fructum Sesamo similem edere Theophr. scripsit, quo in Anticyra purgationes fiebant, Quamquam non solum fructu, sed etiam radice utile esse scribit: quod negat Diosc. qui radiceem ἀμφοτέρω, id est, imbecilem & inefficacem, seu ignauam, suo Sesamoidei maiori tribuit, seminique purgandi vim, quam etiam foliis & ramulis inesse experientia docuit.

SANAMUNDA II. CLVS.

CAP. XLVI.



Tartonraire affinem fruticem Sanamundam fecit Clus. quem & circa Calpen, vulgò Burhalaga appellari ait, altitudine cubitalem, ramis lentis, flexilibus, carnoso & denso cortice intectis, qui [sublatà exteriori cute] per totam plantam, praesertim circa radicem, Lini aut Cannabis modo in fila diduci potest: superiore ramusculi densiorum

rum, confertorum, lanuginosorum, & veluti tomento quodam obsitorum foliorum comam pariunt, superiore minorum, & mucronatorum, salsi non nihil gustus, sed deinde acris & calidi. Exornatur hæc coma flavescentium flosculorum Oleæ familiæ numerosa sobole. Radix crassa & lignosa superiori similis est. Eius fructum obseruare non potuit: quandoquidem Febr. florentem inueniebat petroso & salebroso loco, maritimis Bæticæ inter Calpen & Estepona, montibusque Granatæ proximis.

Granatensibus Mauritanis Samundam vocari ait, apud quos purgandorum corporum gratiâ frequenter vsurpetur. Drachmæ enim pondere cum decocto Cicerum sumptam, misericorditer purgare per inferiora. Circa Calpen verò nullius esse vsus, præterquam ad excalescendas fornaces.

SESAMOIDES PARVVM DALECH.
Sanamunda III. Clus.

C A P. XLVII.



Concinna est planta, ramis crebris, lignosis, inconditis, inque filii tenuitatem tandem abeuntibus donata, quos sæcundim densa, candida, cineracea lanugo obuoluit, quæ in maioribus virgis paucior. Folia confertissima ramulis sine pediculis hærent, Thymi aut Vacciniæ palustris, acuminata, infernâ parte rugosa, virentia & in sicca nigricantia, glabra, superna verò [qua parte contrahuntur & velut alueolum efficiunt] tomento albido penitus obducta.

Clus. sic describit: Sanamunda 3. duas priores magnitudine excedit, candidioribus & multo lætioribus virgis, quarum cortex supra modum lentus est, & frangi contumax. Extremitates ramuli frequentes, & ferè omnino tomentosi, procumbentem comam habent, & frequentibus foliis obsiti sunt, carnosus, paruis, Semperiuo minori Dioscor. quod nonnulli *Illecebram* vocant, valdè similibus; vrentis etiam facultatis. Flores superioribus similes, interdum herbacei sunt, aliquando pallentes, Sed neque istius fructum obseruare licuit. Floret autem cum superioribus. Quo porrò nomine vulgari appelletur, ignorare se ait. Similem autem fruticem siccum ad se aliquando misisse C. V. Alfonso Pantium, Med. & Prof. Ferrar. & Cortusum Patauinum, hic quidem Ericæ Alexandrinæ nomine, ille verò Cneori. Verùm Cneorine, an alio nomine Veteribus descriptæ sint hæc stirpes, aliis iudicandum relinquit. Certum tamen esse dicit Thymelææ congeneres esse, & iisdem facultatibus pollere. Nos Sesamoides minus Dalechamp. idem existimamus cū

Tom. I.

Sanamunda 3. Clus. de quo sic tradit Hist. Lugd. Sesamoides minus quidam nominant, non ad Dioscor. quidem historiam referentes, sed ad Sesamoides maius multorum Dalechamp. [sive *Tarronraire* & Sanamundam 1. Clus.] cum quo cognationem habet originis, saporis, facultatis cathartice. Quidam Phacoides volunt esse Oribasii, ob foliorum cum Lente similitudinem. In maritimis, vt & alterum prouenit, sed Corsicæ magis quam Galliæ, Liguriæque: caule pedali, in ramulos plurimos & graciles diuiso, lanugine molli vestitos superioris modo: foliis numerosissimis, minimis, lætiùs virentibus, Lenticulæ similibus, circa ramos densissimè coaceruatis, vt ramorum conspectum adimant, Aizoi acris specie: flore copioso, tenui, candido, per totos ramos foliis interparso, suauissimi odoris, nec moscho dissimilis, & quasuis acres plantas superantis. Purgat, & eosdem humores educit, quos Sesamoides maius: sed laboriosius, præsentiorèque nimie vacuationis discrimine. Eius tusæ ac cribratæ drachmam ptisanæ immixtam sorbendam dedit Dalechamp. cuidam neruorum distentionibus laboranti Lugduni in valetudinario, cui non segniùs aliis deturbata est, quàm si Colocinthidem sumpsisset, restitutaque sanitas. Suspiciamus eandem Hist. Lugd. huius aliâ habere descriptionem & iconem nomine Cneori nigri Myconi, de qua scribit: Plantam, *Pala marina* vulgò dictam à Barcinonensibus, ad nos misit pro Cneoro nigro depictam & descriptam his ferè verbis: Frutex est duorum cubitorum altitudine cum multum adoleuit, caule rotundo, flexili, aliquantum aspero, & ferè nodoso, qualis in Aizoo foliis detractis cernitur, ramulis multis similiter nodosis brachiato, in quibus folia minuta, perpetuò virentia, quæ quò fruticis summitati propiora, eò minora cõspiciuntur, vt quæ in summitate sunt, Cupressi foliis similia sint, paulò tamen latiora: omnia non nihil crassa sunt, carnosâ, incana, caulem complectentia. Flores in viridi lutei: radices crassæ, digitales, lignosæ, albo cortice vestitæ, satis in terram descendentes. Totus frutex, & maximè cortex manu tritus, grauis est odoris: sed vigente canicula folia, si confricentur, Zibeti odorem quadantenus spirant. Barcinone nascitur locis arenosis, & maritimis, aut non multum à mari distantibus. Floret Autumno, & floris prouentum ad Maium vsque producit, foliis aliis decidentibus, aliis renascentibus. Foliorum sapor cum lentore subastringit. Fotu huius herbæ hæmorrhoidum inflammationem sedari asserunt: quod & suffitu præstat. Hanc plantam Cneori descriptioni à Theophrast. traditæ optimè quadrare putat Myconus. Ea esse videtur, quam lib. de Cathartice nomine Sesamoidis minoris depinximus. Clus. Sanamundam 2. fecit. Hæc Hist. Lugd. At nos non secundam, sed tertiam Clus. Sanamundam censemus.

Casalpin. quoque de hac eadem, ni fallimur scribit: Cneorum Hispani milites *Micciam* vocant, quia eius rami siccati ignem conseruant, idè ex his funiculos parant ad tormenta bellica igne exoneranda: appellant autem hos funiculos *Miccias*. Frutex est in maritimis circa Plumbinum, multos spargens ramos, valdè obsequiosos: foliolis breuissimis totos surculos conuestientibus, modo Cupressi, crassis, supernè candicantibus, infernè viridibus. Floret in autumno, & per totam hyemem: flosculi sunt Thymelææ, inter folia, exiliiores, & in medio lutei: fructus quoque similis, tenuior, nigro semine. Radix ramosa & obsequiosa, sed gustum non mordet. Eadem in insulis,

Ddd 3

Phacoides
Oribasii
Locus

Vfus.
Purgat.
Dosis.
Neruorum
distentio.

Cneoron
nigrum.
Pala marina.

Radix.

Zibeti odor

Locus

Tempus.

Sapor.

Sanamunda
2. Clus.

Sanamunda
3. Clus.

Cneorum

Casalpino.

Miccia.

Funiculi
bellici seu
selopetarij.

Flores

Fructus.

Radix.

Varietas: Cneoron Theoph.

odorata & candidior. Theoph. Cneorum appellat: eius duo genera, candidum & nigrum &c. Plin. Casiam à Latinis appellari testatur. Hæc Casal. Quamuis autem ex Clus. Myconio, Dalecham. & Cæsalp. descriptæ plantæ vnam eandemque stirpem denotare videantur, nondum tamen illud pro certo asserimus, cum hanc plantam integram & in suo natali non viderimus. Malumus igitur de non probè cognitis iudicium suspendere, quàm temerè aliquid, quod quidam faciunt in suis Animaduers. pronuntiare.

Autores de non Sisis aut non probè cognitis non temerè pronuntiant.

Erica Alexandr. Lob.

Locus.

Vermicularius frutex.

Locus.

Sesamoides minus.

Cneorum album Guiland.

Aproxis Plin. Focalea

Ad puluerem pyrimum.

Plin. illust.

Aproxis Sude.

Sanè si diligenter consideremus descriptiones allatas, quædam dissona deprehendemus, & maximè in Myconii & Dalech. & potissimum quoad vires & icones. Multi & peritissimi Botanici circa similitudinem decepti sunt, præstat ergo occasionem præbere diligentius inquirendi, quàm posteritatem decipere non sine graui periculo.

Ericam Alexandrinam vocant Itali, teste Lob. nimirum, vt ille ait, hoc specioso nomine mittunt & obtrudunt Itali quidam peritiores peregrinitatis & nouitatis titulo, cum tamen in Galloprouincia & Hispania eius sit facilis prouentus. At is inter varietates Vermiculati fruticis acris recensuit in Obs. & Aduers. vt ipsemet testatur. Verùm non possumus nobis persuadere Lobelio bene notam fuisse Sanamundam tertiam Clus. Si quis consideret eius icones, quanta diuersita?

Nos existimamus plantas depictas in Aduers. pag. 163. & Obs. p. 207. diuersas à Sanamunda tertia Clus. de qua hic agimus, quamuis pauca, quæ scribit in Obs. pag. 203. nomine Vermiculatæ videantur posse Sanamundæ conuenire: scribit enim folia alba densissimè conferta denticulis Vermicularis acris, maioribus. Quas autem plantas censeamus exhiberi per prædictas icones, dicemus sub huius operis finem, vbi trademus de Vermicularibus marinis.

Cæterùm, inuenitur etiam hæc planta, inquit Clus. in toto illo tractu maritimo Meridiei obiecto, qui ab Herculeo freto, ad Pyrenæos vsque excurrit. Nos pulchrum ramum cubitalem habemus in Herbario nostro sicco, à Valerando Dourez, insigni Pharmacopæo, adf. nostro, cuius manu adscriptum est: Sesamoides forte minus ex Syria: & ibidem manu Dalech. nobis hæc planta picta aduecta è Corsica. D. Casp. Bauh. attulit ramulum nomine Cneori albi Guiland. collectum in horto S. Pontificis Romæ. Nos & in horto Serenissimi Magni Ducis Hetruriae legimus Florentiæ, ex factis alto & eleganti frutice, cum hæc annotatione à non indocto hortulano accepta: Aproxis Plin. aut Focalea. Miscent cum puluerem bombaceum parant.

Scribit autem Plin. à Pythagora Aproxin appellari herbam, cuius radix è longinquo concipiat ignes, vt Naphtha. Idem tradit: si qui morbi humano corpori acciderint florente Aproxii [Brassica. CH.] quamuis sanatos, admonitionem eorum sentire, quoties florere eam contigerit [florem eum tetigerint. M.] Sed mittamus Pythagoricas has nugas, quarum Author, vel ipso Plinio teste, Magorum studiosissimus fuit. Sed quantum portentosiora tradit Plin. eo loco? nempe lib. 24. c. 17. Annotat Dalech. ἀπρόξιμιν dici, quod metu & pauore accedere propius non audent: ἀπρόξιμα, accedere est.

CNEORVM.

CAP. XLVIII.

Quum certum sit tam Chameleam quam Thymelæam à Veteribus Cneorum fuisse appellatam, non insubidè hoc loco, opinamur, de eo trademus. Verùm quum non solum de modò dictis plantis dicatur hoc nomen, sed & pluribus aliis plantis à Neotericis attribuitur, [vt iam in præcedentibus ex parte dictum] statuimus hoc loco præferre quæcunque Veteres de eo proderunt, subinde demonstrare quales plantæ eo nomine à diuersis donentur.

Theoph. inter surculosam quæ carnosum folio constant refert Cneoron, & inter herbacea, Sedum, quod ἀειζωον nuncupat. Cneori verò duo genera statuit: album & nigrum. Albi, inquit, folium cutaceum est [δερματώδες] oblongum, figura quodammodo Oleagineo simile. Nigri verò quale Tamarisci, carnosum. Album supra terram minùs se attollit, [μᾶλλον ἀπὸ γῆς ἐστίν.] & exiguum quid olet: Nigrum autem valdè odoratum est. [εὐσμιθ.] habent vulg. Cod. Gaza, Cornar. & Guil. legunt ἀοσμιθ. Rob. Const. ἀνοσμιθ., omnes Plinium secuti.] Vtrique radix alta, magna. Rami multi, crassi, lignosi, ferè statim è terra diuisi: [Græcum addit ἐυκαρπώτερον καὶ γλιχρὸν: meliùs tamen legisse videtur Gaza cum omisit hanc vocem, & γλιχρὸν tantum legit.] lenti admodum. Quamobrem hisce vtuntur ad colligandum & comprehendendum modo salicis & Vitilium. [ἀσπερ τὸ δόξυρ. Ὅμοια salix Amerina & Vitilis: Galli sua lingua adhuc vocant ὄσιερ. Gaza, Iunci modo vertit.] Germinant florèntque post æquinoctium Autumni, & diu florent. Idem quoque priùs alibi Cneorum inter ea recenset, quæ aculeis carent. Gaza vtrobique more suo interpretis fidem excedens, κνέωρον Casiam vertit, Plinium secutus quidem: sed itidem malà fide. Nam & hic Cneoron dixit, quamuis addat Casiam Hygino vocari. Reliqua paucissimis expedit, his: Cneori duo genera, nigri atque candidi. Hoc & odoratum. Ramosa ambo. Florent post æquinoctium Autumnum. Dixerat autem priùs: Fruticem Thymelæam, aliis Chamelæam, aliis Cneoron dici: similem esse Oleastro &c.

Et Galen. lib. 9. cap. 3. de Compon. Med. floc. Ex Archigene, κνέωρον [inquit] τὸ χυμολαλεῖν ἐν τοῖς κνέωρον. Et Hermol. Nostri (ait) Chamelæam & Thymelæam præcipuè Casiam videntur appellasse. Porro quod Cneoro Theoph. carnosum folium veluti Myricæ attribuit, hoc, inquit Cornar. ad Cneoron Diosc. quod nomine peculiari Thymelæa appellatur, non pertinet, sicut neque ea, quæ de duobus Cneori generibus scribit: sed referenda sunt ad aliud Cneorum, quod foliis in coronamenta venire & Casiam ab Hygino vocari Plin. ait.

Vidimus doctos viros hac parte rerum confusionem fecisse. Tagaultii in lib. de Purg. opinio est, folia Thymelææ vsque ad Theophr. tempora Cneorum vocata fuisse: ipsum verò Theophrast. plantam Cneoron & Cnestron vocasse: ita à Cneoro putat deriuatam vocem Mezerei, Hyginique. Casiam à Latinis Oliuellam dici. Sed longè petita Mezerei deriuatio, quam vix emunctior Grammaticus admittat. Interim non docet, quam plantam intelligat, aut exhibeat.

Marantha in sua Meth. tradit Theophrast. per Cneo-

Institui ratio.

Cneori duo genera.

Vtriusque comparatio.

Theoph. vtriusque illustr.

Tempus.

Gaza interpretis fidem excedit.

Thymelæa, Chamelæa, Cneoron.

Casia.

Cnestron.

Corn. m.

Casia Virg.

Math. Guiland. concertatio de Cneoro Cornar. Guiland.

Guiland. descriptio.

Math. Gill.

Math. Guiland. sui m. mor.

Cneori album Theoph. Casia m.

Cneoron, Thymelæam & Chamelæam intelligere, quæ nomina Dioscoridi vſtatiora dicit, vt prius illud Theophrasto.

Matthiol. in Dioscor. Casiam Virgilij putat eandem cum Cneoro Plin. & Theophrast. Sed quænam plantæ oriantur in Italia vel aliunde eò afferatur, quæ Cneoron referant, quid referat, se non habere ait. Guiland. in Theone, Cneorum vtrūque Chamelæam & Thymelæam esse ex Aretæi, Dioscor. Plin. Gal. & Aetii traditione ignorare demiratur. Matthiol. respondet in Epist. ad Cratonem: Cneorum, quòd videat Guilandinus inter adulterinas Thymelææ nomenclaturas habere Diosc. quòdque habeat Gal. & Plin. id quod me adnotasse ignorabat, non sine ingenti latratu barbarus ille Canis me adoritur. Verùm Theophrasti Cneoron à Dioscor. & Gal. Cneoro pluribus differt notis: Thymelæa Chamelææ ambæ graucolentes sunt: grandi altaque radice haudquaquam nituntur, nec florent, nisi Vere inchoante, nec humi procumbunt. Adde quòd Cneoro nigro folia Tamaricis reddidit Theophrast. Sed eiusmodi folia nec Chamelææ nec Thymelææ insunt. De albi Cneori genere meminit Plin. inter odoratas plantas: de altero verò Cneoro, de quo Diosc. & Gal. meminit is loco superius citato. Scribit de Gnidio grano Theophrast. statim simul ac de Piperete egit non autem vbi tam diligenter Cneori historiam describit, vt pote, qui Gnidium granum non ignorabat Cneori non esse fructum. Idem in epist. ad Marantham similibus argumentis conatur refutare Maranthæ opinionem: addens, nullum esse inter Thymelæam & Chymelæam coloris discrimen, quo nigra altera appellari debeat, altera verò alba. Pro Guilandino rursus respondet Paul. Hæssus aduers. Matth. Probl. 8. in hunc modum: Multa sunt quæ sententiam Matthiol. de Cneoro infringunt, quòd nullius rationibus euidentiùs probari posse puto, quàm ipsiusmet Dioscor. & Theophr. autoritate, cui ille inniti quàm maximè videtur. Neque enim Cneorum inter adulterinas solùm apud Dioscor. nomenclaturas legitur, quemadmodum Matthiol. commentari fuit ausus, neque etiam verba Theophrast. de vtroque Cneoro & Dioscor. de Chamelæa & Thymelæa ad eò longè inter se dissident, quin ambos de iisdem locutos esse plantis docere queant. Pluribus rem prosequitur Hæssus, quem consulere poterit Lector, cum fusam huius controuersie tractationem, ex illius scriptis integram huc trāsferre non permittat breuitatis studium. Nos sanè neuti-quam legimus apud Veteres Thymelæam & Chamelæam grandi alcæque radice haudquaquam esse, & non florere nisi Vere inchoante, vt Matthiol. ait. Hoc quidem conuenit Laureolæ folio deciduo, quæ non floret nisi vere, quam Matth. videtur confundere cum aliis plantis, vt antehac demonstratum.

Mirum etiam Matth. ita inconstantem suique immemorem, vt exhibeat pro Cneoris plantas cui folia nullo modo similia Tamarici, quale eius Cneoron frutex, de quo nos antè: & Cneorum herba, de qua etiam suo loco, titulo Ocymoides vel Saponariæ minoris.

Doctissimorum quorumcunq; iudicio, inquit Clus. Cneorum Theophrast. à Thymelæa & Chamelæa Dioscor. non differt. Quin & Casalp. Plinius [inquit] Chamelæam petrosi nasci tradit, non vltra palmi alitudinem, foliis Oleæ amaris, odoratis: videtur autem intelligere Cneorum candidum Theophrast. quæ inter Coronarias Casia à Latinis vocatur. Idem Casalp. eo cap. quo hæc

trahit nempe 7. lib. 4. duas plantas describit, quas ambas descriptiones posuimus cap. de Laureola decidua, vt qui dubii simus, quas plantas intelligat: quarum vna fortè Chamelæa folio subtrus incano, altera Laureola folio deciduo. Idem tamen cap. 9. tradit, Cneorum Hisp. Micciam vocatum: [de quo prius actum, cap. de Sesamoide minore Dalechamp. siue Sanamunda 3. Clus.] ibidem Theophrastum dicit Cneorum appellare.

Rob. Const. in Lex. *κνέωρον* vel *κνέωρον*, Casia herba, differens à Casia frutice aromato, de qua Virg. De hac intelligit Plin. lib. 2. cap. 12. & lib. 12. c. 19. Vbi Cneorum quod Casiam Hyginus vocat Cneorum Hipp. etiam *κνέωρον* vocat, vt pluribus dictum in superioribus.

Cæterùm Cneori nomine has inuenimus plantas exhiberi: *Chamelæam tricoccon*: *Chamelæam folio subtrus albo*: *Thymelæam Monspeliensem*: *Laureolam folio deciduo*, ac etiam *folio perpetuo*: *Cneorum Matthiol. frutex*: *Tartonaire* siue *Sanamunda* 1. Clus. *Sesamoides minus* Dalechamp. siue *Sanamunda* 3. Clus. *Casia Monspel.* de quibus omnibus abundè actum distinctis locis & capitibus.

Dalechamp. *Cneorum album* facit plantam dictâ *Argenteam*, de qua imox. Item *Nerium alpinum* quorundam de quo l. 13. *Rosmarinus coronarius*. lib. eodem. *Lauendula* siue *Pseudonardus* lib. 28. *Campchorata Monspel.* lib. 29. Eodem etiam *Ocymoides minus* siue *Saponaria*. Dod. inter Synonyma Dyp-laci ponit Cneorum.

Ita vides in quantam confusionem Cneori historia ab Herbariis fuerit coniecta, singulis ferè nouam quandam, ne nihil dixisse viderentur, pro Cneoro obrudentibus. Nos vt speramus, aditum patefecimus posteritati hæc omnia diligentius examinandi ac diiudicandi.

CNEORVM ALBUM DALECHAMP. aliis Dorycnium.

Cneori albi Dalechamp. plantam in hortis Adonis aliquando aluimus, cuius rami tomentosi, albidii: folia quàm vel Chamelææ vel Thymelææ maiora non nihil, ad magnitudinem foliorum Mezerei Germanici siue Laureolæ folio deciduo propiùs accedentia, argentea lanugine



utrinque nitentia, mollitie holosericea, per extremum obtusa.

Dalechamp. autore, in summo ramorum vertice velut in Corymbos acervatus emicat: Semen nigrum, crassum, in folliculo tanquam glumâ reconditum. Radix grandis, in profundum subiens.

Imperatus scribit, folio esse simili Oleæ, & flore integro, Ddd 4

Casia Vir. Guiland. concertatio de Cneoro Contra Guiland.

Cneori do nura. tris que comparat

Cneori do nura. tris que comparat

Guilandini defenso.

Thymelæa, amilæa, coron.

Matth. su. Gill.

Matth. in- constanti sui imme- mur.

Cneorum album Theoph. Casia La- tinarum.

Cneorum. Cneorum.

Aequiuoca

Folia

Flos.

Semen.

Radix.

Dorycnium Imperati.Semperui-
rens.

Fructus.

Dorichniū.
Argentina.
Argentina
flore pur-
pureo.

Locus.

Ordinis
vatro.

instar Campanulae, quem pulchre depictum exhibet, sicut & Clusius in Appendice Operis sui Botanici, qui plantam hanc ad duorum aut trium pedum altitudinem assurgere, & multos ramos lignolos spargere tradit, non valde dissimiles tenellis ramis Ziziphæ albæ, & flores Conuoluuli aut Strammonia, fatis fugaces, quia vno marcescente alter sese expandere incipiat:

fruticem esse semperui-
rentem, & hyeme folia
non abiicientem.

Casalpino quoque herba fruticosa est, multis ab eadem radice caulibus simplicibus, altitudine dimidii cubiti, numerosis foliis circumdati Oleæ figura, paulò angustioribus, molli lanugine, colore argenteo, in summis virgis coma prædensa, in qua flores candidi Calathi effigie, & fructus Conuoluuli minoris.

Hist. Lugd. scribit esse Cneorum album Dalechamp. & quorundam Herbariorum sententiâ optimè quadrare cum descriptione Theophrasti.

Casalp. & Donichnium vocat, & ex Sicilia haberi scribit, vulgòque Argentinam vocari. Sed quæ sit altera eius Argentina nescimus: quam tradit otiri in asperis collibus & maritimis, breuioribus ramulis humi sparsis, rarioribus, foliis pinguioribus breuioribusque: floribus purpurascens in plures ramos distributis. Dioscor. Dorycnium tradit Oleæ nuper nascenti similem &c. foliis Oleæ angustioribus, vbi *subterea* legendum esse idem vult Casalpinus. Imperatus quoque Dorycnium Diosc. putat, & Iacobus Plateau, vt annotat Clus.

Nascitur in locis lapidosis & saxosis maritimis teste Hist. Lugd. Nos pulchrum ramum inter siccas nostras habemus. D. Casp. Bauhino quoque missa fuit titulo Dorycnii Diosc. Sata nobis ex semine aliquando prouenit in horto E. C. Montb. De vitibus eius nihil adhuc cognitum nobis: si sit Dorycnium quod non negauerimus, sed iudicio Lectorum relinquimus, eius vires reperient Lectores in nost. Hist. lib. II. cap. de Dorycnio Veteribus dicto, vbi etiam comperient æquiocationes.

Cæterum de Cneoro non baccifero frutice vel suffrutice hoc loco egimus, propter historiam eius communem cum Chamelææ & Thymelææ, quæ & Cneorum plerisque Doctis putantur, & baccifera sunt. Non malè quoque facturi videbimur, si sequentem fruticem, foliis non vsque ad eò diuersum à prædictis, licet non bacciferum, sed facultate ad eosdem plurimum accedentem, ideòque terribilem herbam dictum, cum sit frutex, hoc quoque loco tradamus.

ALYPVM MONSPELIANVM,
SIVE FRUTEX TERRIBILIS.
CAP. XLIX.

Alypum Descriptio.
Monspe-
liensibus pu-
tatum; frutex
est cubitum
aut sequicubi-
tum altus, in
multos diuisus
ramos ligno-
sos, satis te-
nues, ruben-
tes, vel ex fus-
co purpurascē-
te cortice te-
ctos; per quos
folia concoloria ferè nascū-
tur, Myrto vul-
gari acceden-
tia, magnitudi-
ne sua: non itē
penitūs formā.

Ex angustissimo enim principio ad extremum usque propemodum dilatantur, vbi interdum & vnâ aut altera crenâ incisâ, obtusum mucronem efficiunt, crassa, solida, amara. Flosculi extremis ramulorum plurimum, aliâ ad medios ramulos glomeratim congesti hærent, purpurei, ex tenuibus staminulis contexti. Radix crassa, dura, nigra lignosa. Cuncta planta, inquit Lob. amara & inamæno Thymelææ aut Chamelææ gustu, aut vehementiore etiamnum à sexto anno.

Quoniam verò Clus. in Hispania natam describit, & quædam habet in sua descriptione, à nobis non annotata, lubet & illam subiungere. Suffrutex hic potius, quàm herba, cubitali aut ampliore altitudine assurgit, multis ramis lignosis, duris, fragilibus tamen & nigricantibus præditus, circa quos ex tuberculis interdum multa confertim & simul iuncta folia nascuntur, in tenerioribus verò ramulis, qui plerumque rubescunt, rariora, Myrti ferè, longiuscula, ex cæruleo nigricantia, carnosa, nigricante pediculo, acuto mucrone, extremæ amaritudinis. Summis ramulis singulares inhærent calyces squammatim compacti interioris orbis florum Scabiosæ aut Morfus Diaboli magnitudine, qui florem continent villosum & lanuginosum, ex cæruleo candicantem in medutillio, at in ambitu omninò cæruleum. Semen se ignorare ait, & florentem tantum conspexisse.

Alypum Montis Ceti Narbonensium, Herba terribilis vulgò: si iniquiunt Aduers. vti nonnullis eruditus persuasum fuit, Arabes vocitarunt Turbith quodlibet Phegmagogum, paulò vehementius pituitam educens, meritò & istum fruticem possit quis Turbith vocare, nec enim minus malè ominato nomine, quàm Turbatorium Turbith vocat istam herbam Terribilem vulgus Narbonensium, vbi Impostores valetudinis cauponatores impij atque tribades mulierculæ terribiles, vt vocant, illic moliuntur purgationes istius terribilis fruticuli folijs, floribus & semine.

Eam si Senensis prorsum siluisset, nec pingendo deprauasset, meliùs suo honori Lectorique consulisset. Hanc enim cap. de Tripolio, sibi etiâ ignoto, vbi multum ineptit, & Alypum plantam tenui-

tenuibus Ferulæ folijs esse dicit, non istam: Dioscoridi imponit, Brassaulæ & alijs doctissimis conuiciatur & obtrectat, argumentis ab illorum monumentis mutuo sumptis, etiamque vestigatore ingenuo indigna prorsum & vecordia plena verba illa inseruit: Non referre, cuius sit plantæ radix Turbith Alexandrinum, cum eius facultates à Medicis optimè sint perspectæ. Sic scamnidicum vel aratorem, non commentatorem loqui decet. Nullam hodiè nostra ætas nouit plantam, vt eadem Aduers. tradunt, cui Diosc. Alypum assimilari queat, neque vllam plantam habemus, quæ æque benè, in d' vlllo modo (præter Ferulas) Alypo congruat, siue lincamentis, siue efficaciâ purgandi, atque hic frutex Maritimus.

Sanè hanc quominus asseramus genuinum Alypum, vna notula non tam obstreper, quàm deest, foliorum nimirum: quæ non fuerunt expressa à Diosc. aut fortassis fuerunt labecula codicis peruersa: mutata nempe voce *μαραδέες* in *υμπεδέες*, vt sit non subruber, sed fœniculaceus frutex. Hincque Mesue suum Turbith ferulaceum fecerit, vel Tapliam cum nonnullis.

Eadem Aduers. tradunt non esse Parmicam. Lob. in Obs. dicit esse Parmicam, & Conyzam tertiam quorundam. Querit etiam an sit Calcifraga Diosc. At si corrigereur Diosc. lectio, & pro voce *υμπεδέες* reponeretur, vel *υμπεδέες*, vel *μαραδέες*, ita enim esset corrigendum, multò minùs herbæ terribili responderet Diosc. descriptio. Nam quæ obsecro similitudo eius cum Fœniculo? nulla omninò. Nec etiam potest dici *λεπτοειδής* radix Betæ: nec plena succo. Immo nec nobis propriè videtur dicenda *πύα*, siue herba, cum reuera sit frutex lignosus, cuius & radix & virhulta lignola.

Vix putamus Matth. hanc plantam voluisse exprimere, id tamen poterit suo loco diligentius considerari.

Bætica, teste Clus. *Coronilla de frayles*, hoc est, coronulam Fratrum siue Monachorum vocant, quasi eorum orbicularem tonsuram flore referentem, & *siempre enxuta*, quia semper arida & exsucca videtur. Murciani verò & Valentini vulgari voce *Segullada*. Nonnulli Valentinae Academiae Professores Hypoglossum esse censebant: sed nihil cum Hypoglossò à Diosc. descripto commune habet, nisi quis fortè ob foliorum eius cū Rusci folijs affinitatem ei hoc nomen donandum putet, quæ tamen in hoc frutice circa pediculum oblongiora & angustiora, sunt: præterea dissimiles vtriusque facultates.

Hist. Lugd. *Empetrum phacoides* dicitur, & *Herba terribilis* Narbonensium. Scribit tamen: Diuinare potius quàm certò statuere licet, quæ planta legitimum Veterum Empetrum asseri possit. Si tamen coniecturæ locus sit, Dalech. Empetrum esse opinatur plantam, quæ à vulgo Narbonensium *Herba terribilis* vocatur, cuius cap. de Alypo mentionem faciemus, ob violentam in corpore purgando facultatem. Ea nunc in ipso maris littore prouenit, salsum humorem bibente eius radice ac tum falso gustu est, vt catera plantæ, quarum radix marinam aquam fugit: nunc in montibus mari vicinis, vt in monte Cestio, vulgò *Cap de Ceste*, propè Agatham, nullo maris succo imbuta, sed tantum obiecta eius afflatui, ac tum falsuginis experts, gustanti perquam amara sentitur.

Eadem Hist. Lugd. sic depingit: Cubiti esse magnitudine, & eo maiorem, cortice purpurascete ramosam, folio Lentis, sed Lentis modo

per aequales versus non dispositò, per ramos & surculos nullo ordine prodeunte, supernè viridi, infernè candicante, capitulis in ramorum vertice purpureis & rotundis, Aphyllanthi non dissimilibus. Ast nobis sanè valdequam affectatè, ne dicamus fictè Lentis folio dici videtur, propter vocem *φακοειδής*, attributam Empetro apud Diosc. cum alij *μαραδέες* vocari tradant, vt postea ostendetur. Profectò parum nobis videtur in folijs Herbæ terribilis esse similitudinis cum Lentis folijs. At non idèd prorsus reijcimus esse posse Empetrum Veterum. Considerentur quæ mox tradentur de Empetro.

Miramur quoque cur Hist. Lugd. capiti de Empetro non subiunxerit caput de Alypo, sed interposuerit vtrisque caput de Cucumere silu. & cap. de Colocynthide. His demum subdit iconè Alypi Matth. quam ex Penæ autoritate corrupit & deprauauit: nihilominus tamen denudè proponit suam Empetri iconem titulo Alypi Penæ & Herbæ terribilis Narbonensis. Præstitisset nostrò iudicio, vno capite fuisse scripta & tradita, non quòd existimemus Alypum Matth. idem cū Herba terribili, licèt hanc opinionem non reprobet C. Bauh. in sua Animadu. in Hist. Lugd.

Tabern. quoque duas ponit figuras huius plantæ pro diuersis, & sub diuersis titulis, Alypi, & Hypoglossi Valent. Clus. Cameracii: Alypum autem apud Matth. vix putamus idem cum Herba terribili seu Alypo Lob.

Ceterùm Alypum potissimum in monte Cestio Frontignano oppido versus Austrum opposito, & in mare sito frequentem obseruauimus & legimus. Quamvis & in alijs Narbonæ & Galloprouinciæ locis ad mare & Austrum deuenis, & præruptis maximè, vt annotat Lob. natales suos delegerit. Flores in prædicto monte vidimus mense Aprili. Febr. mense floribus onustum inuenit Clus. in Bæticæ solitudinibus circa Antequeram. Martio autem inter Velez, & Rubio, & Lorca, quæ Eliocrota Veteribus dicitur, Murciani regni vrbes, toroque Valentino regno.

In Italia quibusdam instructoribus hortis cultam, & proceritate foliorumque amplitudine speciosiorè paulò obseruauimus. D. Calzolarius Veronæ nobis ostendit pro Parmica: quo nomine & doctiss. Medico Rantzio in horto Florentino lectam nobis attulit, & ex Prouincia misit Iac. Rainaudetus industrius Pharmacopœus. Vim cætharticam violentam huius stirpis antè diximus. Circumforanei Bæticae Medici, notante Clus. eius decoctum propinare dicuntur iis qui Gallica scabie siue Venerea Lu laborant, non sine magno, vt aiunt, successu, Hist. Lugd. quoque purgandi vim Sefamoide utroque [intelligimus Sanamundam 1. & 3. Clus.] non imbecilliorè habere testatur. Purgare autem bilem, pituitam, & aquas, non aliter quàm Tithymalus. Quapropter eà non temerè vtendum censemus.

EMPETRVM PURGANS.

CAP. L.

Paulò antè dictum, quibusdam videri Alypum esse Empetrum. Videamus ergo quid Veteres de eo tradiderint, potissimum de purgante,

Empetron, inquit Diosc. aliqui Phacoides vocant. Nascitur in maritimis & montanis, falso gustu. Quod verò propius terræ fuerit, amarius sentitur. Trahit pituitam, bilem & aquam, da-

Hist. Lugd. Jugillat. eiusdè que multiplex error.

Tabern. nos

Locus.

Tempus.

Cultus.

Parmica.

Vires & vsus.

Purgans.

Cautio.

Vfus.

descriptio

ortus.

dia.

Diosc. lectio

Matth. & Lob. in improbat.

dix.

por.

Coronilla Fratrum.

Professorum Valentinae Acad. opinio

Herba terribilis.

Empetrum Dalech.

Herba terribilis.

Locus.

Herba terribilis.

rum in iure aliquo, aut in hydromelite. Obiter vero notandum caput hoc empetri in quibusdam exemplaribus deesse. Empetron vero Gal. Paul. &

Calcifraga.

Actius non φακοειδής sed μεσοειδής, alio nomine vocari tradunt, ita ut non temere quidam suspicentur ita apud Diosc. legendum esse. Porro ea verba quod pro opius terra, amarius sentitur, aliter reddidit Plin. sic scribens: Empetrum (Empetros. CH.) quam nostri Calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, fere in saxo. Quod propius mari fuerit minus falsa est potaque bilem trahit ac pituitas: quod longius magisque terrena, amarior sentitur. [Sed quidam, ut Plinium cum Diosc. concordent, sic legendum censent: quod propius mari fuerit, magis falsa est &c. Vetusitate vires perdit. In iis vero quae proximè sequuntur] Recens vrinam ciet decoctum in aqua vel tritum, calculosque frangit. Qui fidem huic promisso quaerunt affirmant lapillos qui subferuescant, vna rumpi. In his, inquam, videtur Plin. Empetrum marinum cum Saxifraga confudisse deque hac illa inaudienda accipiendaque esse, ut ante nos & Matth. & Dal. obseruarunt.

Plin. correct.

Empetron ad solas purgationes commodum iudicat Gal. bilemque ac pituitam educere. Gustu falsum esse: proinde ad alia quoque vtaris licet, ad quae polere docuit substantiam falsam. Paulus quoque Diosc. secutus, mentiones duas Empetri habet, quasi duorum generum. Gal. vnicum. Actius etiam Epipetron vocari solitum affirmat. Porro Empetron dictum videtur quod nascatur in petris, eademque origine Epipetron ab Antiquioribus. Nec solum quia lentis figuram & speciem refert, Phacoides, sed quia Marrubio simile Phacoides est, inquit Marcell. Plinius Saxifragam à Latinis vocari ait, miscetque eodem notante cum ea quae priuatim & seorsim à Diosc. Saxifraga descripta est. Ex quo suspicatur, quod in Saxifragia dictum, non esse illud in Diosc. eo nomine recipiendum; aut si sit, quod tamen verisimile non sit, variantibus historia & medicina: bis de eadem actum fuisse, antè sub titulo Saxifragiae, & iterum sub Empetri. Paulum quidem Empetri manifestè, Saxifragiae autem nusquam meminisse. An verò Empetron idem sit cum Sarxiphago, vel diuersum, non facile quis indicabit, inquit Cordus. Vt cumque fuerit, nulla iam hoc nomine extat herba.

Empetra duo Herm. Epipetron.

Etyma.

Saxifragia Marc.

Phacoides Corn.

Saxiphages

Epipetron. Arist.

Empetron ad solas purgationes commodum iudicat Gal. bilemque ac pituitam educere. Gustu falsum esse: proinde ad alia quoque vtaris licet, ad quae polere docuit substantiam falsam. Paulus quoque Diosc. secutus, mentiones duas Empetri habet, quasi duorum generum. Gal. vnicum. Actius etiam Epipetron vocari solitum affirmat.

Porro Empetron dictum videtur quod nascatur in petris, eademque origine Epipetron ab Antiquioribus. Nec solum quia lentis figuram & speciem refert, Phacoides, sed quia Marrubio simile Phacoides est, inquit Marcell. Plinius Saxifragam à Latinis vocari ait, miscetque eodem notante cum ea quae priuatim & seorsim à Diosc. Saxifraga descripta est. Ex quo suspicatur, quod in Saxifragia dictum, non esse illud in Diosc. eo nomine recipiendum; aut si sit, quod tamen verisimile non sit, variantibus historia & medicina: bis de eadem actum fuisse, antè sub titulo Saxifragiae, & iterum sub Empetri. Paulum quidem Empetri manifestè, Saxifragiae autem nusquam meminisse. An verò Empetron idem sit cum Sarxiphago, vel diuersum, non facile quis indicabit, inquit Cordus. Vt cumque fuerit, nulla iam hoc nomine extat herba.

Cornario Phacoides in Diosc. suspecta est: & caput quod de Altero Empetro Diosc. habebat, de Saxifrago inscriptum, à se inter supposititia relatum testatur, ac quod Graecam inscriptionem non praeferret, illegitimum iudicatum. Habere tamen & Paulum Saxiphages, idque vrinam ciere & calculos atterere. Quare à Plinio confusa duo Empetra diligenter esse distinguenda. Quin & Herbarii nostri multas saxifragae species ostendunt, quas omnes Steinbrech appellant, ut in ipsis diligenti distinctione sit opus.

Arist. l. 4. de part. anim. Epipetri ab aliquibus vocati meminit, quod ad praesens Empetron pertinere autumat Cornar. & nos Cuscutam censemus, de qua suo loco.

Non desunt, inquit Matth. qui Oedipum se faciant, & Diosc. obscura quasi aenigmata de Empetro audeant soluere. Plinius fortasse similitudine deceptus, quod Empetrum Saxifragiam existimauerit. Vires quas vtrique tribuit Diosc. pui vni impetro attribuit. Haec ille. Sed si Matth. suae opinionis autores citasset, non in eum haec scripsisset Rob. Const. in suo Lex. Plinius Empetron non confundit cum Saxifrago, ut criminatur

Matth. sed disertis verbis distinxit lib. 22. c. 21. iudicans Saxifragum Adianthi genus esse.

EMPETRVM SARXIPHAGVM.

Meminit & alterius Empetri Diosc. his verbis: Σαρξίφαγον aliis Σαρξίφαγγον, aliis ἔμπηρον, Romanis Σαρξίφαγγα: Frutex est furculosus, (ὄλεμος σαρξίφαγγος) in petrosis & asperis locis nascens, similis ἐπιδόμου. Marcell.

Descriptio. nomina.

Vim habet in vino coctus & potus, ut febricitantibus [ut febricitantibus omittitur in vetustiss. cod. Marcel.] opituletur: vrinam item stillicidio & singultui, & ut in vesica calculos atterat, & vrinam ducat. Hermol. hoc caput retinet, sed vocem Epithymi non habet, nec etiam cod. Basil. nec Paris. Ruellius & Cornar. addunt quidem, Epithymo, sed ipsum caput, ut subreptitium & adulterinum reijciunt.

vius.

Saxifragum, inquit Hermol. & Saxifraga Lat. dicitur. Item Calcifraga; si modò hæc est, quam & Plin. & Diosc. alio loco Empetron appellant. Corrosi & ambugi sunt hac parte Graeci Diosc. codices, nec quale sit huius herbae folium, animaduerti vilo modo potest, & in ipso verborum textu spatium inane vacat. Porro veterem in Diosc. picturam huius herbae vidisse se testatur Herim. non plus folijs, quam cirris minutis &c: Recentioribus de hac herba parum conuenire, alios Tritici foliorum figuram, alios marinae Bati similem dixisse, alios Tormentillae vulgò dictae

Saxifragum Saxifraga.

Marcella.

Marcellus peregrinam Graecis & alienam vocè esse rectè annotauit. Idem ait: si negaremus Diosc. esse hoc caput, contra Graecos Latinosque codices omnes & Posteriorum decreta id erit: inclinatur tamen animus non esse Diosc. legitimum illud caput, aut non Saxifragam Latinam appellatione à Graeco homine dicendam fuisse: sed quo in praesens adhuc indicatur, Sarxiphagon, à minuendis & erodendis carnibus: est appellationis huius nulla sit nobis causa aut ratio. Paulus, ut idem notat, qui totum in sextum suae Medicinae Dioscoridem multa breuitate exscripsisse videtur, Empetri manifestè meminit: Saxifragiae autem nusquam: quod non relinquendum ab eo fuerat, si tunc in Diosc. Saxifraga legeretur, aut ipse pro diuersa eam recepisset. Crederemus nos etiam eandem Saxifragam & Empetron esse, nisi diuersa penitus vtriusque historia & medicina esset. Ruellius dicit Saxifragon à Paulo Sarxiphages nominari, sed id caput non esse legitimum Diosc. facile eo persuaderi posse, quod Latina appellatio contra Scriptoris morem Graecae praefertur. Verum nullius id argumentum valoris esse, inquit Cordus: & addit, hoc Sarxiphagon esse, quod Gal. Cestron etiam dici testatur, quodque Paulus Pulegio simile esse dicit, sed minus. In Cestri, id est, Betonicae capite cum Epithymo comparare: [non inuenimus in Diosc. capite de Betonica, sed in hoc cap. de Sarxiphago.] Ille verò suspicatur non legendum esse Epithymum, quoniam nulla sit inter Pulegium & Epithymum similitudo. Quare Thymum pro Epithymo legendum esse, non sine ratione conijcit.

Paulus Dioscoridem breuiss. transcripsit.

Cestron.

Lonic. coniectura est nominum ratione eundem esse fruticem & hunc, & qui deinceps alio loco à Diosc. describitur, nisi diuersa vtriusque essent medicinae. Rectè tamen esse diuersas.

Matth. in Diosc. retinet caput Sarxiphagiae, lijs Empetri, dicti. At Const. apud Amat. aperte scribit,

bit,

Adiantum Saxifraga Equiuos Empetrum Myrica Juniper

Senecio

Critonum sine Venicula

Crista rina

bit, supposititium & spurium esse illud caput de Saxifragia, non enim in antiquis Diosc. exemplaribus legi. Quin hæc, que à Falsario quodam interposita sunt de saxiphragia, ita depravatæ & corruptæ Græcè tradi, vt qui hæc interiecta & non legitima non possit agnoscere, nesciat planè quid distent a Lupinis. Plinium vocare Adiantum Saxifragum, quòd calculos comminuat.

Cæterum plurimæ plantæ pro Veterum Empetro habitæ sunt, vt frutex ille, quem supra Alypi Monspel. nomine descripsimus. Anguil. epist. 14. meminit Empetri in Græcia, dicti *Prosai*, voce corruptâ à Prassoide folijs Alchali purgantibus, alibi post Cali. Ant ea considerandum proposuimus an Sefamoides minus Dalech. siue Sanamunda 3. Clus. possit conuenire cum Empetro Diosc. Amatus ignauiam suam satis prodit, quando non ausus sit describere suum Empetrû, de quo in suo in Diosc. com. scribit, confundens diuersarum plantarum nomina, quando sic tradit: Empetron, Calcifraga, Gal. *Percepierre*: Germ. *Steinfraur*: mox addens: Empetri historiam tam succinctè narrasse Diosc. vt quæ illa sit herba, difficile sit addiuinare. Olim verò apud Antuerpienses agebat, apud quos magnâ diligentia simplicia medicamenta inuestigasse ait, Cornelium Medicum Antuerpiensem sibi herbam cæspitosam, sapore balsam, prope mare nascentem, obtulisse, quam Empetrum esse contenderit: Nam & pastorem, qui illam ad eum attulerat, iureiurando affirmasse, Oues quum malè haberent, ad illam tanquam ad certum salutis asylum confugere: eiusque esu munitas, morbum propulsa & immunes mansisse.

Considerent periti, an Crithmum 3. Matth. in com. cum magnis fig. siue Chrysanthemum marinum esse possit, de quo agemus suo loco. De ea autem scribit Marth. Non deesse qui Empetron faciant, sed se ijs haud subscribere autum. Sylu. in Mel. annotat Sennam quosdam Empetron Diosc. putare. Crithmum siue Fœniculum marinum aliqui esse Empetrum: Verum esse nequit, cum non purget: de eo agemus in libro umbelliferarum. Ruell. Empetrum seu Calcifragam Lat. multis esse Cristam marinam: & retinet vitiosam Plin. lectionem de Empetro.

Matth. pro Saxiphago, alijs Empetro, exhibet herbam Fœniculi vel Anethi folio, de qua lib.

Vmbelliferarum saxifragæ nomine, quæ non frutex est, sed herba. Is etiam in post. suis com. alias etiam nobis obtrudit plantas pro Empetro, & potiss. c. de saxifragijs.

Hallucinatur, inquit Ryff. apud Diosc. qui eam herbam, quam Offic. Saxifragam albam *Weiß & Hohensteinbrech* appellant, Empetrum esse contendunt. Sed Ryffius, vt suo loco copiosius dicitur, dum alios reprehendit, nec malè ipse tamen quoque hallucinatur, pro saxifraga alba, Icone exhibens Polemonium petraeum, a quo non distinguit.

Ineptè quoque Thurnisus in suo Pisone Saxifragam albam vocat Empetrum Diosc. & Lonic. Empetrum Galenicum nihilo aptius Saxifragam & *weisse Strinbrech* Tragi dicit. At ipsemet falsus est Empetrum esse fruticem: non igitur saxifraga alba fuerit, quæ herba est. Cur Galenicum dicat nescimus. Præterea non purgat: quod tamen in Empetro requiritur. Multò ineptius idem alibi ad Empetrum refert Germ. *Harnfraut / widertod, Jungfrauher* / addens ex Gal. ad solas purgationes commodare. Quanta quæso confusio diuersarum? Aut quid purgantibus facultis vel is vel alius in his plantis obseruauit. Quis item minutissimas herbulas frutices dicit?

Tragus Polytrichum suum alterum ac etiam tertium ad Empetrum refert, Item Polytrichum suum primum, siue Rosellam Cordi. Ruell. Parisiensibus saluam Vitæ dictam, nobis Rutam murariam Empetron suspicatur. Euchar. Rosselin Herniariam. Et Gesn. ait, Herniaria Empetron Trago, nescio quàm rectè. Nos planè reiicimus ob antè dictas causas. Casp. Bauh. in Phytop. Polygonum 6. minus seu Millegranam maiore Tragi Empetrum dicit. Empetrum album Paracelsi, cuius Thurnisus meminit l. 6. c. 14. in Pisone, titulo de Saxifragia alba, fortè Milium Solis.

Multi hallucinari mihi videntur, inquit Ruell. quòd quidam huius herbæ [videl. Calcifragæ siue Empetri] fidunt picture, notis omnibus reclamantibus nempe cirris minutis &c. de quo suo loco, sub saxifraga. Hæc autem sunt contra Hermol.

Cornarius Empetrum idem putat cum Epipetro Arist. quod nos, vt dicebamus, Cuscutam censemus.

Math re-
preh.
Saxifraga
tenuis.

Ryffius not.

Polemonium
Petraeum.

Ros Solis.

Ruta muraria.
Herniaria.

Milium
Cuscuta.

FINIS LIBRI QVINTI.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and is mostly obscured by the paper's texture and discoloration.

Confilij
de

Discrip

Materni



HISTORIAE UNIVERSALIS PLANTARVM LIBER SEXTVS.

669

BACCIFERAS SPINOSAS EXHIBENS, TAM
ARBORES, QUAM FRUTICIS.

BACCIFERARVM nondum est finis. Nam & talium haud parua restat classis, sed quas natura spinis armavit, siue ut securus importari arceantur, siue ut in eas abeat alimentum terrestrius portio, siue aliud quippiam in eam rem humana temeritas, vel potius fragilitas committi audeat, non contenta summi: quod sat sit: sed cur ita fecerit Deus partisque rerum natura, sciscitari audeat, ut tandem intelligat se nihil scire. Dignitatis ordinisque prerogativa tribuatur omni eorum, in quibus aut oribus decantatissima Olea: qua, ut sativa & culta, et si spinosa non sit, natura tamen talis esse videtur, cum sterilescent in Oleastrum abeat, qui spinosa est arbor.

DE OLEA. CAP. I.

OLEA SATIVA.



DE Olea pro dignitate & argumenti fertilitate tradituris iusto opus esset volu-nine, vel Galeni exemplo, qui de Oleo, quod ex Oleae fructu exprimitur, integram libram satisque amplum conscripsit, & illi plus quam alijs omnibus simplicibus inhaesit. Quare & nos utilissimae



Consilij rae

Descriptio.

Materiae.

huius arboris naturam paulo diligentius tradere constituimus: sed ea lege ac ordine, ut historiae ampliudinem, & multijugam varietatem, ordine atque compendio temperemus, incipientes ab Oleae sativae, tanquam vulgissimae, descriptione. Olea mediae, nec magna est arbor, huiusmodi patula, perennis viridis, trunco semper

humanum plus minus crasso, magna ex parte nodoso, materiae aequaliter spissa satis solida, alicubi & crispa & intorta, gustu amaricante, colore in-

ter flavum & spadiceum ferè medio, nonnunquam etiam maculis utriusque coloris invicem convolutis conspersa, praesertim cum ad iustam aetatis consistentiam pervenerit, teste Cordo: Cortex tam trunco quam ramis obducitur coloris cinerei, laevis, glaber. [Cordo in his flavus.] Folia oblonga & angusta, salignis ferè similia, acuminata, incisuris ac manifestis venis (excepto unico nervo insigni à pediculo ad acumen oppositum excurrente) carentia, crassa, rigida supernè ut nobis quidem videbatur, coloris atrovirentis, aut certè saturatiùs virentis, (attamen Cordo, [Virg. fortè imitatus, fronde qui flava dixit, in viridi flavescentia, supernè quàm infernè pallidiora contra aliarum arborum naturam] inferiùs canesunt: nullis tamen pilis obsita, tam brevibus pediculis haerentia, ut surculis quasi inserta videantur: ex quorum alis proferuntur pediculi, quibus Flores racematim cohaerentes sustententur, albicantes, Sambucinis similes, è quatuor foliis fructus rudimentum complectentibus contexti: Cordo aspectu muscosos dicit, & propemodum racemosos: qui non omnes ad frugem perveniunt in Europa. In iis verò locis quibus propria est haec arbor, proveniunt, ideòque congestius baccae confertas uvas amulantur. Flosculis succedunt Fructus, figurae ovalis aut glandium ferè, magnitudinis varia: nam in Hispaniis nascuntur, quosque Olivas Hispanicas vocant, mediocriter Prunum aequant. Italiae pleraque & Narbonenses vix mediocrem glandem superant, quamvis ea sint habitiores traditorèque, primum virides, postea flavicantes, per maturitatem purpurascens, tandem & nigricantes, quaedam etiam ex purpureo punicantes, sed rariùs, sunt & quae in Hispania albæ sunt,

Cortex.
Folia.

Flores.

Fructus

Baccarum
varietates.

A



HISTORIAE PLANTARVM

ut annotat Clus.) sapore valde acri & amaro & ne-
scio quid acerbatis ac nauseo si mixtum habentē,
etiā in maturis & iam mollibus, carne primū
dura, maturitate molli ac pingui, officulum ligno-
sum, oblongum utrinque acuminatum, & in hoc
proportionatum nucleum unicum habete. Qui v.
in iis continetur succus pinguis, Oleum fit dulce,
aquosus qui amarus, Amurca. Foliorum quoque
sapor amarus est, non sine acrimonia tamen. Ra-
dicibus nititur, inquit Cordus, partim rectis, par-
tim obliquis in summo cespite obharentibus,
materia trunci modo solidā.

Oleum. Theoph. variis in locis de Olea hæc habet: Viret
ex urbanis perpetuo: radicem habet: quæ ex me-
dio tendit parvam, cæteras grandiores & cancro-
rum modo velut flexuosas, inæquales, nodosas ac
fimbriatas, obliquis quod, non tantum loci ratio-
ne evenit, sed naturæ quoque ipsius proprium est:
parvam incertamque habet medullam: quanto bre-
quidam Olea, ut Buxum, medulla omnino carere
existimant: materles spissa, sed obliquitate atq; du-
ritia fragilis: folia angusta, pediculum habent bre-
uem: vertuntur æstiuis solstitiis: nam peculiare
illud sanè quod Oleæ Tilia, Vlmō, Populo, eveni-
re videtur: Vertunt enim partes supinas mox post
solstitium æstiuum: eoque argumento rustici sol-
stitium tranfactum intelligunt.

Medulla. Omnia folia parte prona, supināque inter se di-
stant, ac cæterorum pars supina pinguior [moderati-
ga. Gaza viridiorē vertit, atque laxior est. Prona
enim parte, seu ima, quæ terram versus spectant,
habent nervos, ac venas sicuti manus. Oleagino-
rum verò pars ea ipsa candidior minūsq; levis: Eius fru-
ctū natura ligno operuit, seu lignoso putamine,
& hoc rursus mole quadā carnosa obduxit: Et tu-
nica prætenui inuestiuit: Florē verò circa fructum
ipsum producit integro principio, & in ambitu di-
uiso, ita ut prostrati flosculi perforati spectentur,
quo argumento intelligitur arborem propè de-
floruisse: nam si exaruerint, aut madefacti fuerint,
unā cum fructibus defluent, atque ita nullatenus
perforabuntur. Maior enim ferè pars fructum in
medio floris continet.

Observatio. Oleam Diosc. non describit, sed vires tantum
eius recitat. At Plin. si quisquam alius, amplius &
copiosus in eius historia est: quippe, qui ex variis
præcorum monumentis & observationibus sua
concinnavit, quæ suis quibusque locis referemus.
Speciatim Olive [ait] constant nucleo, oleo, carne,
amurca. Sanies hæc est earum amara: fit ex aquis,
ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. Suus qui-
dem Olive succus Oleum est, idque præcipue ex
immaturis intelligimus, sicut de Omphacio do-
cuimus. Augetur Oleum ab Arcturi exortu
xvi. Calendas Octobris: postea nuclei incre-
scunt, & caro. Huic arbori folia non decidunt, quæ
supernè candidiora, & minū la via, angusta, pedi-
culo brevi. Cariem vetustatēque non sentit eius
materies: rimam fissuramque non capit spontē.
Nec alia maior in Batia arbor. Cæterum in sum-
mo honore habita olim Olea, ita ut eam in sacris
accendi fas non fuerit: Vnde Plinius. In profanis
usibus pollui Laurum & Oleam fas non est, ut ne
propitiandis quidem numinibus accendi ex his
altaria aræve debeant. Olea Minervæ sacra dicata-
que cuius rei multæ rationes aut coniecturæ ab
autoribus adferuntur: Quod Olea veniæ paci-
que index sit, & quod illius inventrix fuerit Mi-
nerva: Vnde Virgil.

**Olea in Sen-
tores.** — Oleaque Minerva.
**Cur Mi-
nervæ di-
cata.** Inventrix. —
Volunt enim Olive manu virginea satata & ex-

cultam, uberiores fructus præbere. Habebatur au-
tē Minerva puritatis amantissima, labisque ne-
scia, proinde Oleam ei dedicatam voluisse. Credi-
ditque antiquitas non nisi à castis recte & felici-
ter feri. Ferunt etiam in Anazarbo Ciliciæ pueros
castos Oleam colere, & propterea Oleam apud
iplos fertilissimam & fructuosissimam esse. Cicero
verò de natura Deorum, Aristæum Apollinis fi-
lium Oleæ inventorem scribit. At Diódorus Mer-
curium eius autorem facit, non Minervam, ut
Græci: quanquam alibi huic & Oleæ & Olei edu-
cendi exprimendique in ventionem attribuat. At-
que antè Minervam, eam cum cæteris sylvestri-
bus ignotam vilēque habitam fuisse, scribat.
Martianus quoque Capella, Minervæ sacram dicit,
quod artes & disciplinæ, quarum illa Dea est, O-
leo, ac lucernarum lubricationibus perdiscantur.
Sic enim ait:

*Hic nam vernicoma frondent tibi munera Olive
Ars & cura viget per te quod discat:*

Phurnutus præterea scribit Oleum Minervæ mu-
nus esse, idque ab ea mortalibus elargitum. Cæte-
rum Olea veniæ & pacis supplicantium ac con-
tristantium index fuit olim atque symbolum: ut
qui veniam poscerent, Oleam manibus gestarent:
Athenienses enim contra Timocratem sordidati,
& Olivam gestantes, supplicare soliti fuerant, au-
tore Demosthene. Artaxerxe Ocho, ut in vita Phi-
lippi autor Siculus, Sidonem obsidente, quingen-
ti civitatis primores, Oleæ ramos ferentes. Artaxer-
xi obviarunt, pacem postulantes. Xerxe in Athe-
nienses expeditionem ducente, Timon & An-
drobolus, cum primū oraculum consulissent,
& infaustum responsum ab eo accepissent, ra-
mos Oleagineos ferentes, pacem & salutem pe-
tunt. Deuictis item Carthaginensibus, consulente
Annibale, ad Scipionem ad deprecandam pacem
& misericordiam, decem è civitatis principibus il-
li seligunt, quos navis Oleæ ramis velata, defere-
bat. Sic & Romanis cum Persa Macedonia Rege
bellum gerentibus, Alexandrini Legati sordidati,
barba & capillo promissis, & Oleæ ramos feren-
tes, in Curiam Romanam progressi ad miseratio-
nem procubuerunt, ut scribit Livius: quod item au-
tore, eodem etiam rege deuictis, Rhodiorum Ora-
tores, habita prius oratione, veniam deprecantes
& ramos Oleæ gestantes, universi prociderunt.
Apud Apuleium mulieres propter homicidium
viduæ, sui à iudicibus comisereri, cupientes, ramos
Oleagineos ferunt.

Quare autem pacis & misericordie signum
sit Olea, apud neminem hætenus legimus. Cur-
tius lepide satis & ingeniosè hæc excogitavit
causam, nempe quod hæc arbor Minervæ Deæ,
mulieri & virgini dicata sit, à quibus facilius ve-
nia impetratur. Sed iam ad Poetas diuertamus, ut
ipsis fides (quam frequentes alioquin detrahunt
fictiones) propter ea quæ modò, ex historiaram
schola, retulimus, maior habeatur. Ut autem à
principe Latinorū, videlicet ipso Virgilio incipi-
mus, utpote qui longiorib. hæc rem patefecerit:
Sic ille de Æneâ tempestatu oblucente, eiusque
leniendæ satagente.

— Et tempestatibus agnam
Cedere deinde iubet: solvique ex ordine funes,
Ipse caput tonsæ foliis ovinctus Olive,
Stans procul in prora patetram tenet: extraque
salsis.
Proicit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntis,
Certatim socij feriunt mare, & æquora vertunt.

Et idem Æneas apud eundem.

Aeneid. 7.

Centum Oratores angusta ad mœnia regis
Ire iubet ramis velatos Palladis omnes :
Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris.

Et idem Pallanti occurrenti Aeneas:

Aeneid. 8.

Paciferaque manu ramum præterdit Olive.

Aeneid. 11.

Rurfus alibi: Lámque Oratores adærant ex urbe Latina
Velati ramis Olea, veniamque rogantes.

Vbi Seruius, non coronatos incessisse ait, quod lugentes non decebat, sed in manibus tantum ramos detulisse, quod miserantium erat. Statius in 12. Thebaidos.

Mire nemus circa, cultuque in figne verendo.

Vittata Laurus, & supplicis arbor Olive.

Reliquum, vt hanc rem insigni Davidis Regis testimonio finiamus. Ait enim Psaltes ille regius. Ego autem sum sicut Olive fructifera in domo Dei. Speravi in misericordia Dei, in æternum, & in seculum seculi. Aliud nobile elogium superest, ad modo dicta apprimè faciens. Columba enim, post cõmune omnium animantium naufragium, à Noa ex arce ergastulo tertio emissa, rostro Olive ramum retulit: Generi videlicet humano à Deo Opt. Max. pacem redditam significare volens. Est & græcum adagium Aristoph. ἐλαίου ἡ ἀνεστὴ ἐν τῇ ληϊκῷ. Non est Oleum in lecytho: id est, ἢ ἐλαίου, ἢ πηλοῦ, ubi precibus iam non est locus. Hæc & sequentia à nobis relata, à Curtio magna ex parte collecta sunt. Sed & victoriæ signum Oleam esse scribit

Dionys. Halicar. in præceptis orationis panegyricæ. Epimenides sanè Phœstius, ab Atheniensibus accersitus, Solonis ad legum condendarum ratione adiutor fuit, in quibus nonnulla, prout illi tanquam summo & sapientissimo viro minimè visa idonea, commutavit, multaque ad Deorum cultum, & religionem, statumque Reipub. instituit. Discedens verò ab Atheniensibus honores & opes largientibus, nihil aliud, quam ex sacra Olea ramum poposcit. M. Antonius, accepto, de Ventidij in Parthos victoria nuntio, & Labieni ab eo interfecti, Athenis, Græcis epulum dedit, & ludos in urbe fecit quibus & ipse [depositis insignibus] cum iuvenibus præfuit, atque saltavit. Ab his verò contra Anthiochum Comagenem proficiscens, sertum ex Olea sacra excerptit. Tanti omnis Græcia hanc arborem fecit, idque propter primariæ urbis, Athenarum inquam, nominis impositionem, cuius historia vel potius fabula, referente Cæs. Constantino, ita habet. Oleam fabulantur, Athenis, terra a-

Minerva

et Neptuni

certamen

super Athe-

narum no-

minis im-

positione.

Minerva

Abhim dicitur.

Hinc spectatores

Oleastro,

eos qui certaminibus

vicissent, coronabant.

Multi Areopagorum

iudicio id sancitum ar-

bitrantur.

Oleæ honorem [ut scribit Plin.] Romana maiestas

magnum præbuit, turmas equitum Idibus Iulij ex

ea coronado: item minoribus triumphis ovantes.

Athenæ quoque victores Olea Coronant. Græci

verò Oleastro Olympiæ. Hæc Plin. Theocriti inter-

pres & Aristophanis Aristoteles in Pantheo Calli-

stophani, Oleæ ramis, non Oleastro, coronatos fuisse

tradunt. Atheniensium duces ad bellum profectu-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

-

ros fronde ex Olea sacra sumpta coronari solitos, scribit Alex. ab Alex. & Fab. Rutilianus, Equites Romanos equis insidentes & Olea coronatos, Idibus Quintilib. ab æde honoris in Capitolium transire, & transvehi statuit, ordinis eius recognoscendi & probandi gratia. Porro, quod de Minerva & Neptuni certamine supra diximus, aliter ab Hygino refertur, aliter autem à Servio. Scribit enim ille, decertatum inter eosdem Deos fuisse, qui primus eorum in terra Attica oppidum conderet, secundumque Minervam à Iove, quod in ea terra Oleam sevisset, iudicatum. Hic autem, hoc modo: Post illorum longam contentionem Diis placuit, ut eius nomine civitas appellaretur, qui munus mortalibus melius protulisset. Tunc litus percussit Neptunus, & tellus equum animal bellis aptum produxit: Minerva autem iacta hasta, Olivam procreavit, quæ res melior comprobata, quod pacis insigne foret. At nonnulli Neptunum tridente arcem percussisse, & inde salsi haustus aquarum scatebræ: [vnde postea fons qui in arce fuit, fons Neptuni dicitur] protulisse: Minervam verò in eadem cuspide, hasta iactu, Oleam evocasse, quæ, quia utilior omnibus visa est, ut ei Athenæ cederent, arbitratum.

Alij aliter, nempe post longam altercationem, in id, à litem dirimentibus conventum fuisse, ut ambo simul Athenis præfiderent. M. autem Varro, hanc fabellam ad rem veram, hoc modo, traducit. Edificatis Athenis, & ibi imperante indigena Cecrope, in arce spontè enata Olea, & ibidem alio loco, aquarum scaturigo. His verò prodigijs perterritus Rex, atq; timeas, ne hæc portenta futurarum calamitatum forent prænuntia, certos Apollinem Delphicum sciscitatum misit. Quibus tandem respondit, uti bono essent animo, neque ostentum illud mortalium malo aliquo evenisse, verum binorum Deorum de nominis super urbe impositione decertantium contentione. Per Oleam enim Minervam, per undam verò Neptunum significari: liberumque nunc esse Atheniensibus, ex alterutrius Dei appellatione civitatè suam denominare. His autem à Legatis Cecropis renuntiatis, mares & fœminas, ad conferenda suffragia convocat. Per id enim tempus, mulieres ad publicas consultationes advocabantur. Mares autem pro Neptuno, mulieres pro Minerva sententiam tulere: & quia numero plures, ut ferè ubique est in sexu fœmineo, pro Minerva vicerunt. Quare Neptunus indignatus, marinis fluctibus Atheniensium omnem terram inundavit, ut, visa sit mari perfimilis quædam facies. Quæ, ut triplici mulierum supplicio placarent, censuerunt Athenienses. Primum, ne quis mulieres ἀθηναίως vocaret: 2. Ne nascentium ullus materno censeretur nomine. 3. Ne posthac mulieres suffragia ferrent.

Horum verò nonnulla, D. August. dum Dei magnam pluribus doctrinarum variarum cæmentis struit civitatem.

Fabulæ autem locum, ex re ipsa Themistoclem dedisse, Plutarchus est autor in vita eius. Etenim summo labore effecit is, uti civis omnia navigatione, ac maris studio, arbores conferent, & regionem illis adimplerent, fertilioremque redderent, maxime verò Oleis, quarum ager Atticus apprimè ferax esset, & ex illarum fructu non minimum quæstum facerent. Vnde lex postea apud eos lata, cuius Demosthenes contra Macartatum meminit. Ne quis Athenis Oleam effoderet, nisi ad templorum Atheniensium structuram, vel ad municipalia munera, aut cum ad funus cundè esset. Ad suos verò usus, quotannis binas Oleas tol-

Olea Minervam deo notat.

Themistocleus consilium.

Lex Atheniensium.

leret: annexa etiam poena. Quod si contra quifquam fecerit, pro singulis Oleis, drachmas centum arario publico pendunto: cuius multa decima pars Minervae sunt.

Terra ditica Olea feracissima.

Ab hac autem, de nomine Athenis imponendo controuersia, siue etiam propter Oleae arboris in illa regione feracitatem & utilitatem, postea semper Athenis in maximo honore fuit: atque in dies inolevit, & victoriam redoluit: unde factum, vt eum meliorem significare velimus, cui Olivae ramum porrexerimus. Quod expressit Virgilius Aeneas, cum ait:

Optime Graiugenum, cui me fortuna precari Et victam, comptos voluit pretendere ramos.

Ab eo item certamine, ferunt, postea Oleam illam a Minerva excitatam, per longissima tempora in arce perdurasse. Quae summa religione, ac veneratione, si qua apud gentes omnes unquam alia, ab Atheniensibus & ceteris Graecis habitata.

Olea sacra.

Sophocles in Oedipo Coloneo sacras Oleas Athenis fuisse scribit, quarum Iupiter cognomento Morios custos erat, cuius sacellum prope Academiam erat, quod ibi primum, sicut & ficus inuenta sit.

Olea Moria

Dicitur Halirrhotius Neptuni filius, Oleas in odium Palladis excidere voluisse, atque cum id tentans aberrasset, sibi met securim impigisse, indeque occubuisse: A quo casu ille Oleae nomen desumpserit, haec verò (siue ob praedictum Iovis cognomentum: siue a portione [quae Graecis μέγας, μέγας, μέγας, μέγας, μέγας & μέγας] quamque Panathenaeis persoluebat quisquis Oleas possidebat) Morias dicta.

Olea Minervae.

Herodotus autem in arce Athenarum templum Erechtheios terrigenae fuisse scribit: & in eo Oleam Minervae, & mare, in Neptuni & illius testimonium dissensionis. Haec autem arsit, cum Athenae Medorum incendio conflagrasset: sed eodem die ad duorum cubitorum altitudinem repullulasse autor Pausanias. Persae iterum cum Xerxes Graeciam invasisset, illam exusserunt. Ad quam quum Athenienses, altera ab incensione die, ad rem divinam missi templum ascendissent, fructificasse invenerunt, edito a stipite, virgulti instar. In foro quoque Oleae ara fuit, ut in Atticis Pausanias meminit, quam praeter ceteris aliis Graecis Athenienses magis colebant, quoniam humanae vitae & rerum difficultati potissimum conducatur.

Olea ara.

Olea Milesia.

Oleum ex olea suens.

Fuerunt & aliae apud Graecos Oleae sacrae: ut illa apud Milesios, quae post divitum ac popularium intestina & perniciofa bella, sponte exaruit. Apud Sicyonios ante Minervae templum ab Epepeo extractum, effluxisse Oleum, a multis observatum.

Inter autores eodem referente Curtio, non bene convenit, sub qua arbore Latona Apollinem pepererit. Euripides enim in Hecuba, Palmam primum in Delo insula natam prodidit, Latonamque eam amplexatam Apollinem edidisse.

Tacitus autem, lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad Senatum missis, Latonam partu gravidam, aqua Cenchrium amnem prope Ortygiam Oleae adnixam, Dianam & Apollinem enixam scribit: Ephesiosque, Tiberio imperante, Romam venisse, memorantes, non [vt vulgus crederet] Dianam atque Apollinem in Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam: atque ibi Latonam partu gravidam, & Oleae, quae tum etiam maneret, adnixam, edidisse numina ea, deorumque monitu sacratum nemus.

Sed arborum harum duarum dissidium Aelia-

nus diremit: nam in Delo esse & Oleam & Palmam tradit, quibus a Latona tactis, ipsa subito pepererit, quod antea facere non potuerit.

De Dianae atque Apollinis natalitiis alij aliter: Sed iam, ne quid παρρηγόν, ommissis Graculorum commentis ad naturalem Oleae historiam redeamus, atque Olearum differentias tradamus.

Olivarum, inquit, Theophrastus, lib. 6. cauf. c. 12. multa sunt genera, ut in historiis dictum: & paulo ante Olearum genus, quod Aegyptium vocamus, vbertate ac magnitudine fructus excellit. Alterum verò Oleiferum, [Θάτερον δὲ ἐλαϊώδες:] Sed sibi non admodum constare videtur, multa dicens genera, & duas tantum notas tradens: nisi, ut Scaligero placet, duo constituat Olearum fastigia summa, ἀνέλαον καὶ ἐλαϊώδες: sub quorum altero, scilicet Oleifero, multas esse species agnoscat, quanquam, ut ingenuè fateamur, locum nondum observaverimus, ubi tot specierum meminerit.

Arist. meminit Oleae in Pantheo καλλιπέφανος di-ctae, de qua postea seorsim trademus.

Videntur autem Olearum differentiae desumptae, vel a forma, vel a colore, vel a succo, a loci varietate, a magnitudine fructus, eiusdemque saporis ac bonitatis diversitate. Neque verò ad Olearum censum pertinet Olea lapidis specie, quae Theoph.

autore, cernitur in sinu Heroo ad quem descendunt Aegyptij, parte a mari eminente: non viridis, similis tamen viridibus, tam foliis, quam germinibus. Columella Olearum sicut Vitium plura genera esse arbitratur. Sed in eius notitiam decem tantum pervenerunt, quarum haec nomina: Pausia, Algiana, Liciniana [Ciniana, Curt.] Sergia, Nevia, Culminia, Orchis, Regia, Circites, Murtea [Myrtea Curt.] Ex quibus bacca iucundissima est Pausia: speciosissima Regia, quae potius escet, quam Oleo est idonea. Pausiae tamen Oleum saporis egregij dum viride est, vetustate corrumpitur. Orchis quoque & Radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur. Optimum Oleum Licinia dat, plurimum Sergia: omnisque Olea. Et maior ferè ad escam: minor Oleo est aptior. Idem tamen & Calabricam Oleam citat alibi, quam quidem propter similitudinem Oleastellum vocant.

Genera Olearum tria dixit Virgil. Orchites & Radios, & Pausias:

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

Audiamus & Plinium: sic ille, libri decimi quinti, capite tertio. Omnino in vita error est publicus, tumore Olivae crescere Oleum existimantium: praesertim, cum magnitudine copiam Olei non constare, indicio sint quae Regia vocantur, ab aliis Majorinae, ab aliis Phauliae [tales afferuntur ex Hispania & Africa] grandissimae, alioquin minimo succo. Et in Aegypto canosissimis Olei exiguum. Decapoli verò Syriae perquam parvae, nec Cappari maiores, carne tamen comendantur. Quae ob causam Italicis transmarinae praefertur in cibis, cum Oleo vincantur. Et in ipsa Italia ceteris Picenae & Sidicinae. Sale ille primum [privatim. M. Vet. & CH.] condiuntur, & vt reliquae, amurca [Muria Vet.] sapave. Nec non alique Oleo suo, sine accersita commendatione pure innatant, Colymbades. Franguntur eadem, herbarumque viridium [praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia. Dal.] sapore condiuntur. Fiunt & praecoces ferventi aqua persusae, quamlibet immaturae [haec Postremae factitiae sunt: de quarum condiendi modo infra dicetur.] Mirumque, dul-

cem

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

Audiamus & Plinium: sic ille, libri decimi quinti, capite tertio. Omnino in vita error est publicus, tumore Olivae crescere Oleum existimantium: praesertim, cum magnitudine copiam Olei non constare, indicio sint quae Regia vocantur, ab aliis Majorinae, ab aliis Phauliae [tales afferuntur ex Hispania & Africa] grandissimae, alioquin minimo succo. Et in Aegypto canosissimis Olei exiguum. Decapoli verò Syriae perquam parvae, nec Cappari maiores, carne tamen comendantur. Quae ob causam Italicis transmarinae praefertur in cibis, cum Oleo vincantur. Et in ipsa Italia ceteris Picenae & Sidicinae. Sale ille primum [privatim. M. Vet. & CH.] condiuntur, & vt reliquae, amurca [Muria Vet.] sapave. Nec non alique Oleo suo, sine accersita commendatione pure innatant, Colymbades. Franguntur eadem, herbarumque viridium [praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia. Dal.] sapore condiuntur. Fiunt & praecoces ferventi aqua persusae, quamlibet immaturae [haec Postremae factitiae sunt: de quarum condiendi modo infra dicetur.] Mirumque, dul-

cem

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

Audiamus & Plinium: sic ille, libri decimi quinti, capite tertio. Omnino in vita error est publicus, tumore Olivae crescere Oleum existimantium: praesertim, cum magnitudine copiam Olei non constare, indicio sint quae Regia vocantur, ab aliis Majorinae, ab aliis Phauliae [tales afferuntur ex Hispania & Africa] grandissimae, alioquin minimo succo. Et in Aegypto canosissimis Olei exiguum. Decapoli verò Syriae perquam parvae, nec Cappari maiores, carne tamen comendantur. Quae ob causam Italicis transmarinae praefertur in cibis, cum Oleo vincantur. Et in ipsa Italia ceteris Picenae & Sidicinae. Sale ille primum [privatim. M. Vet. & CH.] condiuntur, & vt reliquae, amurca [Muria Vet.] sapave. Nec non alique Oleo suo, sine accersita commendatione pure innatant, Colymbades. Franguntur eadem, herbarumque viridium [praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia. Dal.] sapore condiuntur. Fiunt & praecoces ferventi aqua persusae, quamlibet immaturae [haec Postremae factitiae sunt: de quarum condiendi modo infra dicetur.] Mirumque, dul-

cem

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

Audiamus & Plinium: sic ille, libri decimi quinti, capite tertio. Omnino in vita error est publicus, tumore Olivae crescere Oleum existimantium: praesertim, cum magnitudine copiam Olei non constare, indicio sint quae Regia vocantur, ab aliis Majorinae, ab aliis Phauliae [tales afferuntur ex Hispania & Africa] grandissimae, alioquin minimo succo. Et in Aegypto canosissimis Olei exiguum. Decapoli verò Syriae perquam parvae, nec Cappari maiores, carne tamen comendantur. Quae ob causam Italicis transmarinae praefertur in cibis, cum Oleo vincantur. Et in ipsa Italia ceteris Picenae & Sidicinae. Sale ille primum [privatim. M. Vet. & CH.] condiuntur, & vt reliquae, amurca [Muria Vet.] sapave. Nec non alique Oleo suo, sine accersita commendatione pure innatant, Colymbades. Franguntur eadem, herbarumque viridium [praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia. Dal.] sapore condiuntur. Fiunt & praecoces ferventi aqua persusae, quamlibet immaturae [haec Postremae factitiae sunt: de quarum condiendi modo infra dicetur.] Mirumque, dul-

cem

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

Audiamus & Plinium: sic ille, libri decimi quinti, capite tertio. Omnino in vita error est publicus, tumore Olivae crescere Oleum existimantium: praesertim, cum magnitudine copiam Olei non constare, indicio sint quae Regia vocantur, ab aliis Majorinae, ab aliis Phauliae [tales afferuntur ex Hispania & Africa] grandissimae, alioquin minimo succo. Et in Aegypto canosissimis Olei exiguum. Decapoli verò Syriae perquam parvae, nec Cappari maiores, carne tamen comendantur. Quae ob causam Italicis transmarinae praefertur in cibis, cum Oleo vincantur. Et in ipsa Italia ceteris Picenae & Sidicinae. Sale ille primum [privatim. M. Vet. & CH.] condiuntur, & vt reliquae, amurca [Muria Vet.] sapave. Nec non alique Oleo suo, sine accersita commendatione pure innatant, Colymbades. Franguntur eadem, herbarumque viridium [praecipue feniculi, in Narbonensi Gallia. Dal.] sapore condiuntur. Fiunt & praecoces ferventi aqua persusae, quamlibet immaturae [haec Postremae factitiae sunt: de quarum condiendi modo infra dicetur.] Mirumque, dul-

cem

Nec pingues unam in faciem nascuntur Oliva, Orchite, Radique & amara Pausia bacca:

Nec desiderare rastros, aut falcem, ullamve curam.

cem succum Olivas [immaturitate acerbis. Dal.]
bibere, & alieno sapore infici. Purpureæ sunt &
in iis, ut uvis in nigrum colorem transeuntibus,
Pausia. Sunt & Superbæ præter iam dicta genera.
Superba. Prædulces. Sunt & prædulces, per se tantum [nulla conditu-
ra] siccata, uvisque passis dulciores, admodum rare
in Africa, & circa Emeritam Lusitania. In Africa
verò (fides penes autores erit) Miliarias vocari
Miliaria. multas narrant à pondere Olei, quod ferant an-
nuo proventu. Ideo lxx. pedes Mago intervallo
dedit undique: etiam in macco solo ac duro, at-
que ventoso, cum minimùm xlv. Laudatur & A-
fricana, Aquila, & Alexandrina, ut annotavit Cur-
tius.

Dicamus & Etyma. Grandis, inquit Varro, Olea
vocatut Orchitis, à similitudine ut credo testium:
antiquitus Archemora. Probus à magnitudine sic
Archemora. dicta vult, quòd testib. ferè par sit, Archemora verò
iudè, quia grandis est. Radius à longitudine dicitur,
ut ait Seruius, unde Varro Radium maiorem dixit.
Pausia à Catone Pusia, ex literarum cognatione,
Pausia. & à Probo Poffia appellata. A paviendo, id est,
tundendo dictam Seruius autumavit, aliter enim
Oleum non reddituram. Alij tamen à sapore dictam
volunt, quòd fiat, ut ait Curtius *παύση*. Sunt etenim
baccæ eius succi amarioris, ideo incomedibiles.
Sergiana. Sergiam Columellæ, Sergianam vocat idem,
& Colmineam quam ille Culminiam, cui Plin. præcipuam
gloriam tribuit, & quæ Licinianum Oleum in Venafrano
Italiæ agro ferret. M. tamen Varro eam, quæ in agro
Cassinatæ, præfert, etiam autore Virgilio.

*Neu segnes iaceant terra: iuvat Ismara Baccho
Conferere, atque Olea magnum vestire Tabur-
num.*

In Sabinis etiam laudatissima. Bætica item Hispaniæ
regio Olivis fertilis. Silius:

*Palladio Bæti ornatus cornua ramis. Et alibi.
Nulla Palladia sese magis arbore tollit.*

Licinia unguenta palmam dedere, accommodato
ipsis odore: dedit & palatum, delicatiore sententia.
De cætero etiam Liciniae baccas nulla avis appetet.

Præter antè memorata Plin. & Albigerem &
Salentinam posuit, inquit Curtius, quamvis neutram
ad huc legerimus. Idem Radium ab aliis Majorinam
dici putat à magnitudine. Græcis etiam, autore Polluce
Phaulia, quam hic Colinidam & Trabellum vocat. Apud
eundem, Pherocrates Trambellos in Oleastro infitas
Oleas vocabat. Est & Echinus genus Oleæ, & Ischades, &
Gergerina. Apud Polluc. etiam reperiuntur Drypetes, &
Netrides, quas Pherocrates Cotinidas vocavit. Erit
ergo ex Polluce eadem cum Phaulia. Hæc Curtius.
In Mari rubro, inquit, Hermol. vivit Olea, quæ vocatur
Arabica, baccis ferè nostratibus, fungos cum largi
cecidissent imbres, educans, qui tacti sole in pumicem
durantur, ex qua manat lachryma inhibendo vulnerum
sanguini expetita medicis, de qua specialius postea.
Celebratur & cognominata *σέρπη*, ab intorta specie: sed
ea loci nomen est circa Epidaurum, adiecta fabula, evenisse
ita ei circumactu manus, Hercule illac meante: Nam
reverso ex Hyperboreis, volunt ex Oleastro, Græciæ
prius ignoto, fuisse clavam, quæ mox apud Troezenios,
aut certè ad Alpheum amnem refluivit: si Pausaniæ
credendum est, homini quidem fatis docto, sed
superstitioso, qui divi Adriani & Antonini temporibus
floruit.

In Arcadia spectari solitam affirmat ille arborem,
è cuius radice unà Ilex & Olea nascetur in quodam
fano.

Tom. VI.

Syraculis, ut Diodorus autor est, in frondibus
Olearum, scriptis optimatum nominibus, discessione
facta, interrogabatur quinquennale civibus exilium:
de quo argumento genus id mulctæ *πυλαμοδος*
appellabatur, ut Athenis Ostracismus.

Nunc ad ea genera, quæ ex hominum artificio
sunt, provt à Curtio, & à nobis ex diversis autoribus
collecta fuerunt. Colymbades (perperam nonnulli
autores Columbares) condita erant, ideo sic dicta,
quòd oleo suo puræ, non ex quaesita commendatione
innatent & quasi urinabundæ fluitent: *κολυμβάδων*
enim utinare est, seu nate. De quibus & Diosc. ut
dicitur in viribus. Hæ & *ἁλμαδες* vocantur ab Athen.
quæ & *νητρίδες* à Polluce, *ἀπό τῆς νητρίδας*
quod innatent Oleo, ut annotat Const. Sunt &
Netrides appellata, quia natent, apud Pollucem.
Idem autor Cotinidas nominat, quas & Phaulias
& Trambellos dici ait.

Halmades sic nuncupata videntur, quod sale
condiantur, cum *ἄλμη* muria sit: easque malè cum
Colymbadibus confundi tradunt Hermol. & Curtius:
siquidem, ut inquit Paulus, Colymbades oleo suo
puræ, hoc est, sine accersita commendatione quasi
urinabundæ innatent: Halmades verò cum fœniculo
condiantur, ut scribit Hermippus.

Pityridæ sive Pyrenæ, sunt genus Olive fractæ:
Erem. nucleos & fresas, & fursuraceas interpretatur:
Epityra falsò dixerunt quidam, cum sit Epityrum,
ut Varro inquit, Siculum edulium, de quo alibi
plenissimè dictum. Oleas autem comutas Comici
πυρίνας vocarunt: de quibus in Nisis Aristoph.
Nunc Thlastas vocant. Sunt & Stemphyli-
des dicta. Græci enim quæ pressis Olivis inprest,
στέμφυλα vocant: Latini fraces. Stemphyli-
des Athen. l. 2. etiam Olive nigra.

Posteritas hac cura & satagentia perquirendam
Olivarum, vel etiam colendarum non tenetur.
Cæterum tam Diosc. quam Gal. etiam que recentioribus
Herbariis Olea alia domestica, de cuius differentiis
nunc agitur: alia sylvestris, de qua postea specialius
trahetur.

Nobis verò, ut & aliis Olearum differentiarum
ἀπομάτωσ observatæ, sunt. 1. Olea cõmunis, passim
in Italia, & Gallia obvia: in qua varietas quedam,
ut in descriptione observatum. 2. Quæ fructus fert
albos. Sed à fructus magnitudine & loco hodie tam
Olearum, quam Olivarum potissima differentia.
Lusitanicæ Oleæ, testæ Clus. minores Olivas
producunt, sed multum Olei eiusque præstantissimi
præbentes. Sic etiam nonnullæ, quæ in Narbonensi
Gallia & Bætica nascuntur Oleæ, minorem fructum
ferunt, ex quo plus Olei exprimitur, etiam illi quod
è maioribus Olivis elicitur, longè præferendi.
Circa Hispalim, & crassior Oliva, atque etiam minor,
nonnunquam & alba: quam & circa Vlyssoponem
nasci, Cleques Damianus de Goes, idemque vir
doctissimus, in quodam suo prædio asserbat.
Olivis Comensibus, ad Lacum, inquam, Comensem
propè Mediolanum natis, iisque conditis nihil
sapidius & suavius, quamvis & macræ sint, &
propemodum respectu maximarum, quas
Hispanicas vocant, exuccæ videantur. Eoque
nomine & à delicatioribus Italis celebrata.
At magnæ illæ, etsi succulentæ amaritudinem
insignem habent, dulcoris minus: acerbatis
amaræ, hoc est, amuræ, magis. Diversæ
magnitudinis Venetiis, & Genuæ vidimus &
gustavimus, magnas, mediocres, parvas, quæ
semper nobis sapore istis præferbantur, quippe
minus amara.

Hætruria, teste Mat. h. plura non novit Olea.

A 3

Tria genera Ital. a. rum genera, quàm tria, præsertim Senensis ager. Primum genus earum est, quæ licet à minoribus

1. Olearum plantis proferantur, sunt tamen spectata forma & magnitudine, Bononiensibus quidem non inferiores. His tantùm muria asservatis utuntur in cibis, quandoquidem Oleo minùs aptæ sunt, quòd multò plus amurcæ quàm Olei fundant. Proximæ tum colore, tum magnitudine præstantes, quamvis prædictis longè minores sint, sunt tamen omnium aptissimæ ad Olei conficiendi usum, quippe quòd Oleum ex eis expressum sit non modò flavum, dulce, pellucidum, ac cæteris præstans, sed etiam copiosum. Gignuntur hæc à procerissimis Oleis, prægrandibus, Juglandium Nucum instar, ramos in altum latumque amplissimè fundentibus. Eas rura Olivastrie vulgò vocant.

Olea proceræ admodum. Olivastria. Hetruria.

3. Tertij generis eæ sunt, quæ passim in Italia nascuntur, & omnium vulgatissimæ habentur. Laudatissimæ Olivæ Bononiensibus & Hetruscis crassiores, muria asservatæ Romam, Venetias & ad alias complures Italiæ clarissimas urbes, ubi opiparæ & magnificæ parantur mensæ, ex Hispania importantur.

Differentia Casalp.

Olearum differentia, inquit, CÆSALP. ex fructu magis, quàm arbore spectantur, scilicet pro magnitudine, pinguedine & probitate. Idem veterum & Plinij differentias quasdam illustrat, suis applicat, & legendi tempus addit. Pausias primò purpureas, deinde in nigrum transeuntes, plurimum carnis habentes, Autumno colligendas dicit, sicut & Orchites. Radios tenerissimas, unde citissimè eas occupat æstas, & amurca cogit decidere.

Pausias.

Orchites. Radij.

Licinia.

Cominia.

Regia.

Sergia.

Superba.

Oligole.

Raggiaria. Regia.

Liciniam in agro Venafrano callosam in Martium mensem durare, probatissimum Oleum fundere: eius baccas aves non tangere. Cominiam similiter callosam. Regiam, quæ & Phaulia, & Maiorana grandissima, non nigrescere ante Februarium, eodemque tempore & Sergiam. Hodie grandissimas ex Hispania Nucis magnitudine adferri solitas, meritò Superbarum titulo decorandas. Italicas, quæ minores rotundioresque plurimum Olei habentes, Olivolas vocari: quæ majusculæ & oblongæ dulcissimum Oleum reddentes, sed parcius, Raggiarias à radiis nomine deflexo: Et Regias quæ majores adhuc pulposioresque ad condituras tantùm quæsitæ.

Colymbades.

Drupa.

Sunt & quædam, quarum caro abscedit ab offe cum franguntur virides, quæ conditæ gratissima fiunt, quas Colymbades putat idem.

Olivas omnes, cum nigrescere incipiunt, *δρυπί-πυς* Græci, Drupas Latini vocant: quæ optima ætas ad decerpendum: nam maturiores pinguiori quidem succo constant, sed minùs grato, immaturiores Oleum reddunt præstantissimum, quod Omphacinum vocant, sed exiguum.

Oliæ aquatilia.

Oliæ novæ Smaragdino colore.

Nigra matura.

Meminit Serapio Olivarum aquaticarum, sed quales illæ sint, incertum adhuc. Item Olivarum novarum, colore Smaragdino: hæc recentes videntur, & immaturæ, & virides: dicit enim Smaragdinas, & subdit mox. Et Olivæ nigre mature sunt paratæ corruptioni: & in viribus. Ita ut hæc non species, si aquaticam eximas, sed maturitatis gradus & perfectio intelligenda sit. Scribit enim Bellon. in Græciæ monte Athos Monachos vesci Olivis nigris conditis, quas vocant Demarties: sed eas non peculiarè quandam speciem, & à superscriptis distinctam censemus, cum iam olim in usu fuerint, & eas condiendi modus tradatur à Columella: atque ex Pausæis vel Orchitis, nonnullis etiam Næviis dicitis, parari solitas. Ad nos rariùs importantur, aut certè vix, nisi fortè magnatibus. Sed & in Italia insolentiores esse putamus.

Nigra condita.

Pausæa. Orchita. Nævia.

Minima.

In Galliam, notante BRUYERO comportantur Capparum amplitudinem vix excedentes: in cibis autoritatis non obscuræ. Hispanicas illas grandissimas præ cæteris ideo expeti censet, quia ex longinquis terris quæsitæ. Mediæ magnitudinis esse Narbonenses. Italis tamen transmarinas præferri in cibis, Oleo ab eisdem vini.

Illæ Olearum differentia à forma & sapore potissimum desumptæ sunt: reliquas præterimus: nam, quæ à locis & inventoribus petuntur explicare, infiniti esset laboris.

Nominis originè quod attinet: Olea *ελαία* Græcis dicta, & Oleum *ελαιον*, ab *ελεω*, ut quidam volunt id est, misericordia. Nam supplicantium symbolum esse Oleam, supra dictum. *ελαία ημεω* Diosc. & Gal. Olea sativa, sive domestica. Dicitur & *ελαια*, quam nos sativam, ut ab Oleastro differat, quem vocant *αγρειλαίαν*. Oliva Virg. Palladia arbor: *ελαία* Platoni de Repub. fructus Oleæ est: *ελαία* verò arbor, *ελαία ημεση* Herod. *ελαίς* Aristoph. Latini etiam quandoque Termitem, quamquam etiam Termes vocentur vermiculi qui carnibus & lignis ingenerantur. Ut Cradæ Fico, ita Thaleæ tribuuntur huic arbori, utique apud nos [Italos] inquit Hermol. At Græci, ut scribit Pollux, Thalos non Oleagineos solum, sed vitigineos quoque ramos nominant interdum.

Eresionem portò Athenis sive Iresionem vocabant plantam Oleagineam, velleribus & corollis involutam: unde & nomen, contra pestilentiam foribus imponi solitum, ut est apud Aristoph. quam etiam Corythalton dicebant, & qua (ritu teste Hermol.] Romanis non incognito) in Lustrationibus utebantur.

Græci etiam Oleam, ut dicebamus, in Academia satam, Moriam vocabant. Alij notante Curtio, sic distinguunt, ut Oleas publicas, Morias vocitent. Cæteri Moria stipitem *σύκον* dici volunt.

Caper Grammaticus Olivam arborem esse dicit, Oleam verò fructum, Oleum liquorem. Sed ea differentia parum observationis in duobus primis apud classicos autores habet: quod Virg. testimonio demonstrare facile est. Ait enim, Georg. 2.

Sed truncus Olea melius propagine vites

Respondent.

Ut & Varronis, apud quem Oleam conditanæam pro conditiva Oliva legas: frequentior autem & usitatissimus modus est, ut Oleam pro arbore, Olivam pro fructu ponamus.

Αειθαλής, dicta quod perpetuè niteat. Hinc Ouid. --- Ramis semper frondentis Olive. Poëtæ Paciferam, Pacalem, Pacatam, Infontem, Pacificam, Liciniam, Pifæam, Picenam, Atticam dicunt, & quam plurimis aliis Epithetis ornant. Arab. *Zaitron*, vel *Caiton*, vel *Zaitron* est Oliva, & *Cair*, vel *Cair*, Oleum, ut à quibusd. scriptum invenitur. Germ. *Delbaum*, *Oliuenbaum*, *Olbeerbaum*, Belg. *Olij-uenboom*, Gal. *Olivier*, It. *Oliivo domestico*. Hispan. *Azeyrno*, Castil. *Oliva*: Catal. *Olivera*, Port. *Oleyvera*, Angl. *Olive tree*. Bohem. *Oliwa*, Hungar. *Olayfa*. Nucleum vocant veteres *Sansa*, vel *Samsa*, ut videre est ap. Colum. Quidam Naucum, unde proverbium nauci facere. Nodos Oleæ rustici Itali *Ova Olearum* vocant, de quib. in morbis.

Oleæ, ut scribit Theoph. apprimè competit solum Campestre, ita ut meridiem præcipuè spectet, argilaceum, atque etiam magis candidum, in quo fertiliores evadunt: id enim multum vaporis, statùsque continet, quod natura Olearum desiderat. Nulla ex iis generibus, quæ ex Colum. diximus, ut ipsemet prodidit, aut perfervidum, aut gelidum statum Cæli patitur. Itaque æstuosis locis,

Nominis & Synonyma Lin-guar.

Nomina & Synonyma Lin-guar.

Termitæ. Thalea.

Eresio hysio.

Moria.

Oliæ. Olea. Oleum.

Epitheta.

Zaitron & Cair.

Sansa.

Locus & natalis.

Septentrionali colle: frigidis, Meridiano gaudet. Sed neque depressa loca, neque ardua: magisque modicos clivos amat, quales in Italia Sabinorum, vel tota provincia Bætica videmus.

Hanc arborem plerique existimant ultra miliarium sexagesimum [quadragiesimum. Plin.] à mari, aut non vivere, aut non esse feracem. Sed in quibusdam locis rectè valet, ut abundè videre est in toto tractu maritimo Narbonensi, Liguria, & reliquis Italiae.

Optimè [addit Colum.] vapores sustinet Pausia, frigus Serga.

Aptissimum genus terræ est Oleis, cui glareæ subest, si superposita creta sabulo admista est. Non minus probabile est solum, ubi pinguis sabulo est. Sed & densior terra, si vuída est & læta, cominodè recipit hanc arborem.

Crete ex toto repudianda est: magis etiam scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit. Inimicus est etiam ager sabulo macer, & nuda glareæ. Nam etsi non emoritur in ejusmodi solo, nunquam tamen convalescit. Potest tamen in agro frumentario feri, vel ubi Arbutus aut Ilex steterant.

Nam Quercus etiam excisa radices noxias Oliveto relinquit, quarum virus enecat Oleam. Hanc ita Quercum averfari Costæus quoque scribit, ut in scrobe posita, in qua Quercus crevit, non vivat. Et Plin. Olea ubi Quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam vermes qui Rauca [leg. Erucæ ex Theoph.] vocantur, in radice Quercus nascuntur & transeunt. Et si Olea constitum in confinio Quercetum habuerit, non solum non feret, sed etiam fugiet, introrsumque se in fundum abiiciet, si Hermol. credimus. Et rursus alibi Plin. Quercus & Olea tam peruinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depectæ moriantur.

Glareosum Oleis solum aptissimum in Venetia, pinguis in Bætica. Nec omittenda quæ Florentinus Græcus scriptor Geoponicus de Oleæ loco natali prodidit. Aer inquit calidus & siccus Oleæ commodus est, quod ipsum in Libya & Cilicia videre est, & provenientibus in ipsis Oleis. Auxiliantur autem ad aeris commoditatem, etiam terræ figuræ acclives & alæ. In talibus enim propterea quod superexcellens solis ardor à ventis perfrigeratur, optimum Oleum provenit, & ejusmodi quale Omphacinum & Omotribes appellatum præparatur. Quæ verò in Campestribus sunt Oleæ, & minus à ventis mouentur, & vehementius à sole incumbente aduruntur, atque propterea crassum Oleum remittunt.

In universum autem observandum, quod venti non plantas modò, sed omnia vivificant, quemadmodum vehementes & impetuosus venti omnibus sunt contrarij. In totum verò plantis quidem maximè omnibus, præcipuè verò Oleæ conferunt. Virides igitur potissimum illas Olearum plantas reperies, ad quas venti flatus ingreditur, latis spatiis in medio plantarum relictis, per quæ ventus liberè inspirare potest. Ob id enim & ardua & acclivia loca Oleæ valdè commoda esse diximus, quod videlicet semper ventum tepidum suscipiunt, ut nihil præterspirare possit, sed æqualiter per singulas arbores penetrare, ipsiusque plantæ augmentum excitare ac eâ connutrire. Humidior sanè terra floridiores & pinguior Oleas producit, ob quam causam, hæc terra præferenda est. Secundum locum habet argilla alba. Tertium argilla dura. At verò profundam terram non laudamus, neque item rubram. Calida enim existens plantas comburit. Multò verò magis fugienda est desolâ. Fru-

ctum enim macrum fert, & germen aquosum. Aptissima autem est Oleis terra tenuis, cui testimonium Attica præbet. In Cyrenensi agro, autore Theoph. Olea optimè prodit, Oleumque plurimum fit: Circa agrum Thebanum quoque Olea gignitur, non aquis fluuij rigua: (distat enim plusquam trecentis stadiis) sed manantibus spontè aquis: multi enim fontes in eo sunt tractu. Ipsum verò Oleum nihilo deterius nostrate, nisi quòd deterius olet, quoniam naturâ sale raro utantur. Oleam porò Theophrastus [ut refert Plin.] è celeberrimis Græcorum autoribus urbis Romæ anno circiter cccxl. negavit nisi intra xl. [lx. Colum. & M.] passuum à mari nasci: Fenestella verò omnino non fuisse in Italia, Hispania atque Africa, Tarquinio Prisco regnante ab annis populi Rom. clxxxiii. Quæ nunc pervenit trans Alpes quoque & in Gallias Hispaniasque medias. Urbis quidem anno dv. Appio Claudio Cæci nepote. l. Junio Cos. Olei libræ duodenæ [duodenis Vet.] affib. venièrunt. Et mox dc lxxx. M. Seius [alii Seruius] L. F. Ædilis curulis Olei denas libras singulis affib. præstitit populo Rom. per totum annum. Minus ea miretur, qui sciat post annos xx. Cn. Pompei iiii. Consulatu Oleum provinciis Italianis misisse. Hesiodus quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam, negavit Oleæ fatorem fructum ex ea percepisse quenquam. Tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis ferunt, translatarumque altero anno decerpuntur baccæ.

Fabianus negat provenire in frigidissimis Oleam, neque in calidissimis. Habetur tamen etiam in solo & cælo Septentrionali, sed fronde flaccidiore, latiore & ferè saligna, ubi nihilosecius perennis viroris est, sicut Londini in Cæcl. j. vireto operis & stirpium novitate visendo, ut annotarunt Adu. Stutagardiæ in horto, si quis alius in Germania, regio, plures & pulchras videas arbores, nec exiguas etiam Basil. in horto D. D. Plateri. Sed & nos aliquando aluimus Montbel. Verum hęc reponendæ in omnibus his dictis locis frigidioribus.

Alioqui eius lucos perennes densissimos & amœnissimos alunt apicæ tepidiores convalles Hispaniæ, Gallo provinciæ & Narbonæ. In Italia nihil ea frequentius. Bellonius in Lemno paucas Oleas reperiri scribit, in hortis verò Crete colit, atque in Syria lætas provenire, ut & in agro Hierosolymitano.

Mons ille altus, inclytus & sanctus vocatus, è regione Hierusalem ad Orientem situs, in cujus vertice Rex David à facie filij sui Absalon fugiens, flens & nudis pedibus Deum adoravit. In quo filius ejus Salomon omnis pietatis oblitus, Astaroth idolo Sidoniorum (è regione Hierosolymitani Templi ex quo omnis quæ ibi peragebatur idololatria prospici poterat) Fanum erexit: Et quem Christus orationis & quietis gratia sæpe frequentavit, atque è cujus summitate in cælum ascendit: palmis quidem, myrtis aliisque fructiferis arboribus abundabat: sed tamen ab ubertate frequentium in eo crescentium Olivarum, Mons Oliveri & mons Olivarum, Latinis: Græcis verò ὄρος τῶν ἐλαιῶν dictus est.

Plurimæ circa Benacum nascuntur: multæ etiam circa Roboretum apud confederatos Helvetiorum Rhætos: propè sed ultra alpes, Infubriam versus.

Olea florentibus iam Punicis germinat. Concipit Vergiliarum exortu. Hoc sidus illarum est. Floret autem paulò seriùs quàm Vitis, quæ Sol

Tempus

A iij

fitio floret. De flore scunt omnia septenis diebus, non celerius: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia intra viii. Idus Iulij, Etesiarum præcursu. Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Hæc Plin.

Tempus.

Iunio mense magna ex parte omnes Oleæ florent: sed in Germania & locis Septentrionalibus tardius, ubi quavis diligentiſſimè colatur Olea, nihil præter florem producit, idque in calidiori ejus parte. Baccæ decerpuntur Novembri ac Decembri. In Granatensi regno, teste Clus. primà in Februario colligitur Oliva, plerisque verò Hispaniæ locis Decembri, ut & in Gallia Narbonensi. Hi quidem pericis decutiunt, illi autem rarissimè, sed potius ad motis scalis manu legunt, ne sequentis anni spem decussis germinibus præcipiant: Vehementer enim laborant Oleæ percussæ, & detrimentum capiunt.

Legendi modus.

Sequimur igitur M. Varronis consilium sic præcipientis: De Oliveto, Oleam quam manu tangere possis è terra aut scalis legere oportet potius, quàm quaterere, quòd ea, quæ vapulavit inarescit, nec dat tantum Olei quæ manu scissa. Melior ea, quæ digitis nudis legatur, quàm illa, quæ cum digitalibus durities. n. eorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelidum detectos. Quæ manu tangi non poterunt, ita quati debent, ut arundine potius, quàm pericis feriantur: gravior enim plaga medicum quærit. Qui quatit, ne adversam cedit, sæpe enim ita percussa Olea secum defert de ramulo partem quo facta, fructum amittunt posteri anni, ut hæc non minima causa, quòd Oliveta dicantur alternis annis non ferre fructus, aut non æquè magnos. Hæc ille. Hinc Plin. Qui pericis, inquit, decutiunt Olivas, cum injuria arborum, sequentisque anni damno id faciunt. Quippe Olivæ nubes lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, nève verberato. Qui cautissimè agunt, arundine levi ictu, nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus. Nec minùs, si expectetur ut cadat.

Lex Olivæ etiam scalis.

Hærendo enim ultra suum tempus, absumunt venientibus alimentum, & detinent locum. Argumentum est, quòd nisi ante Favonium collectæ, novas vires resumunt, & difficiliùs cadunt. Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ, non naturæ, Pausia, cui plurimum carnis: mox Orchites, cui Olei: post Radius. Has enim ocysimè occupas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Differantur verò etiam in Martium mensem Callosæ, contra humorem pugnaces, ob idque mirimè, Licinia, Cominia, Cõtia, Sergia, quæ Sabini Regiam vocant, non ante Favonij afflatum nigrescentes, hoc est, ad vi. Idus Febr. Tunc arbitrantur eas maturè scere. Et quoniam probatissimum ex iis fiat Oleum, accedere etiam ratio pravitati [pravè iudicantium hominum opinioni d.] videtur. Feruntque frigore (exactè hiemis, qua memorata Olivæ genera non colliguntur d.) sterilitatem [suavitatem d. quæ lectio meliùs placet.] fieri, sicut copiam maturitate) cum sit illa bonitas non temporis, sed generis tardè [tarditate d.] putrescentium in amurcam.

Colligendi tempus, eusque diseritas.

Plin. emel.

Quomodo et quando vindemiaré atque Oleas legere oportet.

Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigrescere. Sed quando & quomodo vindemiaré, atque Oleas legere oporteat, omnium familiarissimè nobis videtur tradidisse apud Cæs. Constant. Paxamus Geponicus Græcus, sic tradens. Tempus ad Olei communis confectionem accommodatum est, quando maior pars dimidij fructus apparuerit

nigrescens. Accelerare autem collectionem convenit, antequam glacies congeletur: faciliùs enim, & copiosiores fructus exhibebunt. Collectio ipsa fructus faciendæ est sereno tempore, & minimè pluvioso. Nam humidum germen imbecillius sit & faciliè frangitur. Ob quam causam neque minutis imbrium guttis delabentibus, ramos movere oportet, neque fructum auferre, priusquam omnis humiditas ab arboribus sit discussa. Si verò lutosum sit solum, stramentum aut storsas, aut tale quiddam substernito. Si verò nihil ejusmodi adsit, Olivas aqua calida lavare convenit: post purificationem enim, fructum amplorem reperimus. Quapropter, etiam si non inquinentur luto, si fieri id potest, lavandæ sunt ex calida aqua. Quidam rectè faciunt, qui solum manibus ramos quatunt, ut fructus excutiantur. Virgam autem Oleæ non admouent, quoniam in posterum minus fructuosa inde evadit. Sed & ipse fructus violenter delapsus lauciatur, lapides, aut duras glebas offendens: & terræ qualitas contracta, ipsum Oleum terream faciet. Triangularia igitur scabella preparare oportet, & latam tabulam superne imponere, ut in ipsa stantes Olivas decerpant. Sed ad arboris historiam redeamus.

Oleam Theoph. diuturnam dicit vitamque ei ducentos annos longissimam esse tradidit: Quare Virg. Georg. 2.

Difficiles primùm terre collectæque maligni

Tenuis ubi argilla: & dum sis calculus arvis.

Palladia gaudet silva vivacis Oliva.

Et alibi: prolem tardè crescentis Olive, dixit. Nam lentè admodum crescit. Ideo difficilem auclum dixit Theoph. & Plin. firmas unas ad vivendum Oleas dixit, ut quas durare annis ccc. inter autores conveniat.

Hanc in crescendo cinere è calcariis fornacibus maximè advivari Cosæus ait esse observatum.

Olea omnibus provenit modis, inquit Theoph. præterquam surculo. Desixa enim nequit germen edere. Olive nucleum aliquoties sevimus, sed irrita spe. Tradit tamen Theoph. sylvæ stem Oleam ex fativæ nucleo nasci. At quæ custodienda in Olearum cultura Cato judicaverit, ipsius verbis, secuti Plinium, optimè præcipimus. Taleas Oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decido, diligenterque tractato, ne liber labore, cum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito, easque sic inserito. Locus bipalio subactus sit, beneque terra tenera glutus. Cum taleam demittis, pede tantum opprimito: Si parum descendat, malleolo aut mateola adigito, cavetòque, ne librum scindas. Cum adigis, palo prius locum feceris, quo taleam demittas: & ita si severis, utilis fiet talea, meliùsque veteret. Et ubi trime sunt, tum denique curæ sint ubi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seras, ternas taleas ponito, easque divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, vel oculos ierito. Seminarium ad hunc modum facito. Locum quam optimum & apertissimum & stercoretissimum poteris, & quam limillimum terræ ubi semina positurus eris: & uti ne longius semina ex seminario feratur: eum locum bipalio vortito, delapidatòque: & circumscibito, & in ordine serito, in sequepedem quoquo versum taleam demittito, opprimitoque pede. Et si parum deprimere poteris, malleo aut mateola adigito, digitum supra terram facito, semina emineant, firmoque bubulo summam taleam oblinito, signumque apud taleam apponito, crebroque sarrito. Diligenter

[addit

[addit Plin.] eximere Oleam oportet, & radices quamplurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris, calcare bene, ne quid noceat. Si quis querat, quod tempus Oleæ ferendæ sit? Agro sicco per Sementem, agro læto per Ver. Cato in Calido & pingui solo Radium majorem, Salentinam, Orchitem: Pausiam, Sergianam, Cominianam, Albiceram feri jubet. In frigido autem & macro Liciniam. Pingui enim aut ferventi vitari ejus Oleum, arborumque ipsa fertilitate consumi. Musco præterea rubro infestari. Spectare Oliveta in Favonium loco exposito Solibus censet. Mago, ut tradit Plin. in colle & ficcis, & argilla, inter autumnum & brumam feri iussit. In crasso, aut humido, aut subriguo, à messe ad brumam. Quod præcepisse eum Africæ intelligitur. Italia quidem nunc Vere maximè ferit. Sed si & autumno libeat, post æquinoctium xl. diebus ad Virgiliarum occasum. xiiii. foli dies sunt, quibus feri noceat. Græci Oleas plantandas præcipiunt à Sicularum occasu usque ad solstitium hybernum, hoc est, à 15. Novembris, usque ad 8. Decembris. Plantandas tamen & in Vere suadent, quod se mutuò imitentur hæc tempora, humidum habentia & calidum. Autumnus enim calidam adhuc terram habet à sole, humiditatem à pluviis prægressis: assumit autem caliditatem à solari accessione.

Quales oportet esse Olearum plantas, quas plantatis sicut.
Oportet autem Olearum plantas à commodis locis, & arboribus novellis, quæ singulis annis fructum ferunt, desumptas esse, crassitudinem habentes rami, aut crassiores, levisque ac rectas esse.

Quæ plantanda modi.
Multis porro modis Olea plantatur. Quidam à scytalis plantant: acceptis enim ramis crassioribus, & his in magnitudinem cubitalem confectis, ita plantant. Quidam à taleis plantant hoc modo. Ramos crassiores in magnitudinē cubitorum duorum consecant, & in fundum scrobis lapidem latioremmittunt, deinde plantam super ipso relictam statuunt, ac terra adobruunt. Alij generosissimas propagines unà cum trunco plantant. Alij plantas, quas accepturi sunt in ipso adhuc trunco existētes falce circumpurgant, & circa Arcturi ortum in scrobes imponunt. Alij Tropea appellata plantant hoc modo. Rubrica notant situm ad Orientem & Meridiem, & de trunco rescant ad longitudinem cubitorum quatuor, sive quinque, & in scrobes immittunt, aliam omnem diligentiam adhibentes. Hic modus plantationis citius vivificat, & citius fructum producit. Quidam à truncis plantant sic. Concidunt truncos ipsos in stipites majusculos, eosque scrobi imponunt, corticem sursum versus habentes, & aggesta terra stercore mixto ad palmi altitudinem sinunt. Quidam ex partibus trunci in terra, segmenta quatuor palmorum magnitudine, unà cum cortice excindunt, & lapidem in fundum scrobis permittunt, & circū hunc tria aut quatuor segmenta ponunt, & ad palmi altitudinem obruunt. Quocunque autem plantationis modo ipsa plantatio fiat, cum terra quæ plantanda sunt, secantur, observandum est diligenter & cavendum, ne cortex dilanietur. Acuta etiā falce casura leviter facta, cortice illæso & incolumi conservato, stercore quoque bubulo admixto, cinere infernam rami partem illinemus. Et in primis vitandū est, ne secundum verticem in verius ramus pangatur. Torquebimus enim plantam, si secundū verticem plantaverimus.

Quæ fertur Olea commoda.
Oportet autem & sterces in scrobes injicere. Omne autem sterces Oleæ aptum est, præter humanum. Convenit autem non ad radices injicere ipsum sterces, sed paulò longiùs à trunco. Ster-

coratio autem Oleæ quarto aut quinto quoque anno fiat.

Nunc de insitione. Africæ scribit Plinius peculiare esse Oleastro inserere: senescentemque adoptivas virgas, quoties opus sit, proximè emittere: quibus iterum juvenescat: ut ævis eadem Oliveta constent: sic enim intelligendus obscurus ille Plinij locus, quem Dal. ipse non satis perspicuum reddidisse videtur. Pallad. de insitionibus libello, non tantum Oleastro, sed & Robori, inseri (quod mirum) docet hoc carmine.

*Robora Palladij decorant sylvestria rami,
Nobilitat partus, bacca superba feros.
Fœcundat sterilis pingues Oleaster Olivæ,
Et quæ læta novis munerâ ferre docet.*

Per Robora sylvestria stipitem Oleastri hic intelligi licentia poetica censemus, quasi stipitem & sustem ejus. Vix enim verisimile nobis sit, unquam Robur sive Quercum societatem inituram aut, ut veriùs dicamus, colituram cum Olea, præfertim cum Quercus tam inimica sit Oleæ, ut antè demonstratum. Adde quod hujus conjugij nullus alius meminit, ac ne Palladius quidem ipse alio loco.

Inseritur autem calamo & inoculatione. Idem modum præscribit hunc. Mense Aprili iocis temperatis, inseratur Oliva inter corticem more Pomorum. Sed ut Oleastro inseras, contra illud, quod ex Oliveto insito, & casu incenso renascitur Oleaster infelix, sic providendum est. Positis prius Oleastri brachiis in scrobe, in qua disponemus inserere, scrobes ita replebimus, ut mediæ vacuæ sint. Cum comprehenderit Oleaster, inferemus in infimo, vel insitum ponemus, & insitionem probè infra terram nutriemus. Deinde sicut adolescit, terram subinde colligimus. Ita commissura in profundo latente quisquis urit aut cædit, Olivæ locum non aufert pullulandi, quæ & apertam redeundi felicitatem de Olea, & occultam valendi feracitatem de Oleastri connectione retinebit.

Aliqui Oleas in radicibus inserunt, & ubi comprehenderit, cum aliqua parte radicis avellunt, & transferunt more plantarum.

Græci Oleas ab VIII. Cal. Aprilium, usque ad III. Non. Julij, inseri debere præcipiunt, ita ut locis frigidis feriùs, calidis maturiùs inserantur.

Verum ex qua arbore inserere voles, & surculos ad insitionem sumpturus es, videto ut sit tenera, & ferax, nodisq; crebris. Et cum primùm germinat, tumebunt de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt, eos legito, crassitudine digiti minimi. Surculi sint bifurci, vel trifurci. Arborem, quam inserere voles, terra diligenter exsecato ea parte, qua maximè nitida, & sine cicatrice est, dabisque operam ne librum lædas. Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam levato, deinde cuneum tenuem ferreum, vel osseum inter corticem & materiam, ne minus digitos tres, sed consideratè demittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Postea surculos quos inserere voles, falce acuta ex vna parte deradito tantum, quantum cuneus demissus spatij dabit, atque ita ne medullas, neve corticem aliamve partem lædas. Vbi surculos paratos habueris, cuneum vellito, statimque surculos in ea foramina, quæ cuneo adacto inter corticem & materiam feceris, demittito. Ea autem sine, qua adraferis, surculos sic inserito, ut semi pede, nec amplius de arbore extent. Supra deinde muscum imponito, & ita ligato, ne pluvia dilabatur. Quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum seminis

Insitio.

Plinius & Dal. emend.

Inserendi modus & tempus.

Ne insitione nascatur Oleaster.

Alius modus.

Surculos delectus.

Inserendi modus alius, qui omnibus reliquis arboribus aptari potest.

ferra facere, in se atque partes tenui scalpello leuare, atque ita surculos aptare: si pusillam arborem inferere voles, unam abscindito, atque ita seque ut pede è terra extet, & cum præscideris, plagam diligenter levato, & mediū truncū acuto scalpello permodicè findito, ita ut fissura digitorum trium sit in ea: deinde cuneum, quo diducatur, inferito, & surculos ex utraque parte derasos demittito, sic, ut librum seminis libro arboris æqualem facias. Cùm surculos diligenter aptaveris, cuneum eximito, & arborem, ut mox dictum, alligato. Deinde terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum insitum, ea res à vento & calore maximè tuebitur.

Hoc ultimum genus insitionis, cùm sit subtilissimum, non omni generi arborum idoneum est, sed ferè recipiunt talem insitionem, quæ humidum, succosumque, & validum corticem habent. Hæc Columella. Florentinus verò: Ex Oleis, aliæ quidem tenui cortice prædita sunt, aliæ verò crasso. Quæ igitur crassum librum & humidum habent, iuxta corticem inserantur: quæ verò tenuem & aridum, in ipsum lignum. Tempus autem insitionis huiusmodi, à x. Cal. Jun. hoc est XXI. die mensis Maij, ait esse, usque ad Iunias Calendas. Oleæ verò insitæ multoties aqua rigandæ sunt, quippe, quæ aridæ existentes rigari desiderant.

Olea collatio cum Vineâ, quoad cultum & impensam.

Cæterum exiguam admodum impensam ad sui cultum longèque minorem, quàm Vineâ, desiderat Olea, quæ prima arborum est, ut prodidit Columella. Nam quamvis [eiusdem verba sunt omnia hæc de cultu] non continuis annis, sed ferè altero quoque anno fructum afferat, eximia tamen eius ratio est, quod levi cultu sustinetur, & cùm se non induit, vix ullam impensam poscit. Sed & si quam recipit, subinde fructus multiplicat, neglecta compluribus annis, non ut vinea deficit, sed eo ipso tempore aliquid interim patrifamilias præstat, & cùm adhibita cultura est, uno anno emendatur.

Cultura.

Ergo facta & instituto Olearum seminario biennio à putatione abstineri: tertio anno singulis seminibus binos ramulos relinqui, & frequenter sarriti seminario, conveniet. Quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus est, sic excolta quinquennio arbusculæ habiles translationi sunt.

Quando transferenda.

Plantæ autem in Oliveto disponuntur optimè ficcis, minimèque uliginosis agris per autumnum, lætis & humidis uerno tempore, paulò antè quàm germinent. Atque ipsis scrobes quaternum pedum præparantur anno antè: vel si tempus non largitur, prius quàm deponantur arbores, stramentis incendantur scrobes, ut eos ignis putres faciat, quos sol & pruina facere debuerat. Spatium inter ordines minimum esse debet pingui & frumentario solo sexagenum pedum in alteram partem, atque in alteram quadragenum: macro, nec idoneo segetibus, vicenum pedum. Sed in Favonium dirigi ordines conveniet, ut æstivo proflatu refrigerentur.

Mod. transferenda.

Ipsæ autem arbusculæ hoc modo possunt transferri. Antequam explantes arbusculam, rubrica notato partem ejus quæ meridiem spectat, ut, eodem modo quo in seminario erat deponatur. Deinde, ut arbusculæ spatium pedale in circuitu relinquatur, atque ita cum suo cæspite planta eruatur. Qui cæspes in eximendo ne resoluitur, modicos surculos virgarum inter se connexos facere oportet, eosque pilæ quæ eximitur applicare, & viminibus ita innectere, ut constricta terra velut inclusa teneatur.

Tum subruta parte ima leviter pilam commovere, & suppositis virgis alligare, atque plantam transferre. Quæ antequam deponatur, oportebit solum scrobis imum fodere bidentibus, deinde terram aratro subactam (si tamen pinguior erit, summa humus) immittere, & ita hordei semina substernere, & si constet in scrobibus aqua, ea omnis haurienda est, antequam demittantur arbores, deinde ingerendi minuti lapides, vel glareæ mista pingui solo, depositisque feminibus latera scrobis circumcidenda, & aliquid stercoreis interponendum.

Hordei semina substernenda.

Quod si cum ea terra planta non convenit, tum optimum est omni fronde privare truncum, atque levatis plagis, fimoque & cinere oblitis, in scrobem vel sulcum deponere.

Truncus autem aptior translationi est, qui brachij crassitudinem habet. Poterit enim longè maioris incrementi & robustioris transferri: quem ita convenit poni, ut, si periculum non à pecore habeat, exiguus admodum supra scrobem emineat: lætius enim frondet. Si tamen incursum pecoris aliter vitari non poterit, celsior truncus constituetur, ut sit innoxius ab injuria pecorum.

Trunci transferendi aptus.

Atque etiam rigandæ sunt plantæ, cùm siccitates inceserunt, nec nisi post biennium ferro tangendæ, ac primò surculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maximi scrobis excedat, deinde arando ne coxam bos, aliãve partem corporis offendant.

Optimum est etiam constitutas plantas circumvenire caueis, deinde constitutum iam & maturum Olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur. Neque enim Olea continuo biennio uberat.

Cùm subjectus ager consitus non est, arbor colliculum agit. Cùm seminibus repletur, fructum affert. Ita sic divisum Olivetum omnibus annis æqualem redditum adfert. Sed id minimè bis anno arari debet, & bibentibus altè circumfodi.

Post Solstitium cùm terra æstibus hiat, curandum est ne per rimas sol ad radices arborum penetret. Post Æquinoctium autumnale ita sunt arbores ablaqueandæ, ut à superiore parte, si Olea in clivo sit, incilia excitentur: quæ limosam aquam ad codicem deducant.

Omnis deinde soboles, quæ ex una stirpe nata est, quotannis extirpanda est, ac tertio quoque, fimo pabulandæ sunt Oleæ.

Stercus autumnò debet injici, ut permistum hyemi radices Oleæ calefaciat.

Amurca valentibus infundenda est: nam per hyemem, si vermes, atque alia suberunt animalia, hoc medicamento necantur.

Quando stercoranda. Ad sterces vermes, & reptilia. Amurca.

Plerumque etiam locis ficcis, & humidis arbores musco infestantur, quem nisi ferramento rescueris, nec fructum, nec frondem lætam Olea inducet.

Musca.

Quia etiam compluribus annis interpositis Olivetum putandum est: nam veteris proverbij meminisse conveniet: Eum qui aret Olivetum, rogare fructum, qui stercoret exorare, qui cadat cogere. Quod tamen satis erit octavo anno fecisse, ne fluctuantij rami subinde amputentur.

Vetus proverb. Scrb.

Solent etiam quamvis lætæ arbores interdum fructum non afferre. Eas terebrari conveniet, atque in foramen viridem taleam Oleæstri demitti: sic velut initiata arbor, secundo semine fertiliorextat. Paulò aliter & specialius Africanus, Oleam fertilem facere docet. Truncum inquit, terebra per totum terebrato, & acceptis ab altera fructuosa

Quomodo Olea fertilius facit terebratio.

fructuosa Olea duobus ramulis, principia ramulorum ex utraque parte immitte, ac transfige, & apprehensos utrosque ramulos fortiter attrahe.

Quum autem optimè fuerint adacti, & quasi incuneati, redundantia, ex utraque parte refeca, & luto paleato cavernas urrinque obline, & fiet Olea multum fructuosa, & quæ optimam producet Olivam, Oleumque præcellens.

Sed & sine ablaqueatione adjuvanda est, inquit Colum. Amurca infulsa cum suilla, vel nostra urina veteri, cuius utriusque modus servatur. Nam maxima etiam arbori, ni tantundem aquæ misceatur, vrina abundè erit.

Solent etiam vitio Ioli fructum Oleæ necare: cui rei sic medebimur. Altis gyris ablaqueamus eas, deinde calce pro magnitudine arboris plus minusve circumdabimus: sed minima arbor modicum postulat. Hoc remedio si nihil fuerit effectum, ad præsidium insitionis cõfugiendũ erit, Non defluet Olea, ut pollicetur Democritus, si fabam, quæ pedunculum habet acceperis cauernamque cera occluseris, deinde accepta à radice gleba fabam in eam indideris, & sic eam operueris.

Nonnunquam etiam in Olea unus ramus cæteris aliquantò est lætior, quem nisi recideris, tota arbor contristabitur.

Solent & fructus amittere Oleæ, si florentibus ingruat imber. Verum contra vim mortis non est medicamentum.

Oleas putandi modum Cato hunc docet. Olivetum, inquit diebus xv. ante æquinoctium verum incipito putare. Ex eo dies xlv. rectè putabis. Id hoc modo putato. Quæ locus rectè ferax erit, quæ arida erunt. Et si quid ventus interfegerit, ea omnia eximito. Qui locus ferax non erit, eum plus concidito [diligentiùs fodito, subigito, aratro proscindito.] aratroque benè enodato, stirpè que leves facito. Circum Oleas autumno ablaqueato. [Hæc Plin. addit] & sterco addito. Qui Olivetum sapientissimè & altissimè miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt crassiores fient, & eò in radices vires Oleæ abibunt. Varro sanè Oleam post ablatum fructum putare suadet, neque putandam esse ait, ablatis manifestis & conspicuæ magnitudinis ramis pauciorè fieri fructum. Multo enim copiosiorè fructum ex recentium ramulorum ubertate proditurum.

Vnde Palladius unoquoque anno sicca & fructuosa, & cum aliqua debilitate nascentia rescindi debere statuit.

Porrò Oleas in materia multæ effusionem eluxuriantes & velut insanientes, hoc est, folia quidem ferentes multa, fructum verò modicum, sic curabis. Paxillum Oleæ sylvæ, aut Pinus, aut Quercus in radices adiges, aut etiam lapidem impones.

Eis verò quæ multum fructum ferunt, non autem maturum faciunt, & florem malè perdunt, sic medeberis. Circumfodito truncum, & majoris. Algæ corbes duos, minoris, minus circumiice: deinde amurcæ aqua potabili permixtæ quatuor congios singulis truncis affunde: quod si Alga haberi nequeat, sola amurca utere.

At verò curam contra infestantes bestias, & lesiones ex ambiente accedentes, in tractatu de Viribus universaliter docebitur.

Quod si tamen arescentes radices & ægotantes animadvertentis, vermiculos in fundo generatos causam iudicabis, quos multis quidem modis disperdere poteris, ut eo loco tradetur.

Morbus & ille Oleæ peculiaris, hæc dictus, hoc est clavus quem alij Fungum & Patellam vo-

cant: Vnde lib. xvii. cap. 24. Plinius. Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus, sentit, Clavum etiam patitur, sive Fungum placet dici, vel Patellam: hæc est solis quædam exustio, quamvis propter nimios imbres contrahi dicat Hermol. Videtur autem hoc ipsum esse, quod supra diximus ab Italis rusticis Ova vocari: sunt enim nodi.

Nulla post ficum arbor uredini magis obnoxia est.

Est & impetigo peculiaris ei morbus, ut scabies Fico, & Vitibus fluor. Remedium esse potest, cum nimia nutrimenti ubertas detrahitur.

Solet & mox post sætionem Oleæ officere frigus hyemis, corticem enim detrahit: quapropter diligenter munienda.

Sed & ipse fructus Vermiculos sentit. Illi vel sub cute nascuntur, vel in ipso fructu augentur, nam caro non tangitur: cuius rei causas, & alia, vel his subtiliora excutiemus in opere de insectis.

Oleæ Arachnium quoque innascitur, hoc est, Aranea, fructus absumentis vermis, tela surculos, obvolvens: gignitur humiditate quadam aëris proximi.

Amititur, & fructus, si germinetur ramis anniculis ingruentibus imbribus. Quoniam enim pabulum, eò fluit, antè quàm fructus vires conceperit, humore aggerato, mox germen profilit, & fructuum proventus impeditur.

Atque in genere circa Vergilias (quæ octavo vel nono Maij oriri solent) quidem pluere, inimicissimum & Viti & Oleæ, teste Plin. quoniam, tunc coitus est earum. Hoc est illud quadrimum Oleis decretorium, hic articulus nubili spurci, quod diximus.

Olivam lambendo quoque sterilem fieri, autor est Varro: eaque de causa Minervæ non immolabantur, nec in arcem Athenis agebantur capræ præterquam semel ad necessarium sacrificium: ne Oleam ibi primùm editam, (de qua antea) violarent.

Eruca quoque alia frondem, alia florem Olivarum (ut in Mileto) erodunt: ac depastam arborem turpi facie relinquunt.

Olea tamen, folijs amissis fructificavit, inquit Theoph. sed inter rara & ostèta refert. Nonniquam [addit idem] ratione hyemis, aut alias ob causas quædam accidunt, quæ ordini naturæ, incongrua iudicantur, cum tamè non ita sit: Vt Olea penitus aliquando adusta, regerminaverat tota. In Bœotia verò germinibus omnibus à locustis derosis, iterum germinavit. Sed hæc haudquaquam pro absurdis haberi forsitan debent, quippe, quorum manifesta causa reddi possint.

Novellæ quoque Oleæ pereunt ex fertilitate quod priùs, quàm perficiantur, alimentum incrementi sui ad fructificandum consumant.

Evenit etiam, ut cum Oleæ benè germinant, malè fructificent: cumque benè fructificant, malè germinent: tanquam natura utriusque satisfacere non valeat: sed necesse habeat absumere alterum, ut alterum faciat.

Olea quoque Gongros à quibusdam vocatos habet, vel aliquid Gongris simile, propriissimum enim huic illud nomen, quod, hoc morbo magis quàm cæteræ arbores laborare videatur. Premon etiam quidam vocant id vitium alij Crotonam, alij alio nomine. Id vitium rectis, & unica radice nitentibus, ab imo stolones non mittentibus, aut nullo pacto, aut minus, accidere solet.

Olea verò & Oleaster has caudicum concavitates peculiariter habere videntur. Hæc Theoph.

Vi Olea fructus non defluit.

Faba.

Notata arbor contristatur.

Putandi modus et tempus.

Luxuriantis cura.

Vi probè maturent fructuosa.

Alga. Contra bestias.

Vermiculi infundit.

Clavus oleæ.

Impetigo.

Oligarum Vermiculi.

Opus de insectis.

Arachnium.

Vergiliarum exortus.

Salva sterilem facit.

Eruca.

Fructificans Olea amissa folijs.

Locusta.

Gongros.

Premon. Crotonum.

Vnde colligimus *κέρπυρα*, seu *πεύρα*, seu *κροτάνας*, aptd eundem dici hiantes in arborum truncis & caudicibus, maximè Olearum, fissuras, quam rem jejune admodam nostri grammatici intellexisse videntur. Has igitur plagas contèndas præcipit alibi, ne sol aut imber intrò penetret: Nam, inquit, si id acciderit, morbi contrahendi periculum imminet. Circumlinunt alij luto tantum: alij scilla subdita lutum superimponunt, & testam adiciunt. Scilla enim plantam visidem servat: lutum scillam: testa lutum tuetur.

Scilla.

Congri cura.

Idem denique diversis in locis inculcat: Oleas præcisas meliores reddi: easdem præcipuè exigere ablaqueationem: & amare putationem, purgationemque.

Sed hætenus de satu, cultu, & vitis Oleæ. Plura qui volet consulat Geoponicos. Putamus tamen pleraque eorum in compendium redacta.

Mutatio Oleæ in Oleastrum & contra.

Illæ affectio non omittenda qua Oleaster in Oleam, & hæc rursus in illum migrat. Vnde Theoph. Spontaneas quoque mutationes interdum fieri aiunt fructuum, & nonnunquam arborum integrarum: quas quidem Haruspices [*μαύταις*] Ostenta [*ὀμνεία*] esse existimant, ut [quod deterius] fieri ex Olea Oleastrum: & invicem [quod rardè evenit] ex Oleastro Oleam. Omnino autem neglectæ in Oleam in Oleastrum migrare observavit posteritas, ut specialius dicetur in Oleastro.

Olivæ flos.

Olivæ flores ab apibus non attingi scribit Plinius, lib. 21. cap. 12. Oleamque à favis procul esse vult: alibi verò id vanum statuit, atque aliquas Oleas quàm proximè feri convenire dicit, quæ evolutantium examina invitent, nec longiùs abire patientur: ex quo constat, quàm sibi parum constet. Olivarum autem proventu plurimè examina gigni certum est. Verùm, utra sententia verior sit, iudicabunt, qui Oliveta adhabitant.

Plinius sibi contradicit.

Συμπό-
δεξια.

Maximam esse inter Oleam & Quercum *ἀντι-
μιθία* diximus supra: at Oleam & Myrtum aded amicas inter se tradit Theoph. ut eas mutuo complexu radicum gaudere, virgasque Myrti per brachia Oleæ, prorepere atque dispergi ex Androntio referat: nec aliud iuxta Oleam feri velit.

Olei faciendi ratio.

Nunc quomodo Oleum fieri debeat ex præstantissimum Geoponicorum doctrina tradendum. Tam magnam artem Oleum, quàm multa temperandi esse dicit Plinius. Ex eadem quippe Oliva differunt succi. Primum omnium, è cruda atque nondum inchoatæ maturitatis, Omphacinum vocant. Vitide Cato.

Omphacinum.

Hoc præstantissimum. Quin & ex eo prima vnda præli laudatissima, ac deinde per diminutiones. Quantò maturior bacca, tantò pinguior succus, minusque gratus. Optima autem ætas ad decerpendum, inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigrescere. Amurcæ color est, qui Olivam cogit nigrescere. Ideoque, incipiente nigritia minimum amurcæ, ante eam nihil. Et [inquit Plin.] Error hominũ falsus. 1. Existimantium maturitatis initium, quod est vitij proximum.

Quadruplex error.

1. 1. Existimantium maturitatis initium, quod est vitij proximum.
2. 2. Quod Oleum crescere Olive carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat, ergo tum maximè rigantur. Quod, ubi cura multa sive imbribus accidit, Oleum absumitur: nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim [ut Theophrasto placet] est Olei causa calor, quare & in torcularibus, & in cellis multo igne quæritur. Tertia culpa est in parsimonia, quoniam propter impensum decerpenti, expectatur ut decidat. Similis, error, collectam servandi in tabulatis: nec prius

quàm sudet premendi, cum omni mora Oleum decreseat, amurca augeatur. Itaque vulgò non amplius tenas libras singulis modis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quanto copiosior reperiatur in eodem genere, diebus adiectis.

Caterùm & Cato tradit Oleum quàm acerbissima Oliua optimum fieri. Hoc Omphacinum Greci vocant. Verùm, quàm primum è terra colligendam: si inquinata sit lavandam, à foliis & stercore purgandam. Postridie aut post diem tertium, quàm lecta sit, premendam. Si gelent frigora, die quarta. Hanc, si volet quis, & sale aspergi posse. Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. Idem & in amurca & fratribus. Hæ sunt carnes, & inde feces. Quare sæpiùs die decapulandum: præterea in conchas & plumbeas cortinas: are vitari. Ferventibus omnia ea fieri clausisque torcularibus, & quàm minimè ventilatis.

Omphacinum seu Oleum Sic. de ut fiat.

Imprimis præcipit, quàm calidissimam etiam habere cellam. Qua de causa è nucleis ipsarum ignem aptissimum. Et è cortinis in labra fundendum, ut fraces & amurca liquentur. Vasa crebriùs mundanda, fiscinas spongia tergendas, ut quàm maximè pura sinceritas constet. Postea inventum, ut lavarentur, utique ferventi aqua: protinus prælo subijcerentur solida (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ præmerentur. Premi plus quàm centenos modios non probant. Factus vocatur. Factum enim appellabant Geoponici, quantum Olei vnà torculi expressione, exprimi poterat. Quod verò post molam primum, est Flos. Factus tergeminos ferè à quaternis hominibus nocte ac die premi iustum est.

Sic Cato & ex eo Plin. Quæ pauld familiaris exposuerunt Varro & Columella, & ex omnibus his Ruellius & Curtius, qui huic ævo adaptarunt. Res eò redit. Quàm minimùm Olivas manibus ex arbore districtas & diligenter repurgatas in terra & tabulato relinquendas. Celestiter enim concalescunt, prævia quadam ad putredinem alteratione. At Factores [Factores dicti, qui Oleum faciebant & torculum movebant, ut ipsa expressio fieret] desiderant, ut multum sint in tabulato, & fracidæ fiant, ut faciliùs liquecant. Quod sanè si ita fiat, & minus fiet Olei, & deterius. Omni quippe hora Oleum decrescit, augeatur amurca, quæ Oleo maximè contraria. Quæ si in bacca remanserit, Olei saporem utique corrumpet.

Agricultorum autem plerique si diu bacca stent in tabulato sub tecto, Oleum crescere sibi persuaserunt: quod tam falsum, quàm in arca crescere frumenta. Quod mendacium Cato refellit, tradens, in tabulato corrugari Olivam, & minorem fieri. Ideo cum Facti unius mensuram rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam premere desideraverit, oblitus prioris mensuræ, quam intulerat, ex alio acervo similiter seposito, quantum cuique mensuræ defuit, supplet. Eoque facto, videtur plus Olei quieti quàm recens bacca reddere: cum longè plures modios acceperit. Attamen, si id maximè verum esset, nihilominus ex pretio viridis Olei plus mali, quàm ex multitudine contraheretur, quod & Cato dicit. Et si quidem, quid ponderis, aut mensuræ Oleo accedit, si portionem velis in Factum adiectæ bacca computare, non proventum, sed detrimentum senties. Quapropter dubitare non debemus, Olivam lectam, primo quoque tempore premendam

dam. Ergo ut prius in districta fuerit Oliva, substratis togetibus, aut pannis, expandi aut cribrari debet, quod aquositas ex ipsis relinquetur, & a folijs ac virgultis repurgetur. Hæc enim commista, Olei diuturnitati obsunt. Tum diligenter mundata protinus in torcular deferri, & integri in fiscinis novis includi, præliisque subiici, ut quantum possit paulisper exprimatur. Postea resolutis corticulis emoliri debent, adiectis binis sextariis integri salis in singulos modios. Quod defluerit in labrum, protinus decapulator depleat, & in fictilia labra, huic usui præparata, defundat. Hoc enim suavissimum est, & tenuissimum. Nam æreis & plumbeis vitiatum Oleum. Longè melioris saporis est Oleum, quod minore vi præli quasi lixivium defluerit. namque si nuclei confringantur, olei saporem vitiant. Cum vero paululum constiterit, subinde decapulandum est, quamvis Cato bis tantum in die præceperit. Nam quod sæpius translatione illa ventilatur, tanto magis eliquescit & amurcâ liberatur, cui quod diutius hæret, eò deterius fit. Solet etiam cum amurcâ frigoribus congelari: tum inspersus sal coctus resolvit Oleum, & separat ab omni vitio. Si ne sic quidem resoluatur, præsertim cum maiora frigora inceserint, nitrum torretur, & contritum inspergitur. Ex res eliquat amurcâ, quæ inimicissima est Oleo, & si remanserit in eo, saporem eius corrumpit. Neque verendum est ne falsum fiat: nam quantumcunque salis adieceris, nunquam saporem eius recipiet Oleum. Debet itaque Oleum Cibarium fieri protinus illata de oliveto bacca. Minus probatur oleum ex oliva quæ decedit, vel tempestatibus aut pluviis in lutum defluxit: nam immunditiarum saporem trahit. Quare ad præsidium aquæ calidæ decurritur, quæ immundæ bacca prius eluantur, quàm molæ aut torculari credantur. Habes igitur veluti tres gradus Olei. Primum & nobilissimum, quod sponte vel minore pressuræ vi, quasi lixivium defluerit. Hoc seorsim ad servator. Secundum, quod ex reliquis fraccibus premitur, sed paulò graviori pondere & mole fortiore quassantur. Hoc tortivum non malè dixeris Oleum, quod, velut secundæ pressuræ, privatim in alia vasa transmittitur. Hac iteratione invalidius, sed tertiatione multò deterius oleum exit. sed utrobique decapulandum, & oleaginea rude movendum, & ab amurcâ, seu aquota sanie, repurgandum. Vbi oleum in labris paululum constiterit, denudè in alia vel vitrea vel vitreata transferendum, ut à sanie illa, aqua, quæ subsidet, penitus repurgetur. Imò sæpius iteranda, ut dictum, hæc translatio, donec mundum admodum & sincerum evadat. Sed plurimum refert non miscere iterationem cum prima pressurâ, quæ longè melioris saporis est: tantòque minus tertiationem. Vitreata vasa omnium optima sunt ad hanc rem, vitrum enim Oleum maximè conservat, quippe, cum frigore læteretur Olei natura. De olearia cella, torculari, & reliquo apparatu ad hanc rem necessario instituendo, consule supra scriptos Geoponicos, maximè Columellam lib. 12. c. 50. & alibi passim.

Cæterum, multa incommoda oleo vel nuper factò, vel dum fit, vel deinceps atate solent accidere. Quod gelatur, plerumque fracescet. Cui præscriptis præsidijs, sale & nitro commode obistemus. Sordenti quoque suctos & adhuc calentes sales Tarentinus iniici suadet, & diligenter operiri: ita mundum, reddi brevi tempore promittit. Oleum quoque sordidum purgat Pineæ nux, quæ igni candens, oleo restinguatur. Emun-

dat & citri radix in Oleum demersa. Oleum quod suis fraccibus torridis fuerit inustum, limpidius eliquescet. Oleum rancidum idem pollicetur corrigi, si cera alba mundo & optimo Oleo resoluta, & adhuc coctura liquens, in oleum mittatur, & mox sales fricti calentes addantur: sic fieri, ut Oleum purgetur, sapore & odore mutato, sunt qui & sole vel igni, aut etiam aqua fervente simul in vasculo mixta restitui posse asserant.

Item: Non rancescere Oleum in quo prius anisum maduerit. Si graue oleat, præcipit idem vitides Oleas sine ossibus tundi, & in vasa per solis calorem mitti: si bacca defuerint, caulales tenerimos Olea similiter esse tundendos. Nonnulli utraque permiscet, adiecto etiam sale, sed omnia inter linteum clausa suspendunt, atque ita in vasa Olei demittunt, postea tribus diebus exactis auferunt, & agitant, ubi conquevit in alia vasa transferunt. Alij immittunt vetustum laterem torrefactum. Quidam panes hordeaceos breuiter friatos, & raro linteolo inuolutos, immergunt, & novos deinde permutant: Vbi hoc bis aut ter fecerunt, salis callos aut micæ iniiciunt, & in alia vasa translaturum paucos dies subsidere permittunt. Quod si mus, aut aliud fortè animal deciderit, & Oleum putri nidore vitaverit, iubet Democritus Coriandri manipulum in Oleum suspendere in aliquot dies. Si nihil remiserit nidor, denudè nouo Coriandro iterandum, donec expellatur nidor. Quidam in umbra prius exsiccatum iniiciunt. Alij Fœnumgræcum itidem in sole siccatum in vasa mittunt. Præstat autem carbonem signitos ligni Oleaginei in Oleo exstinguere. Alij uvas passas demptis vinaceis tufas immittunt, & post decem dies rursus exemptas expriment, & Oleum in aliud vas transfundunt.

Si acerbus odor fuerit, uvæ recrementa præcipiunt Græci tufa, & in massam redacta mersari. Si Oleum turbulentia vexet, Tarentinus vult in fidelia oris ampli coniectum Oleum infervescere, tenuissimum que saltem frictum inspergi, & ubi subsiderit, spurcum Oleum elutriari. Oleum Istrico aut Liburnico simile fieri promittunt Græci, si in viridi Oleo, quod omphacinum vocant, aut alias optimo, Enulam siccam & Lauri folia, & Cyperum aridum omnia videlicet & tufa, & subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis ac tritis, & diu Oleo iniecta perturbes dein tribus aut pluribus decursis diebus, cum quieverit, utaris. Hoc est oleum Liburnicum appellatum, & ipsum adeò Istriatum. Dæmegeron Oleum Hispano simile faciebat, hoc modo. Oleo sincero & omni amurcâ spurcicia repurgato, ubi efferbuisset, triplum aquæ quàm fervidissima, & salis modicum probè tritum commiscebat multa agitatione, dum concorporari & in unum coire perciperet: tum spatium quodam conquelescere patiebatur, donec iniecta aqua amurcâ in morem subsideret. Deinde existens oleum concha deplebat, rursus, cum aqua tepente movebat, denudèque subsidentem aquam ab Oleo sincero emergente separabat. Deinde succum foliorum Oleæ tenerorum contusorum admiscebat, quod acrimoniam quandam & amaritudinem inde contraheret oleum, quod post triduum, ubi constitisset, ad usum depromebat. Alij post diem utebantur. Alij etiam Omphacinum Oleum, aut alias bonum, in mortarium mittebant, ac in eodem succo terendo præli, ubi opus esset, ad usum vocabant.

Diophanes autem odorati Olei faciendi rationem ita docuit Musti sextarios octo cum duobus Olei, & bonam Iridis tufa portionem, linteos convolutam misceant in vase, & exactis

Citri radix.

Rancidum ut restituetur.

Anisum.

Fator olei ut tollatur.

Si infecta sit animalis aliquo quod incidit.

Coriandri.

Fœnumgræcum.

Contra acerbum odorem.

Si turbetur.

Olei mangonia diversæ. Oleum Liburnicum, Istricum.

Oleum Hispano simile.

Oleum odoratum.

Id.

Cautio.

Oleum cum amurcâ inspergitur.

Sal non inspergitur Oleo.

Quomodo inspergitur bacca oleum probatur redacta.

Tres gradus Olei.

Tortivum oleum.

Oleum infectum ut tollatur. Rancidum ut tollatur. Sordidum ut tollatur. Sordidum ut tollatur.

decem diebus excolatum recondant, hoc autem mulieribus potu gratissimum. Plures Oleorum factitios modos postea dicemus. Nunc baccas seu Oliuas condiendi & conseruandi rationes tradamus.

Oliuas condiendi modi diuersi.

Oliuas condiendi solliciti fuerunt veteres, quamquam reuera nihil aliud sint quam palatus blandimenta. Tam ingeniosus fuit venter, ut & amara, nec ab ipsa natura percocta, suae quoque voluptati placere coegerit. Quid quæso gustu horridius Oliua, siue matura, siue immatura? At suauitatem inuexit ars, quam non potuit natura. Cato, Columel. & Pallad. in harum conditura præcipuam operam locarunt. Ex quibus eas seligemus, condituras, quæ unicuique generi communes esse possunt. Peculiares parum necessarias arbitrati, quod Oleorum hodie genera, neque omnia, neque forte multa, omnibus sint nota, ita ut & nomina esse desierint. Bacca igitur etiamnum hodie, sicut olim, conuiviorum epulis præparantur: quarum conditura diuersa: nam alia cædis, alia lectis, alia albis, alia nigris debetur, ut condiendi modus peculiare etiam tribuat nomen. Iam supra dictum Colymbades dici, quæ oleo suo puræ, & sine accersita commendatione innatant. Halmaades verò, quæ muria propriè condiuntur, etiam si Græci harum sæpè nomina confundant. Plura nomina dicta superius. Caducis, quia spontè cadunt, nulla nec collectionis, nec temporis observatio debetur. Has iam rugosas [exsiccata nempe iam in ijs excrementitia illa sanie seu amurca] colliges, & sale trito asperas, donec inarescant sole expandes. Tum strato cratribus Lauro, baccas dein ordinabis, & pluries inuertes, ut probè siccentur. Demum aquam, tribus aut duabus undis, cum defruto, & saturæ manipulo feruifacitam, & rursus tepefactam, iniecto paxillo salis cum origano superinfundes, & ad usum recondes.

Colymbades. Halmaades.

Oliua caudata ut condienda.

Lectæ diuerso tempore condiuntur. Prius enim albescunt Oliuæ quam nigrescant. Hoc autem summæ maturitatis, illud uirescentis, sed iam ad maturitatem mox inclinaturæ Oliuæ signum, quod circa vindemiam esse solet, autore Catone. Hic lectam albam contundi prius præcipit (quod fieri censemus, ut amurca & austerus ille liquor evocetur) tum in aquam iniici [secundum quosdam calidam] Crebrò autem aqua mutari debet, & ubi satis macerata est, exprimi, atque in acetum immergi, oleumque addi, & salis selibra. In modium Olearum Fœniculum & Lentiscum seorsim condas in acetum. Si unâ admiscere voles, citò utitor. In orculam calcato manibus siccis. Cum uti voles, sumito. Oleam albam secundum vindemiam, qua uti voles, sic condito. Musti tantundem addito, quantum aceti. Cætera item ita condito, ut supra dictum. Res eò redit, ut probè maceratas in fideliâ, cum Fœniculi & Lentisci ramusculis & cocto modicè sale permistas recondas, & mustum quàm recentissimum infundas cum media parte aceti, ita ut ius superemineat. Quibus sic conditis, tertia die uti poteris. Oleas albas, inquit Varro, quas condire vis, novas, celeriter condito, ut promas: nisi condieris, propter amaritudinem, illas respuit palatum. Item, nigras nisi prius sale maceraris, non libenter in os recipiuntur.

Maiores seu Regia conditura.

Regias quoque seu Maiorinas illas, quàm candidissimas eligunt, deinde substrato arido Fœniculo, in amphoram coniciunt, atque Fœniculi & Lentisci ramusculos intermiscunt. Cum autem ad fauces usque amphora repleta fuerit, duram muriam adiciunt: ac spissamento de arundinum

foliis facto, uti infra ius mergatur, premunt: & iterum muriam duram, dum ad summum amphoræ labrum deuenit infundunt. Alij aqua marina ad dies sex macerant: deinde in vas mittunt, & recens mustum superfundunt, ita, ne omnino vas repleatur, ne videlicet in illius fervore effundatur. Quod ubi effuerit, oblinunt.

Alii m. d. n.

Nonnulli non contundunt. sed acutè arundine [quod quidem operosius] infecant: nam, a ferro cavendum, ne sapor inde peruersus contrahatur.

Alii m.

Quidam verò siue contuderint, siue infecerint, modico sale cocto, & prædictis seminibus immixtis, sapam deinde, vel passum infundunt.

Alii m.

Oliuam autem Pausiam cum iam decoloratur, & antequam mitescat, cum petiolo legunt, & in oleo quàm optimo seruant. Hac enim ratione viridem, etiam post annum, Oliuæ saporem representare promittunt. Plures etiam cum de oleo trito exemerunt, aspersam sale pro nova apposerunt.

Alii m.

Familiaris est hic modus Florentini. Oliuas magnas & intactas, manu decerptas, acuta arundine circum circa incide, & in vas novum immixtis, sale tenuissimum insperge: quo colliquato, in alio vase mel vel sapam in promptu habe cum foliis citri, & in hanc condituram mitte, ita ut liquor ipsis innatet.

Alii m.

Citri foliis.

Quidam etiam Fœniculi semen & Apij admiscunt, & condituram faciunt pergratam, admirabilem, vulgòque ignotam.

Familiarissimus iste Didymi. Vinacea recentia priusquam exprimantur unâ cum oliuis vicissim interpositis in vas condas, deinde oblines.

Alii m.

Nunc de nigrarum conditura, quæ ubi iam nigruerint, nec tamen adhuc permaturuerint, legenda sunt, & cribrandæ, exemptis impuris & maculosis. Tum in singulos Olivarum modios salis integri heminas ternas adicies, atque in ymineos qualos confundes, copiosè superaddito sale, ut baccas contegat, atque sic 30. dies confundascere permittes, ut omnem amurcam extillent. Postea in alveum diffundes. Tandem in vas recondes, & illud sapa ac defruto replebis, aridi fœniculi spissamento superposito, quod Oliuas deprimat.

Nigrarum conditura.

Alij lectas, uti dictum & compositas, muria diluunt, atque in ollam deiciunt, & mellis partes duas, defruti dimidiam, vini unam. Quæ ubi semel omnia defruerint, abiiciunt, & acetum admiscunt, ac permovent: & ubi refrixerint, origani furculos insternunt, sed, ita ut liquor superemineat.

Alii m. d. n.

Origani.

Alij cum pediculis & agnatis ramulis diligenter lectis, aquam triduo aspergunt, & per duodecim dies in muriam demittunt, & exemptas, in vas cum aceti & musti aquis partibus deiciunt, & repletum vas ita operiunt, ne aliquod spiritaculum superfit.

Alii m.

Alii m.

Alij easdem lotas & sale maceratas aceto multo, modo prædicto, condiunt, affuso etiam Oleo, & asperso sale trito. Fœniculique ramulis iniectis in vas probè obturatum recondant.

Alii m.

Didymus Oliuas antequam nigrescant lectas, & contractas in aquam calidam mittit, deinde in sportam transfert, & exprimit additque sale non tritum, cum cumino & Fœniculi ramulis. Deinde in mustum immergit & diligenter operit. Oliuas contusas & fractas vocat.

Oliua contusa & fracta.

Idem Oliuas Colymbades sic parare præcipit: has plenas & perfectas, quum in vigore fuerint, & prope maturitatem extiterint, unâ cum exortu ex quo pendent accipito, & ne frangantur ac contundantur

Colymbades qualiter fieri.

tandantur in magnum vas coniecta quum deferuntur, diligenter prospicito: deinde frigida aqua lotas, paulatim in umbra per diem unam in calathis ac cratibus vimineis assiccato, & quo aequaliter siccentur, leniter convertito. Deinde praemisso in fundum vasis salis triti pugno, & postea muria congiis quatuor cum aceti heminis tribus infusis, Olivarum chœnices viginti immittito, & ubi expletum est vas, commoveto. Liquor autem superemineat, & obturatione per Fœniculi fasciculum facta, vas obturetur. Cæterum muria ea gratia præinfundi debet, ut Olivæ, dum immittuntur, non contendantur.

*Olivæ mō-
dus amittit
simpliciss.*
Alij cum tenerimis ramulis docerptas Olivas in vas marinam aquam habens immittunt, & ad dies quinque vel sex relictas eximunt, & in vasa coniectas, unâ cum muria reponunt & oblinunt, qui modus est omnium simplicissimus.

*Olivæ Cō-
lumbæ*
Columella sic fieri docet. Maturam Olivam, in statura, factam Colymbadem, de muria tollito, spongia tergito: deinde canna viridi scindito duobus vel tribus locis, & triduo in aceto habeto. Quarto die spongia extergito, in urceum aut cacabum novum mittito, substrato Apio & modica Ruta. Concisis deinde pleno vase Olivis, immitte defrutum usque ad os. Laurituriones in hoc usu mittito, ut Olivas deprimant: post dies viginti utere.

*Olivæ Cō-
lumbades
quid Calu-
mi.*
Ex hoc Colum. loco facillè iudicabis quid proprie sint Olivæ Colymbades, nempe, quæ iam semel conditæ fuerint, sed proprio Oleo. Ideo dicit: Olivam in statura [id est repositam & suomet Oleo innatantem] factam Colymbadem: quam iamen, uti vides, denuo condiendam docet, modo iam præscripto.

*Modus Pal-
ladij.*
Palladius sic docet: Olivas muria per 30. dies macerabis, post universam fundes, & duas defruti partes, aceti unam, cum Mentha minutè incisa vasculo adicies, & ita replebis, ut iusta infusione liquor supernatet.

*Epityrum
unde.*
Epityrum quidem fraces & Olivarum magmata vocat Hesych. At M. Cato. Epityrum Olivarum conditura est, de qua sic tradit.

Epityrum
Epityrum album, nigrum, variumque sic facito. Ex Oleis albis, nigris, variisque nucleos eiicito. Sic condito. Concidito ipsas, addito Oleum, acetum, coriandrum, Cyminum, Fœniculum, Rutam, Mentham, in Orculam condito: Oleum supra fiet: ita utitor. Alium modum habet Colum. l. 12. c. 47. Cuius usum maximè dicit esse in civitatibus Græciæ. Alij eius usum olim frequentiore in Sicilia quàm Italia fuisse tradunt. Falli verò videtur Varro, dum l. 3. de ling. Lat. Epityrum, ab ἐπι, ἢ τυρός, id est caseus, compositam putat: nisi fortè eadem vox & aliud edulij genus ex caseo paratum olim significarit: sicut ὑποτύρις erat edulij genus: quod, ut lib. 14. scribit Athen. fiebat, melle iniecto lacti dum coagulatur: alioqui reclamant & modo citatorum Catonis & Colum. autoritas, & ipsa componendi ratio præscripta. quin potius Epityrum à confracta Oliva, quæ Græcis πύριον est, dictum. De quo Plaut. Milit. 3.

— Ego me illi mancipio dabo.

Si [ali] legunt nisi] unum Epityrum edam apud illum esurions insane.

Tot itaque modis vides anxios fuisse veteres Olivas ita concinnandi, ut diversimodè placerent palatui. Sunt verò & longè plures apud citatos autores, quos studio omisimus, quemadmodum & Sampsam, Syrapam, & alia id genus, quorum parandi rationem abundè docet Colum. Quæ omnia eodem modo hoc ævo parari vix pu-

tamus. Nam & simplicissimo tantum modo conditæ Olivæ, muria, vel [quod rariùs] aceto & Oleo, interjectis interdum Olivæ aut Lauri foliis ad nos importantur ex Italia & Gallia Narbonensi, itinere terrestri, sed pleræque minores. Nam majores ex Hispania per mare afferuntur, si institoribus credimus, itidem muria conditæ, & ut plurimum arboris suæ frondibus aut Thymi foliis interstratæ.

Deligantur firmiores ac solidæ, non flaccidæ, non maculis affectæ, compressæ, aut ulla putredinis labbe inquinatæ, succulentæ ac minimè rugosæ, sed superficie probè tensa, pediculis adhuc herentibus, in quocunque genere.

Et si deliciarum potius causa Olivæ condiri videantur, tamen & usum habent in medicina, & venditori non exiguo compendio sunt ad rem augendam.

Nigras Olivas stomacho inutiliores putat Plin. vètri minùs: præclarumque habere antequam condiantur, usum, recentes per se cibi modo devoratas. Mederi arenosæ urines, item dentibus, aut attritis, aut conuulsis. Albam Olivam faciliorem stomacho, sed ventri magis alienam.

Fructus Oleæ inquit Gal. si quidem ad vnguem maturuit, moderatè calidus est, sin immaturus est, magis tum astringit, tum refrigerat.

Olivas albas priusquam insit Oleum, Hip. sicca-ri & tundi iubet, ac cribrari, & cum vino propinari. Hoc autem & menses & secundas e-

Olivæ Colymbades tritæ, autore Diosc. & ambustis illitæ, pustulas gigni prohibent, ac sordida etiam ulcera purgant. Succus autem ipsarum ex muria, collutione gingivas contrahit, emotosque dentes stabilis. Est porrò Oliva subfulva ac recens alvo incommoda, sed stomacho utilis. Nigra verò & matura corruptioni oportuna stomachoque adversa est, ac tum oculis minimè convenit, tum capitis etiam dolores inducit. Torrefacta ac illita nomas sistit & carbunculos emarginat.

Olivæ, quæ maturæ sunt, ex sententia Sim. Sethi, temperatè calidæ sunt, non maturæ verò, astringentes, & frigidæ & sicca sunt, ventrem roborant, aluumque sistunt: at pulmone noxia. Nigræ verò & maturæ facillè corrumpuntur, ventriculoque ac oculis noxia & vesicæ. Calida temperaturæ sunt, & ad siccum magis inclinant. Colymbades verò quæ dicuntur, frigidæ sunt & sicca quæ si cum garo ante cibum sumantur, aluum proritant. Immatura autem adstringunt & refrigerant, siccaque sunt.

Diogenes cum vidisset iuvenem in diversorio Olivas esitantem, si sic prædisses (inquit) non ita cœnares. Idem etiam cum Platonem in lautissimo convivio degustantem Oleas intuitus fuisset, illum percunctatus est, quamobrem in Sicilia huiusmodi mensarum gratia profectus, appositis modò Olivis non frueretur: Cui ille. At Hercules, ô Diogenes, illic & Olivis & reliquis huiusmodi vescerbar. Cur igitur, ait ille, Syracusas adnavigare te oportuit? An Attica tunc Oleam non ferebat? Quibus verbis Platonis navigationem subarguere videbatur.

Demost. in Orat. pro Ctesiphone contra Æschinem. Solebas aliorum [inquit Adagialiter] Olivas & uvas colligere.

Olivæ etiamnum hodie non solum in Italia & Hispania, sed nostra etiam Germania ditiorum & magnatum mensas opulentant, gulosorum invento, ad aviditatem excitandam. Quanquam

Tragus Germanis consulat ut Gallis & Italis hunc cibum relinquunt, quod iis minus salubrem existimet.

Nigra condita omnium levissimè alunt: eas cum pane edendas præcipit Gal. Paulus tamen alienas stomacho, crassique succi esse restatur. At Colymbades astringente succo prædita sunt, proinde ventriculum roborant aviditatemque ciborum stimulant: prima mensa ex garo, sine pane, ad aluam deiiciendam commenducata mirè utiles sunt. Aetius eas quæ aceto condiuntur, ad invitandum appetitum nobilissimas omnium affirmat, & minori negotio à ventriculo perfici ea, quæ iucundiora suavioraque sunt. Paulus Oxymelle conditas laudat. In Gallia Narbonensi, ab incolis nullis non prandis cœnisque apponuntur, quemad. & caparis fructus. Sunt inter Arabes, qui inter prandendum iubeant mandi aviditatis gratia & concoctionis. Alij astringentiores secundis mensis adhiberi volunt, ut roborato ore ventriculi cætera deorsum pellantur cibaria. Vulgus eruditum pariter atque ineruditum primo, & medio, & postremo cibo, carnibus, piscibus atque ovis intermiscens, mandit eas, ubi frequentes sunt, ut iam dicto loco, & in Italia. Nostri magna ex parte cum carnibus assatis apponunt.

Oleorum Collatio ad cibum.

Adversus pulices. Vius & vires Oleæ.

Oculi. Ligni liquor. Furfures. Scabies. Lichenes.

Ad scabros ungues.

Foliorum Temperam & vires. Ulcera. Cap. dolor. Ambusta. Gingivæ inflam. Paronychia. Hemorrhag. Pusilla. Procidens pupilla. Lachryma. Genæ erosæ. Pastilli.

Sunt qui tradant baccarum deoto pulices interire, si eo domicilium conspergatur: hocque magis, si Cymini agrestis triti nonnihil commistam fuerit. Oleæ verò ipsius folia Dioscor. iisdem prædita sunt viribus cum Sylvestri, sed aliquantò minore efficacia: quare oculorum medicamentis, ob suam vim mitiorem, convenientiora sunt. Qui verò humor ex accenso virente ligno emanat, furfures, scabiem & lichenas illitu sanat. Quin & fructus earum, furfuribus ac nomis seu depalcentibus ulceribus medetur. Quod autem intra nucleum est, cum adipe & farina scabros ungues excutit: Quod experientia ipsa probatum esse Cornar. Scribit. Sed Hip. eius nuclei usum etiam ad ocularia medicamenta adhibuit: unde l.2. de morb. popul. sectione quinta sic tradit: ὀφθαλμῶν, σποδίου δ' ἀδ' ἔχοντος, κρόκου πύμπτου, τυρῆνος ἐν, φικμίδι ἐν, σμύρνης ἐν. Hoc est Oculorum [sub intell. medicament.] spodij partem duodecimam, croci quintam, nuclei [Olive] unam, cerussæ unam, myrthæ unam. (De Olive enim nucleo, nec de ullo alio, hic locus intelligendus, ut benè annotat Cornar.) Sed aquam frigidam quoque capiti infundendam præcipit, & allia cum maza præbenda. I nunc, & hodie nostros delicatulos tali modo curato.

Plin. de Olive viribus eadem ferè habet, at tamen illi multò plures tribuere videtur, quàm hic Oleastro. Sic enim scribit: Olearum [post uvas] proxima autoritas intelligitur.

Folia earum vehementissimè astringunt, purgant, sistunt. Itaque commenducata imposita ulceribus medentur, & capitis doloribus illita cum Oleo. Decoctum eorum cum melle his quæ medici usserint, gingivarum inflammationibus, paronychiis, fordidisque ulceribus excrecentibus. Cum melle pro fluxivum sanguinis è nervo sis partibus cohibet. Succus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus & pustulis, procidēt. pupillæ efficac: quapropter in Collyria additur. Nam & veteres lachrymationes sanat, & genarum erosiones. Exprimitur autem succus tulsis, affuso vino, & aqua cœlesti, siccatúsque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana admotus vulvæ. Vi-

lis & sanie manantibus. Item Condylomatis, ignibus factis, ulceribus serpentibus, atque Epinyctidi.

Eisdem & Fios earum habet effectus. Viuntur & cauliculi Florescentes, ut spodij vicem cinis præstet: vinòque infuso iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, vel foliis tulsis cum melle, oculos verò cum polenta. Succus fructus recentis accensi desillans sanat lichenas, furfures, manantia ulcera. Nam & lachryma, quæ ex arbore ipsa distillat, Ethiopica maximè Oleæ, mirabilis non est, repertos, qui dentium dolores illinendos censerent, venenum tamen esse prædicantes, atque etiam in Oleastro quærendam. E radice Olive quàm tenerrimæ cortex derasus, in melle crebro gustatu moderat sanguinem reiciantibus, & suppurata extussentibus. Ipsius Olive cinis cum axungia tumores sanat: extrahitque fistulis vitia, & ipsas sanat.

Oleæ germina, [Olive rami] inquit, Gal. lib. 6. simpl. medicam. quantum habent astringentis, tantæ & frigiditatis participes sunt. Fructus verò, si quidem ad unguem maturuit, moderatè calidus est: si immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat.

Pascitur Olive & Oleastri baccis turdus, ac inde pinguior, & præpingui pallidior, id est, magis cereus evadit. Hinc Martialis:

Si mihi Picena turdus palleret Olive.

D. Ambrosius in Hexamero prodit ægotantem cervum sanum fieri, mansis Olive ramusculis: & locustas ab ægritudine liberari, arrosis Olive foliis.

Aquam etiam, in qua Olive salita fuerint, dentes vivare præditum est. Plurima Trallianus, & Curtius superstitiosè de Olive viribus. Scribitque hic inter alia, radiis corticem drachmæ pondere cum vino aut aqua deglutitum, pituitam evacuare, quod nobis nondum compertum.

Oleæ quoque materies præcipuè commendationis est apud operarios & statuarios, à quibus ad præstantes operas desideratur cum Ebena, propter densam & tractabilem ejus substantiam, & colorem subrufum ac varium, quem ductus & nervi intorti referunt, præsertim, si obliquè [vberhirn dicunt artifices] in frustra vel assulas secetur.

Memorable quod Theoph. ait: Olive statuam sudare posse: Nam ex Olive olim statuas fieri solitas ait, quod minus sit ejus materies obnoxia corruptioni: quod & in cupresso & cedro fieri ait. Causam refert ad internam earum pinguedinem, & tenuem liquorem, qui, quoties ablanditur eis Austrina tempestas, tepore suo, suaque humiditate, erumpat & exsudet: quod alij prodigium & ostentum esse putent.

Sanè & marmorea templorum signa, & ænea vidimus appendentibus guttis, sudantium præbere speciem: cum ea ligna vetustate succum penè omnem amisissent eum qui intus fuerat. E quidem cum Scaligero censemus, aërem tepidum illis adhærescentem, nocturnæ superficiæ frigus aliquod, cogi quasi in lachrymas & sudores. Nam illorum oculis tale quiddam stillans, pro lachrymis, se puero, quondam receptum, atque inter ostenta vulgò relatum fuisse, idem Scal. scriptum reliquit. Nemo sanè est, uti putamus, qui non, frigidior mutato aëre in Austrinum, statuam aliquam in templis sudantem non deprehenderit.

Menses. Condylomata. Ignis saccer. Serpentina ulcera. Spodij succed. Lichenas. Furfures. Ulcera manantia. Lachryma eius. Dentium dolor. Sanguis & pura spiritum. Olive Cinis. Fistula & tumore.

Cervum & locustas. ramusculis. ditum.

Purgant.

Martialis.

Statua. Olea sudare putent.

Ratio cui sudant. Statua.

DE OLEO SPECIALIVS, EIVSQVE differentiis & usu.

Olivarum liquor Oleum est, cui honorem Veterum majestas magnum praebeat, ob insignem ejus utilitatem. Hujus inventorem Plinius dicit Aristem Atheniensem.

Olei simplicis & ex Oliva expressi tres differentias diximus. Primum omnium laudatissimum, Πρώτερον Graecis, prima ptelei unda, & quasi spontanea, lixivium Oleum, non tortivum: Olei Flos, Gleucinum, hoc est, mustum expressum, [mustum enim γλίϋε Graecis] antequam Olivae calcantur, vulgo Huile-vierge. Secundum Iterativum, quod est secunda pressura. Tertium Tertiativum, quod est tertia. Hoc pessimum: Illud medio modo se habet. Ostium vel Hostium vocant Cato & Varro, quod ex utroque facto Olei reficitur.

Fit autem & Oleum ex acerbissima & nondum matura bacca, quod Graecis ἀμωτελείς, dicitur, Lat. acerbum, aetivum & viride, cuius meminit Theoph. l. de Odoribus: idque fieri tradit ex Olivis Phaulis: non ἐξ ἀμυγδαλίως, ut habetur apud Athen. ita enim restituendus ille locus Athen. ex Theophrast. Graeco codice, quem ipsemet citat.

Ουσάμωσι, καὶ Ουσάμωσι, quod ex immaturis baccais fit dicebatur Graecis [apud quos ουσάμωσι uyam acerbum, nec dum maturam, atque etiam omnes omnium plantarum, acerbos, crudos & immaturos fructus ἀπὸ τῶ ἀμωσὶ φαγεῖν significabat.] Illud autem valde commendant autores, tam Graeci quam Latini.

Acerbum autem Oleum facere, nisi bacca tempestatibus in terram deciderint, & necesse sit eas sublegere, patris familias rationibus non convenit, inquit, Columell. quia exiguum fluit. Cibarium utique Oleum faciendum modo praescripto. Samci Olei meminit Antiphanes apud Athen. quod reliquorum esset candidissimum.

Caricum, ex Caria advectum, laudarunt alij. Alij, id quod Thuriis [nobile est magnae Graeciae oppidum] fit, ut excellens commendant.

Lubet hic Olei candidi parandi rationem ex Diosc. adferre. Candidatur hunc in modum. Sumito album colore, nec anniculo vetustius, & infictile novum lati oris infundito centum heminarum mensura. Mox in sole expositum quotidie circa meridiem concha refundito, ex alto deturbans, ut frequenti volutatione ac verberatu agitata alteretur & tumescat. Octava deinde die fennum graecum purgatum drach. 50. pondere, aquaque calida maceratum, atque adeo remollitum, aqua interea ne utiquam expressa, in supradictum Oleum conicito: tandem quoque Pineam prepinguem & in tenues assulas concisam pari pondere in super addito: atque ita dies octo alios elabi finito. His transactis concha Oleum denuo confundito. Postremo si finem assecutum fuerit, in vas novum prius vetere vino elutum, substratis antea Meliloti flosculis ad drach. undecim, cum Iridis pari pondere: decapitulato atque recondito. Sin autem candorem nondum contraxerit, Oleum rursus insolandum, & opus ipsum repetendum, dum candidum illud evaserit.

Lavandi & candefaciendi Olei longe simpliciorum.

ciorem modum docet, Galen. lib. 2. simpl. capit. 15.

Reperitur, inquit Cordus, natura etiam candidum Oleum, sed Diosc. de eo tractat, quod arte & industria humana candorem contraxerit. Dealbatur etiam pura tantum, crebroque, affusa & resusa aqua, idque duas ob causas. Primum ut acrimoniam, amurcae reliquias, & pinguedinis rancorem, si quis sit, in aquam deponat. Deinde etiam ut aspectu candoreque magis placeat, ne fulco aut profundiore colore candida vnguenta inficiat. Lavatur praeterea & aliis modis, habito diversarum affectionum respectu, aquis odoratis, Rosarum, Lavendulae, aut similibus.

Est & Sicyonium Oleum a loco ita nuncupatum: Item Oleum quod paratur ex Olez furculis, de quib. post seorsim. Sabinum Oleum sic a Sabinis populis dictum, apud quos conficiebatur, cuius pluribus locis meminit Gal. & quod plurimum laudat, quod inter alia tenuium sit partium, quodque utebatur adversus ea, quae discutienda erant, propter redundantiam.

Vt autem cum Galeno rem paucis complectamur, illud quod proprie Oleum dicitur, de quo hoc loco agimus, differentias habet vel ab aetate, quod aut recens sit & velut mustum, aut etate vigente, aut vetus.

A preparandi modo, ut simplex, solum, & impermissum, aut cum sale preparatum.

A diversitate fructus, cum is aut maturus aut immaturus extiterit.

Iam quot compositorum Oleorum formulas tradiderint autores, hoc loco recensere non permittit instituti nostri ratio.

Oleum cum aqua mistum ὀδράσιον vocant.

Oleum vero quo luctaturi perungebantur, χύτλον, & κήραμα, & πύτλον dicebatur: verum hoc ultimum propter caenum, pulverem aut certum terrae genus, quod densandi atque roborandi corporis gratia luctaturis post Olei illitionem affricabatur ἐλαίον ἀμυγδαλίως, Oleum insulsam vocatur apud Galen. κατὰ τὸ πρῶτον, lib. 1.

Oleum, olivum vocat Horat. ἔλαιον Graeci. Synon. Germ. Baumöl. Belg. Boomolie: Clichtwan d'Olive/Gal. Huile d'Olive. It. Oglio d'Oliwa. Hisp. Aceyte de Azeyrunas.

Olei vires nemo facile, quamvis disertus, quod satis sit explicabit. Plinius sane paucissimis verbis Olei & vini usum praedicavit, quando ait: Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei, arborum e genere ambo praecipui. Sed olei necessarius.

Videtur autem alludere ad Pollionis Romuli festivum responsum, cuius alibi meminisse: eum centesimum annum excedentem, cum D. Augustus hospes interrogaret, quamnam maxime ratione vigorem illum animi corporisque custodisset: respondisse: intus mulso, foris Oleo.

Eadem prope modum sententia, Democritus interrogatus, qua ratione homines in offensa valetudine degerent, ac vigorem illum animi custodirent, respondisse fertur: Si corporis externa oleo interna melle linirentur.

Plato in Menexeno Oleum πόνον ἀγρωγῶν, id est, laborum subsidium & adiumentum hominibus esse datum ait. Oleo enim natura tepescere corpus, & contra algores munire: eidemque fervores capitis refrigerare.

Vsum eius, inquit Plin. ad luxuriam vertere Graeciorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Ideo & Anacharsis insaniam pharmacum dixit, quod eo uncti Athletae invicem ferventius

Olei simpli-
ciores dif-
ferentia.

Ostium.
Hostium.

Ουσάμωσι.
Ουσάμωσι.

Cibarium.
Samicum.

Oleum.
Caricum.
Oleum.
Thurium.

Candidum
in fiat.

Sabinum
Oleum.

Differen-
tia.
Ab aetate.

A prepara-
andi me-
do.

A diversi-
tate fru-
ctus.

Synon.
Linguae

Olei vires
& usus.

Pollionis
Romuli
responsum.

Democriti
responsum.

Oleum la-
borum sub-
sidium.

Graeci Si-
tiorum ge-
nitores.
Insania
pharmacum.

Pedum do-
lor boum. Boues, inquit Arist. pedum dolores non sentiunt, si eorum cornua vel pice vel Oleo illinantur.

Contra
haemorrhoides. Item ubi bos aqua hirudinem hausit, & ea faucibus inhaerens, manibus detrahi non possit, fistulam vel arundinem aut tubulum inferito, & ita calidum Oleum infundito. Nam eo contactu animal confestim decedit: quod remedium & homini in simili casu accommodare possis. Bubus etiam infusum per nares, donec ructent, inflationem sedat. Oleo potio etiam Elephantes tela, quae eorum corpori inhaerent, eiciunt.

Tela eicit.
vs temper-
amentum
dei digno-
scat. Olei temperamentum eleganter declarat Simeon Sehi, his verbis: Oleum mediocriter calidum est, magis humefaciens. Immaturum vero, quod magis astringit, ad magis frigefacit: quod autem elutum est, minus mordicat. Vetus tum quoque quod vetustius est, tanto calidius est, & magis discutit, eoque maxime, si a principio tenuium partium fuerit, quod cognoscitur, si purum est & perspicuum, & si eius modica pars maximam corporis partem perungat, & facile ab eo imbutur. Dignoscitur vero caliditatis & frigiditatis Olei gratia gustu: quod enim dulce est, mediocrem caliditatem habet: quod autem astringit, frigidum est. Tale autem stomacho bonum est. Quod autem calidum est celerrime inflammatur.

Olei su-
prema re-
gia melior. Olei superrema [ex Plutarch. sympos] regio melior est: nam immum ab amurca turbatur. Summum vero optimum, quod remotissimum a noxia parte, nec sua spissitate ab aere laeditur.

Cor rari-
atum fit. Nouum praestantius, illi enim senium inutile. Transpiracui carens ob lentitiam inueterascit, & tandem ancescit, quod ad vomitum citandum, ob terrum tum laporem, tum odorem ab aliquibus praefertur. Attamen illud nobis suspexit, quod vidiosa qualitate stomachum nimis vellit, & molestat. Recens laxando, lubricando, atque aded leui suo motu & fluctuatione abunde id praestare posse censemus, maxime si praebetur cum aqua tepida.

Cor oleum
conuictum
hinc ma-
nuat. Querit Alex. Aphrod. cur epotum Oleum vomitum, potissimum fluxu bilis moveat? Quod suapte natura semper ad superiorem locum tendat. Quotiens enim cuiquam humori permisceatur, ad superiorem sese recipit sedem, innataque, & cibos ad stomachum inuitat, effertque: quibus aggravatus & oppressus vim excernendi ad eum commendum incitat: praestertim vero fluxam bilem, quae cum leuis, atque tenuis sit, idcirco facilius superiora petit.

Olei, praeter rem etiam ipsam medicam, plurimus usus, quod omnes ipso usu experientur, qui tantus, tamque in rebus multis, ut eius commoditates, multiplicisque utilitates enumerare perdifficile sit.

Et quoniam supra dictum Oleo corpora muniti contra algores, lassitudinesve: addendum nunc, & illud tueri corpus perficiendis, lubricum illud reddendo, & ad motus habilis. Nam ubi corpus a refectura fuerit, vel a sole, vel a frigore, vel a re quadam erodente vel acri, vel extra vel intra corpus, aut si cutem prurigo infestet, Olei dulcis inunctione nihil praestantius, praestertim si in balneo, vel post, id fiat, quod apud veteres Romanos tam consuetum fuit, ut exemplis illustrare pigeat, cum pleni sint, tam medicorum quam historiarum libri. Inde & exogitata medicamenta

Acopa
terum. Latinis Acopa [ut & etiam Graecis Ἀκόπη] dicta ad tollendas lassitudines, & robur agilitatemque corpori inducendam. Hinc luctaturi quoque eo

perungebantur, ut eius vnguinis lubricitate difficilior foret inuicem brachiorum connexio. Hinc luctae succurrere Oleum dixit Philostratus, apud cuius icones, praetor appositae ramum Oleagineum in Palaestrae Marcij filiae & luctae inventricis nudo sinu locauit. Ludorum vero Olympicorum, ut vnctionis ad eodem, Herculem autorem faciunt, cuius conuictio factum auit, ut luctatoris Oleo oblinerentur. Quod & Lucanus testatur lib. 4.

Ille Oleum nae protegit erga leuis,
Anteus Libyci perfudit membra liquore.
H. spes Olympicae seruato more Palaestrae.

Hae in Antaei & Herculis pugna. Propterea Anacharsis Scythae, ut dicebamus, Oleum insaniae pharmacum esse dicebat, quoniam eo peruncti athletae feruens inuicem insanirent.

Contra Effros est Iudaeorum genere, ungi oleo non pati ait Porphyrius in libris quos de abstinendo a carnibus scripsit, ut est apud Eusebium de praeparatione Evangelica. Quod si vero quis Oleo tactus fuisset, diligenter tanquam a magna corporis macula, corpus abstergatur, quod eos corpore aridos, non molles, fore oportet. Possidonus Stoicus, in suis historiis tradit, et ceteri Athen. Gallos quoque olim non fuisse vsos Oleo, propter rarietatem: quin & quod insuauis sentirent, vsu eius non assueti. Hodie tamen in Gallia Narbonensi & Prouincia Olei maximus est vsus: quibusdam enim in locis non quadragesimali duntaxat tempore, sed per totum annum cibos omnes cum oleo coquant: Vere tostus panis cum Oleo & Metha gratus est cibus, nisi quis labore Antipathia, sicut fuerunt mihi aliquando duo commensales, quorum vnus abhorrebat a cibis coctis cum Oleo, alter a coctis cum Butyro.

Epaminondas quum imperiarum rationem Coequum collegis reddere iussisset, & olei multitudinem moleste tulisset, admirantibus illis ait: Non impendij magnitudo me mouet, sed quod tantum Olei intra corpus receperint.

Velabrum, autore M. Varrone, Romae locus fuit, in quo Olearii Oleum distrahebant. Mos autem huic hominum generi fuit, ut inter se de pretio conspirarent, quo plures vendarent: unde tractum adagium: Ut in velabro Olearii. De his dictum, qui conspirant, remque ex composito gerunt. Plaut. in Captiuis.

Pergo ad alios, uenio ad alios, deinde ad alios, una res,
Omnes cum pacto rem agunt, quasi in Velabro Olearii.

Non praeterendum etiam, quod vsus Olei erga Deos ac illorum sacrificia non infrequens fuit: Unde Lebasion poculum, quo in sacris Oleum libaretur, ex Curtio.

Fuit etiam Romae olim Saturni simulachrum Oleo plenum, teste Plin. forte quod ex Ebore confectum erat: nam prius dixerat existimari ebori a carie vindicando utile esse: & quasi pro ratione subdit: certe simulachrum Saturni Romae intus Oleo repletum est: in quam rem inquirant Antiquarij.

Et aberna etiam meritoria trans Tyberim, Augusti temporibus, Oleum a terra erupisse, ac tota die nulla intermissione fluxisse proditum est. Quo significatum volunt grauisissimi autores IESV CHRISTI erga gentes gratiam & natiuitatem.

OLEVM SICYONIVM.

Sicyonium Oleum dictum, in Sicyone Achaiae Syrbae praeparabatur, unde nomen accepit. Illud

Lucta su-
curric olei
Emblema
Philostrati.
Lucta in-
uentricis.
Ludorum
Olympico-
rum inue-
tor.

Insania
pharmacum

Essentiam
mos.

Olei sum-
maximus
hodie apud
Gallas.

Galli olim
abstinebant
ab oleo.
Epaminondas
respon-
sium.

Velabrum
olei empor-
ium.
Olearii
mos.

Adage

Lebasion
poculum.

Sicyonium

Modus parandi.

ex candidato Oleo, de quo supra egimus inter differentias, docente Diosc. hoc modo parare licet. In lebetem oris amplissimo inductum recentis Olei candidique congiuntum unum, aque verò dimidium infundito: tum igne levi coquito, leniter agitando. At cum primum bis efferverit, ignem subtrahito, & ubi refrigerit, Oleum decapulato. Tandem alia adjecta aqua simul iterum fervefacito: ac reliquis, veluti primum intratum est, peractis, reponito. Vim habet leviter calfactoriam, in febribus ac nervorum affectibus accommodatum. Utuntur & eo mulieres ad inducendum cuti nitorem. Cæterum, priscis maxima cura erat, Oleum parare albissimum, quia illo quotidie, ut notat Amatus, universa corpora inungebant, ut agilia, prompta & expeditissima ea haberent.

Vfus & vires. Febres. Nervorum affectus. Tænes.

Cæterum ne lector vocum ambiguitate aut similitudine fallatur, notandum duplex esse Oleum Sicyonium, unica tantum litera mutata: Σικυώνιον & Σικυόμιον. De priori hic agitur. Posterius à A vocabulo σίκυον, vel σίκυος Cucumis, nomen invenit cuius hic Dioscor. nullam facit mentionem. Prius illud nostrum intelligit Paulus, l. 3. c. 9. de Lethargi cura: & eodem lib. c. 20. in cura Tetani. Ad hos enim affectus commendat. Posterioris meminit, l. 3. c. 77. in cura Coxendicis. Porro tum hic, l. 7. c. 20. Tum Aëtius Tetrab. 1. Serm. 1. tum Myrepsus, l. 6. cap. 24. & Actuar. meth. med. l. 6. tam simplices quam compositos modos nec parum inter se discrepantes parandi Olei Sicyonij habent: sed omnes σικυόμιον, hoc est, Cucumeris sylv. succum aut certe radices in se recipiunt, unde & illi Sicyonij nomen, uti dictum, indepti. Apud Græcos verò per ο μικρόν scribitur, quemadmodum hoc Diosc. per ο μέγα.

Lethargus.

Tetanus.

OLEVM EX OLEÆ furculis.

Delectus. Vires & Vfus. Oculorum caligo. Lepros. Nervorum dolor.

Paratur & ex Olea furculorum [δαλλών] pinguedine Oleum, teste Diosc. qui optimum in hoc genere esse dicit vetus, crassum, pingue, non turbidum. Calfacere autem privatimque super illitum facere ad ea quæ pupillis caliginem offundunt: quin & ad lepras nervorumque dolores illitum conferre. Ο δαλλός enim [το δαλλόν, & η δαλλία, δαλλία, vel δάλασα.] quidem communiter cuiusvis arboris virentem ramum ac teneriorem furculum denotat. Atticè vero hoc loco & εζοχλόν pro Oleagineo accipitur.

Similis Olei mentionem facit, Gal. 6. simpl. licet non videatur è germinibus folis id Oleum fieri voluisse, sed tantum in Oleo illo conficiendo addi solita Olearum germina. Ait enim: Quinetiam quicumque in præparando Oleo ramos oleagineos iniiciunt, ij & ipsi Omphacino simile Oleum faciunt. Et Meth. n. Sit tibi Oleum astringens, quale est Hispanum dictum, & quæcunque alia è germinibus oleagineis parant. Suprà sanè ubi Olei Hispani parandi rationem è Damogeronte proposuimus, dictum, fuit, addi etiam debere succum foliorum Oleæ tenellorum contusorum, quo ab iis amarorem & acrimoniam quandam asciscat.

Differtigitur in eo à Diosc. quod ille χυλόν των φύλλων adiciat cum Galeno: hic verò simpliciter εν τῷ λίπῳ των δαλλών, Oleum fieri dicat. Quanquam solus Marcellus λίπῳ legat, id est, ex cortice.

Lesionis Diosc. Vires.

AMURCA.

Amurca expressa Olivæ sæx est & crassamentum, Oleo inimica, cuius color Olivam cogit nigrescere: & sapor amaram reddit. Ideoque incipiente nigritia Olivæ, minimum Amurcæ, ante eam nihil. Error hominum est, ut antea dicebamus ex Plin. existimantium maturitatis initium, quod est vitio proximum. Saniem Olivæ amaram, Plin. dicit. Αμύρνη Diosc. [aliis αμύρνη] & Gal. τρυζέτιam teste Polluce: aliis τρυζίος, ut notat Curtius.

Nonnulli Tragediam primam denominatam dicunt, inter quos Donatus, quod Scenici ad personarum usum, ora sua ea perluerent: quod primum reperisse Æschylum aiunt. Preclara, in hercule, inventio. Hoc tamen in arte innuit Horatius.

Ignorant Tragedica genus invenisse Camana, Dicitur, & plaustris vexisse poemata Theſſis: Quo canerent, agerentque peruncti facibus ora.

Dicitur & ελαύτρων. Hefych. apud quem corrupte legitur ελαύτρων. Servio autore, Amurca est ex Olei sordibus: sed iis quæ præcedunt: nam sordes quæ Oleum sequuntur, sæces vocantur. Colum. Amurcam Palladium dixit, satis honorificè:

Palladia sine frugis salis conspergere amurca.

In qua, teste Catone, quo diutius fuerit Oleum, eò deterius fuerit. Germ. Oeltrüſen/Olhappf. Bel. Droeſem oft Droeſen van d'Olie. Gal. Lie d'huile, It. Fece d'Oglio, Hispan. Alpechin, Borrax de Azeyte.

M. sanè Varro & fructus titulo dignatus est, sic scribens: Ex Olea fructus duplex: Oleum, quod omnibus notum, & Amurca, cuius utilitatem ignorant plerique.

Super omnia autem celebravit, Amurcam laudibus Cato [inquit Plin.] scripsitque. D. lia Olearia, cadósque illa imbui, ne bibant Oleum. Amurca subigi areas terendis messibus, ut formicæ rimæque absint, & ne Curculio noceat, neve mures ledant. Quin & lutum parietum ac tectoria & pavimenta horreorum frumeti, vestiariam etiam contra Teredines ac noxia animalia, Amurca aspergi: semina frugum perfundi: morbis quadrupedum quoque illam ad medendum efficacem, ut & ad ulcera interiora humani oris. Lora etiam ac coria omnia, & calceamina, axésque decocta ungi, atque aramenta contra æruginem, colorisq. gratia elegantioris: & totam supellestem lineam, ac vasa fistilia, in quæ Ficum atidam labeat asservere. Aut si Olivas baccasve Myrti, aliudve id genus simile. Postremò ligna macerata Amurca, acapna fieri, hoc est, nullius fumi tædio ardere. Vtilis & Amurca Apothecarum & officinarum fabricis, ubi lanei vel serici panni reconduntur. Nam si calci admisceatur, & ex ea inde parietes incrustentur, oblinanturque, item laquearia & pavimenta: non modò parietes contractos vel advenientes humores nunquam collachrymant, & situm minimè contrahunt: sed nec blattæ, nec aranei, nec cuiusvis generis vermiculi ibidem gigni possunt.

Licet videre, inquit M. Varro, è torulis, [nonnulli torculis] Olearis fluere in agros, ac non solum denigrare terram, sed multitudine facere sterilem, cum tamen is humor modicus, cum ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehementer. Nam circum arborum radices infundi solet, maximè ad Oleam, & ubicunque in agro herba nocet.

Hefych. cur. red.

Vfus. Imbuntur cadis. Adversus noxas vestitias.

Vlcera oris. Coria tæ.

Denigrat terram.

Herbas noxias antipat.

nocet. Fectè igitur Amurcam periti agricolæ tam in ollis condant, quàm Oleum aut vinum. Expresſa Oliva, ejus quòd effluerit de ea, decoquantur lux partes, ac reliquum refrigeratum conditur in vafa. Quidam expreſſo Oleo, per xv. dies amurcam cuſtodiant, tum, quod eſt levifſimum ac ſumum, deplent & decapulant, ut trajciant in alia vafa, & hoc iſdem intervallis duodecies. In ſex menſibus proximis id faciunt. Cùm id novifſimè faciunt, potifſimum trajciant cùm ſeneſcit Luna: tunc decoquant in ahenis levi igne, & ad duas partes regerunt. Tum denium ad uſum rectè conditur.

Nunc medicæ quoque virtutes dicendæ. Ea, in ahenis cupreo ad craſſitudinem mellis decocta, attingit, eoſdemque quos Lycium præbet effectus, inſuperque etiam facit ad dentium dolores & vulnera, cum acete, vino aut mulſo illita. Additur & in oculorum medicamenta, eaque que ſpiracula cutis obſtruendi vim habent. In veterata melior evadit. Sedis, genitalium & vulvæ exulcerationi utiliter infunditur. Dentes quoque corruptos extrahit, cum Omphacio ad mellis craſſitudinem cocta & oblita. Scabiem iumentorum cum Lupinorum & Chamæleonis decocto illita fanat. Cruda verò & recens, podagricos & arthriticos calente ſotu iuvat. Velleri inducta & hydropicis impoſita tumoris molem reprimat.

Eadem ferè & Plin. habet, & præterea hæc: Gingivis & oris ulceribus, dentiumque ſtabilitati eſſicaciſſimè ſubvenit. Item ignibus ſacris inſuſa, & his quæ ſerpunt. Pernionibus nigrae Olivæ amurca utilior: Item infantibus fovendis. Albæ verò, mulierum vulvæ in lana admovetur. Multò autem omnis amurca decocta eſſicacior: uſus eius quoque in curatione aurium, ulcerum manantium, rhagadum. Vulneribus in linteolis imponitur: luxatis in lana. Ingens hic uſus, utique inveterato medicamento. Tale enim ſiſtulas fanat. Illinitur podagris incipientibus. Contra limaces & culices, cæterasque eius generis noxias beſtiolas vim habere maximam paſſim apud Geoponicos legimus.

Colum. quoque tradit, ovium ſcabiei illitu valdè prodeſſe, præſertim decoctam.

Amurca, Galeno, terreſtris eſt ſubſtantiæ, & calide, non tamè tantum poſſidet caliditatis, ut palam mordicet. Cocta multò terreſtrior fit, craſſarum partium & ſicca: & fuerit ſanè ex ſecundo ordine excaſſificantium & ſiccantium, in tenſo quodammodo magis. Sic & ulcera corporum ſiccorum curat: quæ verò in aliis omnibus ſunt, exaſperat. Siquidem contrahit, perinde ut reſina, & pix ſicca, & bitumen.

Camer. quoque Amurcam ad multos morbos utilem prædicat, & non ſine commodo ſæpè uſurpari ait, ſiquidem facilè comparari poſſit, ſiſtuntque quàm Lycium vel Acacia, quæ ambo præterea adulterata ad nos importantur. Imprimis verò aliquibus locis utuntur cum Lithargyro, Ceruſſa & pulvere ex foliis Vlmi, ad ulcera antiqua.

OLEÆ VISCVM

Vix emerſi ex Olivetis, nihilominus Viſco adhuc adhæremus. Hoc non procul Hiſpali, in Oleis copioſè nateſcens obſervavit CLYſ. menſe Ianuario, olivetorum dominos, magno damno afficiens. Integros enim Olearum ramos, crebrò etiam maximam earum partem cæde

re coguntur, ne latius vitium ſerpat, alioqui totas arbores occupaturum & ſteriles redditurum. Habet verò id viſcum baccas non albas, quales in aliis arboribus natum, ſed ex rubro purpuraſcentes, cuiuſmodi nuſpium alibi vidille ſe idem teſtatur.

Has cùm in Belgium rediens columbis & aliis avibus devorandas daret, ut experiretur, an naſci vellent, arboribus impoſito avium illarum ſimo, operam luſit. BELLON. quoque Obſ. l. 2. ſimile Viſcum in Oleis, Hieroſolymitano agro creſcere ſcribit, ſed eas Oleas differre putat à cæteris Oleis, quòd Viſcum ferant, baccis rubris abundè refertum, magno incolarum damno, quippe, quod Oleas ſteriles reddat.

OLEASTER, SIVE OLEA SYLVESTRIS.

CAP. II.



AT verò quæ culturam non ſenſit, ſua ſpontis Olea ſylv. ſive tantum Oleaſter, ut vitæ ſativæ magnitudine non cedat caudicis & ramorum, horum tamen frequentia ſuperatur: adde quòd & ſpinas per ramos poſſidet. Folia minora, non diſſimili interim figura. Ita quoque & flores racematim compacti fruſtum præcedunt, Olivæ ſimilem, ſed minorem, ſtrigioſorem, ſucco

purpureo mordaci præditum.

Quoniam verò Cluſ. Luſitanicam Oleam ſylveſtrem deſcribens, ſpinarum non meminit, nec picturâ ſuâ exprimit, eius quoque deſcriptionem aſcripſimus.

Oleaſter inquit, inſtar Olivæ adoleſcit, illique per omnia ferè ſimilis eſt, cortice tamen leviori, rarioribus ramis, minus frequentibus, & brevioribus anguſtioribusque foliis, licet eorum modo circa ramos diſpoſitis. Flos, ut in Olea ſativa racematim coherens, fruſtus exiguis olivis ſimilis, pauca tamen carne præditus, mucrone recurvo, è longis petiolis racematim dependens, primum viridis, deinde purpureus, poſtremò ubi maturitè niger, ſigno prægnans purpureo, qui guſtatus non nihil linguam uellicat. Tota arbor inſigniter amara eſt. Præter nos ſanè etiam Matth. ſpinofam obſervavit & annotavit, & Dod. Horridam aſpectu dicunt Adu. & ſentioſam. Hiſt. quoque Lugd. habet iconem Oleaſtri ualdè ſpinofa, ex Matthiolo.

Oleaſtro Theoph. [κότινος uocat] longiorem vitam tribuit quàm Olivæ: & Oleaſtrum Olympiæ æquè à fama & fabularum autoribus celebratum dicit, ac Olivæ Athenis: Vitæ autem diuturnitatem ex communi ratione ſylveſtrium deducit, quòd robuſtiores ſint, ſpiſſiores, fruſtūque inſecundiores. Caudex quibuſdam peculiaribus cavernulis dehifcit, quòd & in Olivæ quoque deprehenditur. Eandem, cum Olivæ, neque terebinthum

Medicæ virtus & præſertim.

Vitis & vitis medicæ.

Dentium dolor.

Vulnere.

Pod.

Vitis ſcabiem.

Dentes corruptos.

Vitis ſcabiem.

Vitis ſcabiem.

Vitis ſcabiem.

Ovium ſcabiei.

Temperat.

Vitis.

Camer.

Ad ulcera antiqua.

Bacca.

Descriptio.

Spinoſa.

Folia.

Folia.

Flores.

Fruſtus.

In quo diſſertur ab Olivæ ſativa.

Sapor.

lentite, neque tineam ait, propter amaritudinem. Materies ei perpetua, spissa, crispa in totum Oleaginea nodosior. Ex fativæ nucleo nascitur.

Oleastro Olympionices coronati.

Supra diximus, vix adduci Theoph. posse, ut credat Oleastrum mitem fieri, quamvis Oleam neglectam in Oleastrum abire neutiquam neget. Plin. verò Oleastrum Buxi genus facit. Ex quo supra dictum, Oleastri corona Olympiorum victores coronari solitos apud Græcos: Idem tradit Oleastrum Olympiæ, ex quo primus Hercules coronatus est, ad sua usque tempora durasse custoditum religiosè, quemadmodum & Oleam Athenis, quæ traditur edita in certamine à Minerva, de qua re supra plus satis. Quanquam Theocriti & Aristoph. interpres, Callistephani Oleæ ramis, non Oleastri, coronatos fuisse Græcos tradat, cum Aristot. ut dicebamus, & dicitur ampliùs postea.

Fabula Appuli in Oleastrum commutata.

Lepida est fabula Appuli pastoris Nymphas saltantes conspicientis, & suo etiam agresti saltu irridentis, obscenæque convicia rustica addentis, ac proinde in Oleastrum commutata:

Matam. 4.

Arbor enim est [inquit Ouid.] succoque licet cognoscere mores.

Quippe non am lingua baccis Oleaster amaris Exhibet: asperitas verborum cecit in illas.

Oleastrum olim Græcis in maiore honore fuisse quam Oleam.

Marcellus tamen etiamnum instat, fuisse universæ Græciæ quondam in maiore honore Oleastrum quam Oleam, etsi hanc Pallas maior & sapientior dea: illum Hercules heros tantum & fortis in eam intulerint gentem: alteramque Athenæ doctrinarum omnium quondam emporium, alterum Olympia, ludis Circensibus aptus campus ostenderit: ille decerptis post certamina ad coronas ramis paulatim periret, hæc verò ad pacem, erectionemque, nunquam pereuntes ramos [ut aiunt] suis continuè civibus porrigeret, nihilo deteriore fortuna & honore, quam, qui ad inferos descendentibus aureus in silva quærebatur ramus, quo aulso non deficiebat alter. Vt iisdem semper ramis fronderet in Atheniensium arce arbor: quæ æternum pacis tranquillitatisque symbolum inter homines habuit: tantò acriores ambitionis quam pacis stimulos aut natura dedit, aut ipsi sibi fecerunt.

Vno hoc gloriæ studio incensa quondam omnis Græcia, Oleastrum magis quam Oleam amavit, plusque ex agresti quam ex fativa Olea commodi & honoris sibi speravit, non in sanitate nec in curandis tot vitæ nostræ malis, sed ut esset corruptibilis corona illa, longioris & melioris post mortem vitæ sine sensu, speciosum victoribus in Olympia monumentum. Quod æterno carmine Pindarus Lyricorum omnium maximus illustravit. Agrigentino Theroni iterum scribens: laudansque, capiti circumposuisse ex Glauca Olea ornamentum, quam ab umbrosis Histri fontibus in Græciam Amphitritoniades Hercules importaverat honestissimum in Olympia certaminum ornamentum & præmium. Et hæc quidem Oleastri laudes in antiquis Græcorum poetis sunt. Eum quidem infelicem vocavit Virgilius noster, Georg. 2.

Glaucæ Olea.

Oleaster sacer.

Infelix superat foliis Oleaster amaris Sed tamen sacrum dixit Æneid. 12.

Fortè sacer, Fauni foliis Oleaster amaris Hic steterat, nautis olim venerabile lignum, Servati ex undis ubi figere dona solebant Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.

Græcorum superstitio.

Oleastri & sacras, Adag.

Quem locum enarrans Turnebus. Ex ritu, inquit, prisca superstitionis scripsit, id Virgil. & præcipuè Græcorum, qui ante fana in oleastri suspendere dona solebant & affigere. Illius enim

arboris vivacitas tanta est, ut, si multiconfigatur clavis, nihil tamen ladata. Hinc Adigium Aristoph. Plato: ὄσπιρ κόνινο περ σπαταλυσσά τούτοι: Id est, sin oleastro adfigam isti, & Verrina s. Synon. lat. Cic. Suspendi hominem in oleastro iussit Verres.

Græcis κόνινο dicitur, ut & ἀγροειάδα, vel ἀγροειάδα: quibusdam etiam ἐλαία ἀγροειάδα, ut scribit Diosc. Lat. oleaster, Olea agrestis, v. l. sylv. ἄγροειάδα in Olympia, ut scribit Stephanus. Æthiopica Olea quibusdam. Photion teste Hermol. oleastrum quandoque Phauliam dici existimat: Certè, Phaulia Olivæ genus est Colum. Plinio, Græcis omnibus. Deputato autem Oleastro, quod inde nascitur Phaunos appellatur. Streptos dicitur oleaster, cui implicata, involutaque fuerunt Hippolyti habentæ, currusque eius inversus. Hyrnithion autem locus non procul ab Epidauro Oleastris confitus, notante Curtio. Hebr. dici potest Saith haiaar, teste Lonic. Germ. Vuilder Oelbaum: Ital. Olivastro. Oliva selvatica: Gal. Olivier sauvage: Hisp. Azebuche, sed frequentius Azuche: Item Azambiyero.

Est & Oleastrum Buxi genus apud Plin. nisi mendosus sit codex, aut apud Græcum aliquem autorem ipse vel libertus eius legerit ἀγροειάδα εἶναι, pro ἀγροειάδα ὄλονεῖναι, quod & Dal. suspicatur, ut suo loco indicatum.

Cæterum Oleastrum æquè argillas & calculos amare ac Oleam ex his Virg. verbis intelligitur: Difficiles primùm terra, collèsq; maligni, Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus arvis, Palladia gaudent sylva vivaci Olive. Indicio est tractu surgens Oleaster eodem Plurimus, & strati baccis sylvestribus agri.

Nascitur sanè talibus in locis uberi proventu in agro Narbonensi, Hetruriæ locis quamplurimis cæterisque, tam Italiæ, quam Hispaniæ. Item in Dalmatiæ tractu, & in plerisque Adriaticis insulis, teste Matth. In quibusdam etiam collib. iuxta Tagum, notante Clus. & multis Lusitanæ desertis, confragosisque locis inter ingentia saxa, præsertim non procul à Cerba, ubi magnæ eius sylvæ, in quibus Ian. mense fructum colligebat, quem cum Olea maturari dicit, sed magna ex parte ab incolis negligi, & in Sturnorum aliarumque avium escam cedere.

In convallibus montis Athos altè arbores Olearum sylv. reprimunt sua umbra ingentem solis ardorem teste Bell.

Nascitur, uti dictum, ex fativæ nucleo. Eadem & optimè fativam recipit insitione.

Manuscescere eam tractatu, atq; in Oleam abire decisis circa taleis, aut omninò trassatione, ferunt.

Ex Oliveto etiam iam insito, & casu quodam incenso, infelicem renasci Oleastrum, supra dictum. Sed & Adv. notant, alteram in alteram, transmutatione aut inoculatione, aut neglectu abire. Rigidiuscula enim fit Oliva, impexo atque horridiore aspectu: interdum senticosa, quando in saxosis desertis ejus radix pastinatione non difflatur, aut nocitura pullulatio, & senticosa ad caudicem soboles non interluatur.

Valdè laborat frigore Oleaster ut Theoph. annotavit.

Huic eadem vis quæ Olæ, verum aliquantò efficacior hæc: quanquam Plin. Vires quas Diosc. Oleastro attribuit, Olæ assignaverit.

Sic autem Diosc. de Oleastri viribus. Folia astringendi vi prædita sunt, quæ trita & imposita, Erysipelata, Herpetas, Epinyctidas, carbunculos, nomas, reduviasque cohibent. Cruetas eadem emarginant cum melle illita. Quin etiam

Calliste. phausi. Athiop. Olea. Phaulia.

Phaunos. Streptos.

Locus. Georg. 2.

Templi.

Cultus. v. l. mol. feat.

Vires & vus.

Erysipelata. Herpetas.

etiam